

164-1



Transformationum series compedio excerpta per Gulielmum Canterum, Nouarum lect. Lib. cap. xx.
 Argumenta Luctarij Grammatici, aliquot locis e vetustis libris emendata.
 Additi singulis libris versuum numeri, tum ad iuuandam hominum memoriam, tum vt loca in lexicis & alibi hinc producta facilius quaerenti sese ostendant.
 Varietates lectionum ex Aldina editione.
 Anno cl. Io. xvi.
 Index fabularum.

V. GISELINVS GEORGIO
 FABRICIO CHEMNICENSI S. D.



QVAM et nuper admodum tibi, Fabrici, innotuerim; neq; etiamnum ita multae ac singulares mutuae inter nos amoris causae intercesserint; te tamen potius, quam alium quemquam meorum omnium multis de causis hic mihi affandū esse existimaui. in primis, quod hoc tempore neminē hic cognouerim, aut alibi terrarum esse acceperim, quaeque, atque tu, huius nostri elegantissimi poetae scriptis capi soleat. id quod nemo infitias ire audebit; qui vel primoribus labris degustari felicia tui ingenij monumenta, meros e Sulmonensium fontibus deductos riuulos: neque item ille, qui tuis studiis ac laboribus adintus gratulari sibi merito potest, breuissimo in spatio illud sibi iter confectum esse; quod plerique alij etiam iniquissimos viarum ambitus perreptantes multis annis nequiverunt. Huc accedit, quod ipse, vt ad me scribis, ante annos xxv. in eodem poeta emendando nonnihil, id est, tuo more, & accuratissime elaboraueris, omniaque eiusdem opera cum plurimis & optimis exemplaribus, quibus tum Germanicae Italicaeque bibliothecae erant instructissimae, nauiter contuleris. videbas nimirum multo, quam nos, rectius, veterum monumenta quo frequentius

A 2

4
 quentiùs ab ineptis librarijs descripta sunt, & ho-
 dium suorum manibus obiecta; hoc pluribus & fœ-
 dioribus, quàm plerique suspicantur, vulneribus esse
 deformata: inque eo numero Ouidij scripta, ut quæ
 maximè, annumeranda esse ex eo facile intelli-
 gas; quòd & mediæ ætatis capti longè præ alijs
 fuerint accommodatiora: & nulla alia exstarent,
 quibus plus adulterinorum versuum in editis vulgò
 & recentiore calamo exaratis exemplaribus sit in-
 culcatum. Utinam verò amico illi tuo, qui tecum
 certè non amicè, nobiscum verò planè impiè egit,
 tantum adhuc reliquum, si bonæ mentis; ut surre-
 ptas tibi tuas emendationes restituat; aut alioquin
 nos quouis modo immortalis illa opera non defrau-
 det. Hæc cum ita sese haberent; nihil dubitavi, quin
 mihi ab alijs amicis gravis, à te verò multo gravi-
 sima aduersaria constituta esset, & parata exspe-
 ctatio planè incredibilis: in quòd propter ingenium
 longo usu, & hoc præsertim laboris genere exerci-
 tatissimum acerrimus harum rerum existimator
 esse soleas: tum quòd prima statim inspectione plus,
 quam ceteri omnes, sis in meis animaduersurus,
 utpote cui, quidquid in hoc auctore maculosum, de-
 forme & mutilum dicendum est, sit notissimum,
 & quasi in promptu. Ad hæc veniebant in mētem
 illa, quæ nuper in meis ad te litteris de hac mea Me-
 tamorphoseon editione satis magnificè pollicebar,
 fretus

fretus cum pluribus veteribus manu descriptis li-
 bris, in his duobus maxima antiquitatis, quos hu-
 manitate optimi & doctissimi Cornelij V Valteri &
 Germania nactus eram, tum quodam à Gryphio
 excuso codice; quem Carolus Langius, singulare
 nostræ Belgicæ ornamentum, ad vnas atque alte-
 ras membranas antiquiss. sedulo collatum lectio-
 num varietate implenerat, & mihi eius poetæ e-
 mendationem cogitanti lubentissimè, ut solet, com-
 modauerat. de cuius libri fecunditate illud obiter
 narrabo, ex ipsius ora, quouis gleba ubere fertiliorè,
 arte & fide nescio qua, inspecta, indicem Lucretia-
 num, quia hac parte ab editis Ouidij libris deficie-
 batur, sexaginta admodum emendationibus beni-
 gnè, ut videtur, instructum esse & ornatum. Ex
 his ergo verbis cum mihi viderer posse cogitatione
 assequi, quantam tu præ alijs omnibus de hac edi-
 tione spem concepisses; ne quem ea spes falleret, de-
 cere, immo necessum esse existimaui & ob hanc &
 ob alias causas, consilij mei mutari rationè, &
 quam fidem porrò meis promissis haberi velim, tibi
 omnium primo exponere. Ac principio ut occupatio-
 nes meas ac studia grauiora mittā; quòd hæc vul-
 garis sit, & ubique vstata excusatio: ea est totius
 Ouidiani operis natura & ingenium; ut omnia
 eodem tempore, eadēque manu absolui debeant:
 ea negotij moles & varietas; ut merito longissi-
 mus

6
 unum temporis spatium requirat: ea est denique ho-
 rum temporum infelicitas, dicam an improbitas?
 ut in vastissimo opere paucula tantum vel negle-
 cta, vel minus intellecta, alteriusque observationi
 destinata, saepe omnem hominis diligentiam etiam
 summam inobscurant. quae omnia tibi, mi Georgi,
 eo liquidius & penitius sunt perspecta, quo etate,
 ingenio, iudicio, eruditione, ceterisque rebus omni-
 bus me multis milibus antecedis. His solis tam
 iustis rationibus si promissa editionis tempus mihi
 prorogari cuperem; neminem credo tam mihi fore
 iniquum, ut non concedat. Quid si etiam addam,
 formam libri, quam decimam sextam vocant, minus
 esse idoneam, ut ab ea diligentem maioris alicuius
 scripti emendationem auspicemur? nam & addi-
 tamenta emendationum rationes paullo largius ex-
 plicantia respuit. & neminem hodie credo tam
 esse incogitantem, aut rerum imperitum; ut non ma-
 bit, si quam alicuius momenti mutationem alieno in-
 scripto molitur, ei mutationi a firmis rationum ne-
 cessariarum momentis, quam a solo suo nomine au-
 thoritatem accedere. Iam nec illud hic praterun-
 dum, quod, si Typographo tam diu expectandum
 fuisset, quoad hoc exemplar ex animi sententia pro-
 curassem, maximo ipsi ea res detrimento fuisset; a-
 nulis vero ipsius nihil minus quam de re litteraria
 sollicitis maximo lucro: quod nemo bonus & boni
 publici

7
 publici amans exoptaret. Consilio igitur illam ac-
 curatam & quasi postremam operam in commo-
 dius tempus reieci: & satis habui nunc temporis Al-
 dinum, seu potius Naugerianum exemplar omnium,
 quae exstant, longe optimum Plantino exprimendum
 dare. & quoniam ille libenter formarum diversi-
 tate sua exornat; prope omnia, quae me Metamor-
 phoses rapim percurrentem primo suo occursum pau-
 lisper constiterunt; ea ne aliis, praesertim rudioribus,
 negotium facerent, partim e Regio, Micyllo, aliis,
 partim ex nostris Notationibus faciliora & magis
 peruia brevibus quibusdam notis in libri margine
 ascriptis reddidi. Numeros etiam versuum cuius-
 que libri adpingi primi omnium curavimus: quo
 omnes lexicorum commoditate fruerentur incun-
 dius; & loca hinc alio adducta & explicata minore
 negotio suis sedibus restituerent. Quod autem ad
 Luctatij veteris grammatici argumenta attinet;
 quae a Colonienibus male Donato inscripta esse do-
 les; quaeque in nostris codicibus antiquis speras mul-
 to legi correctiora, quam in Italicis & Germani-
 cis, ubi ais esse depravatissima: ea argumenta cona-
 ti sumus, tuo praesertim hortatu, ex vestigiis V Val-
 terianorum codicum in pristinum restituere. sed
 cum in his libris ea quibusdam locis mutila sint;
 adeoque magnam partem evanirent ab Hernagij,
 Brickmannorum, & Ranerij editionibus, ut non
 A 4 ab

8
 ab uno, sed à pluribus facta videri possint; cepti nõ-
 nihil diffidere de probitate meorum librorum: &
 ad quarti libri initium constitui: venitque mihi in
 mentem trium dumtaxat librorum argumēta per-
 acri & certo iudicio tuo examinanda proponere; ut,
 si putabis aliquod esse operæ meæ pretium; inbeas et
 reliquã adgredi: sin minus, saltem non ita multum
 laboris & temporis mihi perierit. Quæ deinde, à
 quarto libro sequuntur; Ioannis Renerij fide et au-
 ctoritate tueri se debent: qui se ea ex veteri codice
 protulisse affirmat: quamquam valde metuo, ut res
 usquequaque ita sese habeat. nam, nisi me libri mei
 fallunt, scripti, ut mihi & equalibus meis conice-
 re liquet, ante annos amplius quingentos; præstare
 audeam, sepiusimè illum, audace per Deum exem-
 plo, Regij interpretationem Lucretij argumentis in-
 texuisse: quod nos partim ostendimus, partim, si in-
 bes, & plures libri accedent, multo latius aliquando
 ostensuri sumus. Libri iij. de Ponto è duobus manu-
 scriptis tuis redditæ castigationes attulerunt mihi
 gaudium simul & dolorem prorsus mirificū. gau-
 dium, quod eam laboris partem mihi ademisses: do-
 lorem, quod hoc specimine tantum mihi iniecisses
 desiderium earum castigationum, quas bonus ille
 vir inspiciendas, non etiam referendas, à te accepit.
 Sunt iidem libri de Ponto sexies apud me calamo
 exarati, verum ita recente, ut neminem ex illis pu-
 tera

9
 tem CCC. annos numerare. id quod iidem mihi
 vsuuenit in Fastis, quorum item octo eiusdem notæ
 exemplaria apud me sunt. ne unus tamen in illis
 est, qui versum illum Ennij lib. ij. à te de meliore
 codice restitutum,

Vnus erit, quem tu tolles in carula cali,
 representet: quem tamen uterque Walterianus in
 Metamorph. xiiij. dilucide subiicit. Bona spes me
 ducit, fore, ut aliquando etiam in aliis operibus
 voti mei compos efficiar. Te verò pro eo, quantus est
 vtriusque in rem litterariam amor, etiam atque e-
 tiam rogo, ut consilium & institutum nostrum sè
 quo modo iuuare potes, quomodo cepisti, pergas. Ne
 vinam, si hoc tempore mihi quidquam gratius un-
 decumque cupiam & optem accidere. Vale.
 Antuerpiæ Kal. Augusti. Anno CIO IO. LXVI.

A S TRANS-

TRANSFORMATIONVM

OVIDII SERIES COMPENDIO
 excerpta, per GVLIELMVM CAN-
 TERVM, Nouarum lect. lib. j. cap. xx.

Ad mea perpe-
 tuum deducite
 tempora carmen



EXISTIMO equidem mul-
 tis, cum Ouidij Transforma-
 tiones legunt, idem, quod mihi
 sapē, cōtingere: vt *perpetuam
 illam & nūquam interruptam
 narrationum tam variarū con-
 nexionem satis mirari nequeant: quodque in
 hoc Opere Poëta tam conuenienter propo-
 sito suo, à prima mundi origine ad sua vsque
 tempora, perpetuum carmen artificiosissimè
 deducat. Quæ quidem res ita me semper de-
 lectauit, vt temperare mihi tandem non po-
 tuerim, quin Opere toto semel peruoluto,
 ordinis rarionem per singulas fabellas consi-
 derarem, atque adeo totum Opus quasi in E-
 pitomen quandam redigerem: vt quā ex par-
 tibus singulis olim voluptatem ceperam, eam
 tunc è toto poëmate breuiter sub oculos po-
 sito, longè pleniorē perciperem: & poëte in-
 genium cum in aliis rebus multis, tum in hac
 præcipuè, non vulgare fuisse deprehenderem.
 Huius porro voluptatis fructum vt cum aliis
 etiam, nec inuitis fortasse, communicemus:
 visum est hoc loco Transformationes Oui-
 dij,

dij, quàm breuissimè fieri potuit excerptas,
 Lectori tanquam in tabella spectandas pro-
 ponere, earumque methodum omnem velut
 digito monstrare. Ea autem sic habet.

Principio Chaos in elementa quatuor di- **LIB. I.**
 stinguitur: quibus cum sui darentur singu-
 lis incolæ, homo ex terra & aqua creatus
 est. Secutæ sunt ætates hominum quatuor:
 in quarum postrema de Gigantum sangui-
 ne nati sunt homines: qui cum essent im-
 pij; Iupiter, quamuis antea Lycaonem in
 lupum mutasset, generali nihilominus sup-
 plicio diluuium inducens, omnia in aquam
 conuertit. Hic soli relinquuntur superstites
 Deucalion & Pyrrha: qui post redditam ter-
 ram, iactis post terga lapidibus, humanum
 repararunt genus. nam reliqua quidem ani-
 malia sponte sua ex humore & calore pro-
 dierunt, interque ea & Pytho serpens: quem
 cum Apollo interemisset, Pythios ludos in
 rei memoriam instituit, in quibus victores
 esculea corona donabantur. nondum enim
 extiterat laurus, donec in eam Daphne puel-
 la fuit conuersa. Quod cum accidisset, tum
 ad patrem eius Peneum, cum reliqui fluuij
 siue congratulandi, siue etiam consolandi
 gratia cōuenissent: solus desideratus est Ina-
 chus, quod de filia sua Ione sollicitus esset,
 quam Iupiter post stuprum in iuencam
 mutarat. Ea cum ab Argo custodiretur, Mer-
 curius eum, narrata prius nymphæ Syrin-
 gis in arundinem transformatione, occidit:
 cuius

I I.

cuius oculi deinde à Iunone in pauonem col-
 lati fuerunt. Tum Io pristina mulieris forma
 recepta, Epaphum parit. Qui cum aliquando
 Phaethonti Apollinem, vt falsum ac supposi-
 ticium patrem, obiecisset: ille currus Solaris
 imperiū ad diem vnum à patre in pignus ve-
 ræ stirpis petiit. quo impetrato, terra ab eo tota
 accenditur, & inter cetera nigrescunt Aethio-
 pes. Phaethontem deinde fulmine percussum
 dum lugent sorores, & vnâ cognâtus Cygnus:
 ille in arbores, hic in cygnum mutatur. Tum
 Iupiter lustrato terrarum orbe, ac pristino vi-
 gori restituto, in Callistonem incidit, eam-
 que sumpta Dianæ forma stuprauit. Ob id
 irata Iuno, Callistonem in vrsam conuertit:
 quam postea Arcas filius transfixurus fuerat,
 nisi vtrunque Iupiter inter sidera retulisset.
 Qua de re cum apud Oceanum Iuno con-
 quæsta esset, in cælum relata fuit humeris pa-
 uonum, qui nuper variegati fuerant: sicut &
 coruus nuper ex albo niger erat redditus, cum
 Cornicis monitis, quæ illi tum suam in cor-
 nicem, tum Nyctimenes in noctuam muta-
 tionem explicarat, non obtemperasset, sed au-
 dacter Coronidis adulterium ad Apollinem
 detulisset. Eius deinde filio, Aesculapio, cum
 futura prædiceret Ocyroe, in equam ira di-
 uina vertitur. Tum Chiron pater Apollinis,
 auxilium frustra inuocauit: quod ille iam in
 Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis e-
 tiam bubus. id quod Mercurio illos furandi
 occasionem dedit: qui deinde Batti, cum is so-
 lus

I I I.

lus esset furti conscius, perfidia se commu-
 tando deprehensa, in indicem lapidem cum
 conuertit. Inde in Atticam ingressus, Her-
 se, Cecropis filia, potitur. Cui dum inuider
 soror Aglauros, in saxum obrigescit. Postea
 Iupiter, cum ipsum boues Agenoris ad litus
 aduertere iussisset, sumpta tauri specie, Euro-
 pam per mare in Cretam transuexit. Hic
 Agenor, Cadmum iubet filiam amissam in-
 uestigare. Quod dum ille facit, è dentibus
 draconis occisi in terra satis enascuntur ho-
 mines: cum quibus ille deinde Thebas con-
 didit. Huic primum valde luctuosa fuit ne-
 potis Actæonis in ceruum mutati dilacera-
 tio: quamuis Iunoni grata fuerit, quæ Seme-
 len pellicem oderat: ideoque ad ipsam sub
 facie Beroes nutricis accedens, mortem illi
 procurauit. Paulo post Iupiter cum Iunone
 disputans, vtra Venus esset suauior, Tire-
 siam adhibet arbitrum: quandoquidem se-
 xum vtrunque fuerat expertus. Is lata con-
 tra Iunonem sententia, ab illa quidem visu
 priuatus, à Ioue autem vaticinandi scientiam
 consecutus est. primum autem eius oraculum
 in Narcisso comprobatum fuit: qui cum pu-
 ellas omnes, inter quas & Echo præ amoris
 impatientia in vocem fuerat conuersa, con-
 tempsisset: sui ipsius denique amore conta-
 bescens, in florem mutatus est. Pentheus ta-
 men vatem hunc irridebat, quamquam &
 ipsi vera prædixerat. Nam cum Bæcchi cele-
 brarentur Orgia, ille famulum quendam fa-
 crorum,

III.

rorum, postquã nautas in pisces fuisse transformatos ab eo intellexerat, in vincula coniecit: & inde à Bacchis fuit discerptus. id quod magnam apud omnes fidem sacris conciliauit. Alcathoe tamen, vnã cum sororibus, cõstanter ea contemnebat, adeo vt in festo varias ad colum historias illæ sibi inuicem narrare cõeperint, partim de moris denigratis, partim de Apolline in Eurynomen verso, vt cum Leucothoe concumberet: quamobrem Clytie zelotypa in Heliotropium fuerit mutata: partim etiam de Hermaphrodito & Salmacide nympa, in vnum corpus concretis. Quo facto, sorores ipsæ in vesperiliones, earumque telæ in vitem & pampinos transformatæ sunt. Hac de re cum Agane lataretur, magnus ei dolor oblatu est, quando Ino & Athamas in mare per insaniam prosiluerunt, & facti sunt dij marini. Quos dum mulieres Thebanæ pro mortuis deplorant, in saxa & volucres commutantur. Cadmus quoque hac calamitate commotus, relictis Thebis, in Illyriam cum vxore profectus est: vbi vterque anguineam formam accepit. Solus itaque restabat de Bacchi contemptoribus Acrisius, auus Persei, qui Gorgonis caput amputauit: è cuius guttis in terram delapsis angues exorti sunt: & Atlantem in montem, virgasque post Andromedam liberatam in lapides conuertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineum cum suis, vnãque Proctum & Polydectem, fa-

xcos

xeos reddidit. Tum Pallas, quæ illi hactenus comes fuerat, ipso relicto in Heliconem se confert, vt Hippocrenen inspiciat. Ibi narrant illi Musæ de Pyreneo & Pieridibus in picas conuersis, postquam cantu de variis transformationibus instituto cum ipsis contendissent. Quo exemplo mota dea, vñ animum se fecit: itaque inito cum Arachne texendi certamine, postquam vtriusque tela varias transformationes representauit, ipsam in araneam mutauit. Nihil tamen hoc Nioben mouit, quo minus amissis liberis in saxum obduresceret. Quo quidem cognito vulgus Lycios rusticos in ranas à Diana versos, & Marfyam ab Apolline excoriatum, in memoriam reuocauit. Cum verò ad consolandos Thebanos vrbes finitimæ conuenissent, soli defuerunt Athenienses, quoniam à Tereo rege infestabantur: qui deinde stuprata Philomela, in vppam transformatus fuit, quemadmodum & Philomela in lusciniam, ac Procne in hirundinem. Quæ res Pandioni socero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus, è cuius filia Orithyia Boreas Calain procreauit, & Zethen: qui in Argonautarum numero quondam fuerunt, cum Iason, seminatis serpentis detribus, è quibus homines armati prodierunt, & dracone sopito, vellus aureum retulit. Is postquam domum cum Medea rediit, Aesoui illa iuuentutem reddidit. Eandemque & Pelix pollicita præ-

missio

16

missio arietis in agnum reformati specimine, dolo eum occidit. inde per varia loca multis insignia transformationibus delata, post occisos liberos Aegeo nupsit. Contra hunc postea bellum mouit Minos, collectis vndique copiis, vt & e Paro: quam cum Arne quondam prodidisset, in monedulam fuerat conuersa. Acacus vero ab Aegeo sterit, & ad eum Myrmidones suos, e formicis ortos, auxilio misit, duce Cephalo: qui aliquando vxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa conuerti viderat. Minos interim Alcaethen obsidet: qua capta, Nifus in haliæetum, & Scylla in cirin fuerunt translati. Hinc in Cretam ille reuersus est, vbi Minotaurus labyrintho erat inclusus: quem cum Theseus deinde de medio sustulisset, cum Ariadne in patriam rediens, eam in itinere dereliquit. Hinc eam Bacchus assumpsit, eiusque coronam inter sidera collocauit. Icarus vero, cum ex insula conaretur post patrem euolare, submersus est: eiusque exsequias celebrantem patrem vidit perdix, e Talo nuper transformata, Theseus interea cum valde celebris iam esset, ad aprum Calydonium, cuius interfectore sublato, sorores eius in Meleagrides aues mutatae sunt, fuit conuocatus. Inde ad Acheloum diuertitur, & Echinnades insulas conspicit, in quas Naiades erant conuersae. Quod ita fieri potuisse, Lellex primum Baucidis & Philemonis probat exem-

VIII.

17

exemplo, qui in arbores fuerint commutati: sicut & domus ipsorum in templum, ac pagus ipse in stagnum. Achelous deinde Protei & Mestrae transformationis adiicit, ac suas denique, quibus vsus quondam fuerat, cum ipsum premeret Hercules, gratia Deianirae. Haec illi postea vestem misit, qua periit: I X. postquam Lichas in scopulum fuit translatus: & in caelum traductus est. Tum vero Alcmena ad Iolen se contulit: ei que Galanthidem in mustelam, & illa vicissim sorore suam in arborem conuersam narrauit. Interim superuenit ipsis Iolaus, reparata per Heben iuuentute. Id quod non posse omnibus contingere, Iupiter Aeaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, & Byblidem procreauit, atque Caunum: cuius illa amore tabefacta, in fontem periit. Quae quidem res magis mira omnibus visa fuisset, nisi paulo ante Iphis, ipso nuptiarum die, virilem sexum accepisset. His porro nuptiis qui interfuerat Hymenaeus, ad Orpheum inde se contulit, sed malo omine: quandoquidem mox obiit Eurydice, & postea secundo: cum quidem non aliter obstupuit Orpheus, quam qui Cerbero conspecto saxeus est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt ad eum arbores omnes, & inter ceteras pinus ex Aty, & cupressus e Cyparisso mutata. Hinc XI. cum Thraciae mulieres illum discerpissent, in arbores mutatae sunt. Tum Bacchus e Thracia

B

Thracia recessit, & Midæ pro Sileno resti-
 guto auti copiam fecit: cuius cum illum pæ-
 niteret, in Pactolo lotus, arenas eius aureas
 reddidit. Postea Phœbus pro iniquo iudicio
 aures illi asininas tribuit. Quo facto, Troiæ
 mœnia, humanam indutus formam, exstru-
 xit. Hanc urbem postquam cepit Hercu-
 les: Hesionem Telamoni vxorem dedit,
 quandoquidem Peleus iam Thetidem post
 multas eius transformationes duxerat: & ad
 Ceycem postea profectus, Dædalionem in
 accipitrem, & lupum in lapidem conuersum
 partim intellexerat, partim ipse viderat. Ac-
 cidit deinde, vt Alcyonē marito post nau-
 fragium sub Morphei figura per somnum
 conspecto, in auem, sicut & maritus, muta-
 retur. Quos in aëre volantes cum animad-
 uertissent quidam, Aesacum quondam in
 mergum, qui tum fortè aderat, memine-
 runt transformatum. Huic tum Priamus
 pater, tanquam mortuo, exequias fecit vnā
 cum filiis: excepto tamen Paride, qui in Græ-
 ciam profectus erat: quemque deinde per-
 secuti Græci, draconem Aulide lapideum
 viderunt redditum. Inde Cygnus ab Achil-
 le occisus, in auem vertitur, cum inuulne-
 rabilis fuisset: sicut & Cænis, olim in Cæ-
 neum, & postea in auem commutata. Quod
 cum narrasset Nestor, Periclymeni quoque
 transformationes adiunxit. Neptunus dein-
 de Achilli mortem procurat: de cuius armis
 Ajax & Vlysses post mortem contendunt.
 Aiace

XII.

XIII.

Aiace verò hac de causa mortuo, sanguis e-
 ius in hyacinthum conuertitur. Capta post-
 ea Troia, Hecuba in canem mutata est: cu-
 ius fortunam cum dij omnes deplorarent,
 Aurora sola Memnonem duntaxat, auem
 iam factum, lugebat. Aeneas autem pro-
 fugus ad Anium, cuius filia in columbas e-
 rant conuersa, aliaque deinceps loca trans-
 formationibus celebrata delatus est. In
 Latium denique vt venit, bellum cum Tur-
 no suscepit. Is cum per Venulum pete-
 ret auxilium à Diomede, cuius focij in a-
 ues fuerant mutati, repulsam passus est: re-
 deunte Venulo per ea loca, in quibus pa-
 stor quondam in oleastrum erat conuer-
 sus. Postea naues Aeneæ in prælio Nym-
 phæ fiunt: sicut & Ardea post occisum Tur-
 num, auis: atque Aeneas ipse, Indiges. Suc-
 cesserunt huic reges alij, quorum inter ce-
 teros sub Proca floruit Pomona: quam cum
 amaret Vertumnus, sumpta primum anas
 forma; & Anaxaretis in saxum conuersa
 exemplo usurpato: deinde rursus iuuenis
 factus, voto potitur. Inde sub Numitore a-
 quæ frigidæ redduntur calidæ. Cui qui suc-
 cessit Romulus, factus est Quirinus: eiusque
 vxor, Ora dea. Secutus est Numa: qui cum
 de originibus Crotonis inquireret, nigros
 calculos quondam in albos fuisse commuta-
 tos comperit: & Pythagoram de perpetuis
 rerum transformationibus disputantem au-
 diuit. Mortuum deinde Numam deslens
 Aegeria,

XIIII.

XV.

B 2

Aegeria, nec Hippolyti, qui suas ipsi conuersiones proponebat, consolationem admittēs, in fontem liquefcit. Id quod non minus fuit mirandum, quàm quod Rōmuli lancea arbor, aut Cippus factus est cornutus. Iulius Cæsar denique in stellam post mortem commutatus fuit.

P V B.

21

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON

LIBER I.



Noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dñceptis (nam vos mutastis & illas)
Adspirate meis, primaque ab origine mundi

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Chaos, vt Hesiodus, indicat in volumine, quod deorum originem continet, fuit in initio rerum confusio, quæ postea in suas species distributa est, ita vt leuissima corporum, æther igneus, & infra hunc ær frigidus, ceteraque sidera sublimempeterent partem, per quæ solis splendor, ac lunæ vagaretur: grauissima autem, humus, liquorque in ima parte subfederunt.

3 Ante mare & terras, & quod tegit omnia, calum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis, indigestaque moles,
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
20 Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua crescendo reparabat cornua Phæbe:
Nec circumfuso pendebat in aere tellus
* Ponderibus librata suis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
25 Quaque erat & tellus, illic & pontus, & ær:
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda,
Læcis, egens ær: nulli sua forma manebat.

Chaos in elementa.

* non ponderum
vndique æquali.

B 3

Obsta-

22 METAMORPH.

Obstabatque alijs aliud: quia corpore in uno
 Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
 Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
 Hanc Deus, & melior litem natura diremit.
 Nam celo terras, & terris abscidit undas:
 Et liquidum spisso secrevit ab aere calum.
 Quae postquam euoluit, caecoque exemit aceruo,
 Dissociata locis & concordi pace ligauit.
 Ignea conuexi vis & sine pondere cali-
 Emicuit, summamque locum sibi legit in arce.
 Proximus est aer illi leuitate, locoque:
 Densior his tellus, elementaque grandia traxit,
 Et pressa est grauitate sui: circumfluit humor.
 Vltima possedit, solidumque coercuit orbem.

Iludie ad prin-
 ipia Empedo-
 lis confusione
 & amicitiā.

arctē cōplexus
 & Vide Festū.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Separata iam terra erat à ceteris elementis, sed homo non-
 dum natus ipsius terrae cultor futurus & dominus, itaque Prome-
 theus Iapeti filius terram imbre molliuit, & ex hac hominem ad
 Dei similitudinem & imaginem finxit; cuius facies non prona, vt
 ceteris animalibus, esset in terram, sed caelum spectaret erecta.

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
 Congeriem secuit, sectamque in membra redegit;
 Principio terram, ne non equalis ab omni
 Parte foret; magni speciem glomeravit in orbis.
 Tum freta diffudit rapidisque tumescere ventis
 Iussit, & ambita circumdare litora terrae.
 Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusque
 Fluminamque obliquis cinxit decliua ripis,
 Quae diuersa locis partim sorbentur ab ipsa;
 In mare perueniunt partim, campoque recepta
 Liberioris aquae, pro ripis litora pulsant.
 Iussit & extendi campos, subsidere valles,

terra in varias
 scies.

ve de Euphrate
 & cetera.

Fronde

LIBER I.

Fronde te gi siluas, lapidosos surgere montes.
 45 Vtque duae dextrae calum totidemque sinistra
 Parte secant Zona, quinta est ardentior illis,
 Sic onus inclusum numero distinxit eodem.
 Cura Dei, totidemque plagae tellure premantur:
 Quarum quae media est, non est habitabilis aestu:
 50 Nix tegit alta duas: totidem inter utramque locauit;
 Temperiemque dedit, mista cum frigore flamma.
 Immet his aer: qui quanto est pondere terra,
 Pondere aquae leuior: tanto est onerosior igne.
 Illic & nebulas, illic consistere nubes
 55 Iussit, & humanas motura tonitrua mentes,
 Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
 His quoque non passim mundi fabricator habendum
 Aera permisit: vix nunc obstititur illis,
 Cum sua quisque regat diuerso flamina tractu,
 60 Quin laement mundum: tanta est discordia fratrum.
 Euris ad auroram, Nabathaeaque regna recessit,
 Persidaeque, & radijs iuga subdita matutinis;
 Vesper, & occiduo quae litora sole tepescunt,
 Proxima sunt Zephyro: Scythiam septemque triones
 65 Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
 Nubibus assiduis, pluuioque madescit ab Austro.
 Haec super imposuit liquidum, & grauitate carentem
 Aethera, nec quicquam terrena facis habentem.
 Vix ita limitibus discreuerat omnia certis;
 70 Cum, quae pressi diu massa latuere sub ipsa,
 Sidera caeperunt toto efferuescere caelo.
 Neu regio foret vlla suis animalibus orba;
 Astra tenent caeleste solum formaeque deorum:
 Cesserunt nitidis habitanda piscibus undae.
 75 Terra ferus cepit; volucres agitabilis aer.

terram

Zona & circ
caeli

que densiore
nubibus

Ventis

Sanctus

B 4

Sanctius his animal, mentisque caparius altæ
 Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.
 Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit
 Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
 Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto
 Aethere cognati retinebat semina calis:
 Quam satus Iapeto mistam fluuiialibus undis
 Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum:
 Pronaque cum spectent animalia cetera terram;
 Os homini sublime dedit; cælumque videre
 Inssit, & erectos ad sidera tollere vultus.
 Sic modo, quæ fuerat rudis, & sine imagine, tellus
 Induit ignotas hominum conuersa figuras.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Ex quo Chaos tenebrosum iniecta luce discussum est, & discretis
 elementis faciem hanc tam claram mundus accepit; deinceps,
 quasi in ætates quasdam, in secula quatuor distributum est, hoc est,
 Aureum, Argenteum, Aereum, Ferreum, quibus pro qualitate sui
 ascripta sunt nomina. nam aureum sæculum dictum est, quod Sa-
 turno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non furor
 sauebat armorum: non auaritia hominum fluctibus commiserat vi-
 tam: & cessantibus rastris inarata grauidas fruges terra præbebat.
 otiosa erat, ac securam vitam mortalibus: ac sine vicissitudine tempo-
 rum continua veris gratia fruebantur. Deinde sæculum in argenteum
 ab aureo colore migravit. tunc primum & æstus ardentior cæli, &
 grauiora frigora incubuere mortalibus. tunc ædificata domorum tu-
 tiora secreta: antea enim aut in antris habitabant, aut incolabant
 teeta siluarum. Semina etiam tum primum fulcis cooperere commit-
 tere: cum iam terra solita hominibus negaret alimenta. Tertium sæ-
 culum successit æreum, argenteo iam durius: cœpere homines in-
 uerecundius viuere. nam cupiditate habendi auaritia cum inuidia
 exorta est: inde mare peruium factum, dum diuitiæ requiruntur. ter-
 ra quoque antea cunctis communis, limitibus, terminisque discreta
 est: & in venis eius non solum frumenta quaesita sunt, sed & me-
 tallâ inuenta crepuerunt. Quartum sæculum ferri nimio rigore du-
 ratum est: quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia scelera
 cupiditatis excederet: nam ab odio, vitio, & infanientis auaritiæ
 gradationibus ad parricidia usque peruenit.

in argenteum
culam au.

V. de feris

Aurea

Aurea prima sata est ætas: quæ vindice nullo
 Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat.
 Pœna metusque aberant, nec vincula minantia fixo
 Aere ligabamur: nec supplex turba timebat
 Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti.
 Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem,
 Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:
 Nullaque mortales, præter sua litora, norant.
 Nondum præcipientes cingebant oppida fossæ:
 Non tuba directi, non æris cornua flexi,
 Non galeæ, non ensis erat: sine militis usu
 Mollia securæ peragebant otia gentes.
 Ipsa quoque * immunis, rastrisque intacta, nec ullis
 Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
 Contentique cibis nullo cogente creatis,
 Arbuteos fetus, montanæque fraga legebant,
 Cornaque, & in duris herentia mora rubetis;
 Et quæ decidant patula Iouis arbore glandes.
 Ver erat æternum; placidique tepentibus auris
 Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
 Nec renouatus ager grauidis canebat aristas.
 Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
 Flauaque de viridi stillabant ilice mella.

Mundus in seculis
sine ætates qua-
tuor.

* vnde nihil exi-
gebat, vel il-
la, intacta.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Cum Saturno aurei sæculi rectore cæli arce deiecto, teneret
 Jupiter mundum, sicut ipse Saturnus; mundum in quatuor æ-
 diuersa tempora coarctauit, ut ver, quod fuerat ante vnum semper
 ad serenam tranquillitatem continuam, in parte anni quarta an-
 gustissimum cogeret tempus: ut huic succederet ardor æstatis, &
 tertio sequeretur autumnus infida temperies, & post hæc totus an-
 nus rigida hieme clauderetur: quatuor tempora veris exordio
 qualitatem imitarentur, & ordinem sæculorum.

B 5

Post-

Annus in tem-
pora quatuor.
Argentea aetas
sub Ioue.

Aetas aenea,
& ferrea.

Longis fulcis &
inibus.

Bellorum nerui
res, aurum, fer-
rum, manus.

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub Ioue mundus erat; subiit argentea proles,
Auro deterior, fuluo pretiosior aere: 115
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
Perque hyemes aestusque, & inaequales autumnos,
Et breue ver: spatys exegit quattuor annum.
Tum primum siccis aer feruoribus ustus
Canduit: & ventis glacies adstricta pependit. 120
Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt,
Et densi frutices, & iuncta cortice virga.
Semina tum primum longis Cerealia sulcis
Obruta sunt, praesque iugo genuere iuuenti.
Tertia post illam successit aenea proles, 125
Senior ingenis, & ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen. De duro est ultima ferro.
Protinus irrupit venae peioris in aenum.
Omne nefas: fugere pudor, verumque, fidesque:
In quorum subiere locum fraudesque, dolique, 130
Insidiaeque, & vis, & amor sceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita: quaeque diu steterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis insultauere carinae.
Communemque prius, ceu lumina Solis, & aures, 135
Cautus humum longo signauit limite mensor.
Nec tantum segetes, alimentaque debita diues
Poscebatur humus; sed itum est in viscera terrae:
Quaeque recondiderat, Stygijque admonerat umbris, 140
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierrat. prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuuntur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,

115

120

125

130

135

140

Nota

145 Non socer a genere fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa marito:
Lurida terribiles miscent aconita nouercae:
Filius ante diem patrios inquit in annos.
Victa iacet pietas: & virgo caede madentes
150 Vltima caelestum terras Astra reliquit.

Consulit diuinos
ac mathematicos
de parca morte.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Gigantes immanes molis homines, & similes patri filios pa-
renti Terra progeuit: quorum magnitudini par exaruit audacia. V. fuit.
nam extructis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus
iniecerunt caelestibus: sed fulminum igne deieci, impium genus poenae
suo cruore generant: nam sanguis eorum permixtus terrae, ho-
mines procreauit: haud longe ab origine discrepantes.

Noue foret terris securior arduus ether;
Affectasse ferunt regnum caeleste Gigantes:
Altaque congestos struxerunt ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
155 Fulmine, & exussit subiectum Pelion Ossa.
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent;
Perfusam multo natorem sanguine terram
Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem:
Et, ne nulla sua stirpis monumenta manerent;
160 In faciem vertisse hominum, sed & illa propago
Contemptrix superum, seu aequae audisima caedis,
Et violenta fuit: scires e sanguine natam.

Gigantum sanguis
in homines.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

De gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati
sunt, Lycaonis exemplum restatur: qui tyrannus Arcadiae, cum ad-
uenas & hospites trucidaret: etiam Iouem in se accendit iratum. V. prostratus.
Nam Iupiter humani sceleris impatiens, in deos querimonia de-
lata & simulata hominis specie, ad Lycaonis regiam venit: cui
Lycaon quasi mortali preparans mortem, prius humana mem-
bra deuoranda velut hospitali humanitate apposuit. quod post-
quam Iupiter sensit, non eum penitus interemit, ne supplicij
auctorem

28

METAMORPH.

amitteret sensum; sed in lupi formam conuertit, qui & mores in rabie, & nomen Lycaonis in appellatione seruariet. Nec contentus fuit Iupiter ceteros homines vnius Lycaonis terrere supplicio; nisi in omne genus sciret. inde denique iussit * tantam aquarum copiam redundare; vt operis diluuium montibus cuncti homines interirent.

C. per omnia

Qua pater vt summa vidit Saturnius arce;

Lycaon Pelasgi filius in lupum

Ingemit: & facta nondum vulgata recenti
Fæda Lyconie referens conuiuia mensæ,
Ingentes animo; dignas Ioue concipit iras:
Conciliūque vocat. tenuit mora nulla vocatos.

165

Lacteus circulus

Est via sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet candore notabilis ipso:
Hæc iter est superis ad magni tecta Tonantis,
Regalæmque domum: dextra, læuæque Deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis:

170

minores dñ.

* Plebs habitat diuersa locis: à fronte potentes
Calicola, clarique suos posuere penates.
Hic locus est; quem, si verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia cæli.

175

vt gestus sunt rati.

Ergo vbi marmoreo superi sedere recessu;
Celsior ipse loco, sceptroque inmixtus eburno,
Terrificam capitis concussit terque, quaterque
Cæsariem; cum qua terram, mare, sidera mouit.

180

ab hominibus eiusdem generis formæ.

Talibus inde modis ora indignantia soluit:
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui; qua centum quisque parabat
Inncere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nam, quamquam ferus hostis erat, tamē illud ab * vno
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.
Nunc mihi, quæ totum Nereus circumsonat orbem,
Perdendum est mortale genus: per flumina iuro
Infera, sub terras Stygio labentia luco.

185

Cum.

LIBER I.

29

190 Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est; ne pars sincera trahatur.

Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Nymphae,

Faunisque Satyrique, & monticola Siluani:

Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,

195 Quas dedimus, certe terras habitare sinamus.

An satis, o superi, tutos fore creditis illos;

Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque, regoque,

Struxerit insidias notus feritate Lycaon?

Confremuere omnes: studijsque ardentibus ausum

200 Talia deposcunt. Sic, cum manus impia scuit

Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen;

Aitonitum tanto subitæ terrore ruinae

Humanum genus est: totusque perhorruit orbis:

Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum,

205 Quam fuit illa Ioui, qui postquam voce, manūque

Murmura compressit; tenuere silentia cuncti.

Substitit vt clamor pressus grauitate regentis;

Iupiter hoc iterum sermone silentia rupit:

Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) soluit;

210 Quod tamen admissum, quæ sit vindicta, docebo.

Contigerat nostras infamia temporis aures:

Quam cupiens falsam, summo de labor Olympo:

Et Deus humana lustro sub imagine terras.

Longa mora est, quantum noxæ sit vbiq; repertum,

215 Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.

Menala transferam latebris horrenda ferarum,

Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi.

Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni

Ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.

220 Signa dedi venisse Deum; vulgusque precari

Cæperat, irridet primo pia vota Lycaon:

Mon.

certo periculo

Mox ait, Experiar, Deus hic, *discrimine aperto,
 An sit mortalis: nec erit dubitabile verum.
 Nocte grauem somno nec opima perdere morte
 Me parat: hac illi placet experientia veri.
 Nec contentus eo, missi de gente Molossa
 Obsidis unius inguluan mucrone resoluit:
 Atque ita semineces partim feruentibus artus
 Mollit aquis; partim subiecto torruit igni.
 Quos simul imposuit mensis; ego vindice flamma
 In dominum dignosque eueri recta penates.
 Terminus ipse fugit; naetusque silentia ruris
 Exululat: frustra que loqui conatur: * ab ipso
 Colligit os rabiem: solita que cupidine cedis
 Vititur in pecudes: & nunc quoque sanguine gaudet.
 In villos abeunt vestes; in crura lacerti.
 Fit Lupus, & veteris seruat vestigia formae.
 Canicis eadem est, eadem violentia vultus:
 Idem oculi lucent: eadem feritatis imago est.

*manet oris feritas in lupo, quae in homine fuerat.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Iupiter propter audaciam Lycaonis, ceterorumque mortali-
 um; qui sceltribus suis etiam deorum potentiam tentabant; or-
 bem terrarum profusis imbribus inundauit. Et cum duo pietate
 ceteros mortales antecessissent, Deucalion Promethei filius, ac
 Pyrrha, eadem soror, atque coniux: & in Parnasso monte prolu-
 uem imbrium effugissent, sorte moniti Themidis, quae eo tempo-
 re antistes: terra fuisse traditur, a Deis per preces generandae pro-
 lis veniam acceperunt: ita ut lapides post tergum iaceret, ex qui-
 bus homines nascebantur, & a Deucalione missi in viros verte-
 bantur: a Pyrrha autem, in feminas.

*abest a C.

A Deucalione iacti lapides in viros: & a Pyrrha in mulieres.

Occidit una domus; sed non domus una perire
 Digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erinyes.
 In facinus iurasse putes, dent ocyus omnes,
 Quas meruere pati (sic stat sententia) penas,

Dicta

Dicta Iouis pars voce probant, stimulosque frementi

245 Adiciunt: alij partes assensibus implent.
 Est tamen humani generis iactura dolori
 Omnibus: & quae sit terra mortalibus orba
 Forma futura rogant; quis sit laturus in aras
 Tura: ferisne paret populandas tradere terras?
 250 Talia quærentes (sibi enim fore cetera cura)
 Rex superum trepidare vetat; sobolemque priori
 Dissimilem populo promittit origine mira.
 Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras;
 Sed timuit, ne forte sacer, tot ab ignibus aether
 255 Conciperet flammam; totusque ardesceret axis.
 Esse quoque in satis reminiscitur, affore tempus,
 Quo mare, quo tellus, correptaque regia cali.
 Ardeat; & mundi moles operosa laboret.
 Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopium.
 260 Poena placet diuersa: genus mortale sub undis
 Perdere, & ex omni nimbo dimittere calo.
 Proinus * Aeolus Aquilonem claudit in antris,
 Et quæcunque fugant induectas flamina nubes:
 Emitteritque Notum. Madidis Notus euolat alis,
 265 Terribilem picea tectus caligine vultum.
 Barba grauis nimbo: canis fluit vnda capillis:
 Fronte sedent nebula: rorant, pennaeque sinusque.
 Vique manu late pendentia nubila pressit;
 Fit fragor; & densi funduntur ab aethere nimbi.
 270 *Nuntia Iunonis varios induta colores
 Concipit Iris aquas; alimentaque nubibus affert.
 Sternuntur segetes; & deplorata colonis
 Vota iacent; longique perit labor irritus anni.
 Nec calo contenta suo est Iouis ira; sed illum
 275 *Ceruleus frater inuat auxiliarius undis,

*prima imbris causa.

*altera.

*tertia

*non contineb. se intra cxlum. *quarta.

Con-

Diluij descri-
ptio.

Conuocat hic amnes: qui post, quam tecta tyranni
 Intrauere sui; Non est hortamine longo
 Nunc, ait, utendum: vires effundite vestras.
 Sic opus est: aperite domos; ac mole remota
 Fluminibus vestris totas immittite habenas. 280
 Iusserat: hi redeunt; ac fontibus ora relaxant;
 Et defrenato voluntur in aquora cursu.
 Ipse tridente suo terram percussit: at illa
 Intremuit; motuque vias patefecit: aquarum.
 Exspatiata ruunt per apertos flumina campos; 285
 Cumque satis arbuta simul, pecudesque, virosque,
 Tecta que, cumque suis rapiunt penetralia sacris.
 Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto
 Indeiecta malo; culmen tamen altior huius
 Vnda tegit; *pressaque latent sub gurgite turres. 290
 Iamque mare, & tellus nullum discrimen habebant:
 Omnia pontus erat, deerant quoque li ora ponto.
 Occupat hic collem; cymba sedet, alter adunca;
 Et ducit remos illic, ubi nuper ararat:
 Ille super segetes, aut mersa culmina villa 295
 Navigat: hic summa piscem deprehendit in vlimo.
 Figitur in vni di, si Fors tulit, anchora prato;
 Aut subiecta terunt curua vmeta carinae:
 Et modo qua graciles gramen carpere capella;
 Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ. 300
 Mirantur sub aqua lucos, orbésque, domosque
 Nereides: siluasque tenent delphines; & altis
 Incurvant ramis; agit atque robora pulsan-
 Nat lupus inter oues: fuluos vehit vnda leones:
 Vnda vehit tigres: nec vires fulminis apro, 305
 Crura nec ablato profunt velocia ceruo.
 Quæsitisque diu terris, ubi sistere possit,

alta mole a-
quarum.

scetidz, vnde
rouerb.
vixis dormi.

scitium vis, qui
astar fulminis
runt & ferunt
abrepto vngis.

lu

In mare lassatis volueris vaga decidit alis.
 Obruerat tumulos immensa licentia ponti;
 310 Pulsabantque *noua montana cacumina fluctus.
 Maxima pars vnda rapitur: quibus vnda pepercit;
 Illos longa domant inopi ieiunia victu.
 Separat *Aonios Actæis Phocis ab aruis
 Terra ferax; dum terra fuit: sed tempore in illo
 315 Pars maris, & latus subitarum campus aquarum.
 Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
 Nomine Parnassus; superatque cacumine nubes.
 Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aquor)
 Cum consorte tori parua rate vectus adhaesit;
 320 *Corycidas Nymphas, & numina montis adorat,
 Fatidicamque Themis; quæ tunc oracla tenebat.
 Non illo melior quisquam, nec amantior equi
 Vir fuit: aut illa reuerentior vlla deorum.
 Iupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,
 325 Et superesse virum de tot modo millibus vnum,
 Et superesse videt de tot modo millibus vnam,
 Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
 Nubila disticit: nimbisque Aquilone remotis,
 Et celo terras ostendit, & æthera terris.
 330 Nec maris ira manet: postroque tricuspide telo
 Mulcet aquas rector pelagi: supraque profundum
 Exstantem, atque humeros innato murice tectum
 Ceruleum Tritona vocat; conchæque sonanti
 Inspirare iubet: fluctusque, & flumina signo
 335 Iam renocare dato, caua buccina sumitur illi
 Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo:
 Buccina, quæ in medio concepit ubi aera ponto;
 Litora voce replet sub vtroque iacentia Phæbo.
 Tum quoque ut ora Dei madida rorantia barba

*subiti; 19.

*vel potius Ph
cida separât A
nij ab Actæis
hypallage.

*incolas Cory
quod Parnasi
autrum est.

*sole orient
occidente.

C

Con-

Contigit; & cecinit iussos inflata recessus;
 Omnibus audita est telluris; & æquoris undis:
 Et quibus est undis audita coercuit omnes.
 Iam mare litus habet: plenos capit alucis amnes:
 Flumina subsidunt; colles exire videntur.
 Surgit humus; crescunt loca decrescentibus undis:
 Postque diem longam nudata cacumina silvæ
 Ostendunt; limumque tenent in fionde relictum.
 *Redditus orbis erat: quem postquam vidit inanem;
 Et desolatæ agere alta silentia terras;
 Deucalion lacrimis ita Pyrrham affatur obortis:
 *O soror, o coniux, o femina sola superstes,
 Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
 Deinde totius iunxit; nunc ipsa pericula iungunt:
 Terrarum, quascunque vident occasus, & ortus.
 Nos duo turba sumus; possedit cetera pontus.
 Hac quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ.
 Certa satis; terrent etiam nunc nubila mentem.
 Quis tibi, si sine me satis erepta fuisses,
 Nunc animus miseranda foret? quo sola timorem
 Ferre modo posses? quo consolante dolores?
 Namque ego (crede mihi) si te quoque pontus haberet;
 Te sequeretur coniux; & me quoque pontus haberet.
 O vitam posses populos reparare paternis
 Artibus; atque animos formata infundere terræ.
 Nunc genus in nobis restat mortale duobus:
 (Sic visum est superis) hominumque exempla manemus.
 Dixerat: & stebant placuit celeste precari
 Numen; & auxilium per sacras querere sortes.
 Nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas;
 Et nondum liquidas, sed iam vada nota secantes.
 Inde ubi libatos irrorauere liquores

W auter l...
 ab undis antea
 ereptus
 blandientis est
 tantum enim
 hac ex Epime-
 theo, ille ex Pro-
 metheo fratri-
 bus patruelis
 erant.
 ex vndarum
 periculis,

Vesti

Vestibus, & capiti, flectunt vestigia sanctæ
 Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi
 Pallebant musco: stabantque sine ignibus ara.
 375 Vt templi tetigere gradus; procumbit uterque
 Pronus humi: gelidoque pauens dedit oscula saxo.
 Atque ita: Si precibus; dixerunt, numina iustis
 Victa remollescunt; si flectitur ira Deorum;
 Dic Themis, quæ generis damnum reparabile nostrum
 380 Arte sit: & mersis fer opem mitissima rebus.
 Mota dea est: sortemque dedit: Discedite templo;
 Et velate caput; cinctasque resoluite vestes:
 Ossa que post tergum magna iactate parentis.
 Obstupere diu: rumpitque silentia voce
 385 Pyrrha prior; iussisque Deæ parere recusat:
 Dæque sibi veniam, pauido rogat ore; pauetque
 Lædere iactatis maternas ossibus umbras.
 Interea reperunt cæcis obscura latebris
 Verba datæ sortis secum; inter seque volutant.
 390 Inde Promethides placidis Epimethida dictis
 Mulcet, & aut fallax, ait, est sollertia nobis;
 Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.
 Magna parens terra est: lapides in corpore terræ
 Ossa reor dici: iacere hos post terga iubemur.
 395 Coniugis augurio quamquam Titania mota est;
 Spes tamen in dubio est: adeo cælestibus ambo
 Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebat?
 Discedunt: velantque caput: tunicasque recingunt;
 Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
 400 Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)
 Ponere duriciem cœpere, suumque rigorem:
 Molliri que mora, mollitæque ducere formam.
 Mox, ubi creuerunt, naturæque mitior illis

*Reparatio ge-
 neris humani
 iactu lapidum

C 2

Conti

36 METAMORPH.

Contigit; ut quaedam sic non manifesta videri
 Forma potest hominis; sed uti de marmore cepta, 405
 Non exacta satis; rudibusque simillima signis.
 Quae tamen ex illis aliquo pars humida succo,
 Et terrena fuit; versa est in corporis usum.
 Quod solidum est, flecti que nequit; mutatur in ossa:
 Quae modo vena fuit; sub eodem nomine mansit: 410
 Inque breui spatio; superiorum numine, saxa
 Missa viri manibus faciem traxere virorum:
 Et de femineo reparata est femina iactu.
 Inde genus durum sumis, experiensque laborum:
 Et documenta danius, qua sumus origine nati. 415

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Post cataclysmum factum edidit terra Pythonem serpentem, speciem ignotam mortalibus. hunc Apollo sagittis interemit. & ne eius nomen aboleret, instituit ludos, & certamina quae in his ostendit: unde etiam Apollo Pythius est appellatus, ludique Pythij.

V. Pythia.
 Post diluuium terra Pythonem serpentem peperit innumerasque species alios, atque figuras.

*Cetera diuersis tellus animalia formis
 Sponte sua peperit: postquam vetus humor ab igne
 Percaluit solis, caenumque, vndeque paludes
 Intumuerunt; secundaque semina rerum
 Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo 420
 Creuerunt; faciemque aliquam cepere morando.
 Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
 Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alueo,
 Aethereoque recess exarsit sidere limus;
 Plurima cultores versis animalia glebis 425
 Inueniunt; & in his, quaedam modo cepta per ipsum
 Nascendi spatium: quaedam imperfecta, suisque
 Trunca vident humeris: & eodem corpore saepe
 Altera pars vivit; rudis est pars altera tellus.
 Quippe ubi temperiem sumpserunt humorque, calorque, 430
 Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.

Cumque

LII. I. 37

Cumque sit ignis aquae pugnae; vapor humidus omnes
 Res creat, & discors concordia fetibus apta est.
 Ergo ubi diluuium tellus lutulenta recenti
 435 Solibus aethereis, altoque recanduit aestu,
 Edidit innumeras species: partimque figuras
 Rettulit antiquas: partim noua monstra creauit.
 Illa quidem nollet: sed te quoque maxime Python
 Tum genuit; populiisque nouis, incognite serpens:
 440 Terror eras: tantum spatij de monte tenebas.
 Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
 Ante, nisi in damis, capreisque fugacibus usus,
 Mille grauem telis exhausta pene pharetra
 Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.
 445 Neue operis famam posset delere verustas,
 Instituit sacros celebri certamine ludos,
 Pythia perdomita serpentis nomine dictos.
 Hic iuuenum quicumque manu pedibusue, rotans
 Vicerat; esculeae capiebat frondis honorem.
 450 Nondum Laurus erat; longoque decentia crime
 Tempora cingebat de qualibet arbore Phaeus.

*nouem terrae iugera.

FAB. IX. ARGUMENTVM.

Daphne Penei fluminis filia, cum omnium virginum, quae in Thessalia essent, speciosissima haberetur, adeo quidem, ut Deos pulchritudine sua caperet; Apollo cum eam conspexisset, forma eius expalluit, quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuisset; vim ei inferre instituit. & illa cursu conspectum eius effugere cupiens patrem inuocauit, ut virginitati suae, quam sibi promiserat, ferret auxilium; cuius ille auditis precibus, filiae decorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum conuertit.

Primus amor Phaei Daphne Peneia; quem non
 Sors ignara dedit; sed sana Cupidinis ira.
 Delius hunc nuper victo serpente superbus,

C 3

Vide

Viderat adducto flectentem cornua nervos: 455

Quidque tibi lascive puer cum fortibus armis?

Dixerat: ista decent humeros gestamina nostros;

Qui dare certa ferre, dare vulnera possumus hosti:

Qui modo pestifero tor iugera ventre prementem

Struimus innumeris tumidum Pythona sagittis. 460

lasciuos & mol
es. Tu face nescio * quos esto contentus amores

Irritare tua: nec laudes afferere nostras.

Filius huic Veneris; Figat tuus omnia Phæbe,

Te meus arcus, ait: quantoque animalia cedunt

Cuncta Deo, tanto minor est, tua gloria nostra. 465

impulsu alarū
edente Dixit: & eliso percussis aere pennis

Impiger umbrosa Parnasi constitit arce:

Deque sagittifera prompsit duo tela pharetra

Diuersorum operum, fugat hoc, facit illud amorem.

Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta: 470

Quod fugat, obtusum est, & habet sub aridine plumbū.

Hoc Deus in nympha Peneide fixit ut illo

Læsit Apollineas traiecit per ossa medullas.

Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis,

Silvarum latebris, captiuarūque ferarum 475

Dianæ perpe-
ua gaudentis
virginitate. Exunjs gaudens, innumptæque amula * Phæbes.

Vitta coercbat positos sine lege capillos.

Multi illam petiere: illa auersata petentes,

Impatiens, expersque viri, nemora auia lustrat:

Nec quid Hymen, quid amor, quid sint connubia curat. 480

Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes;

Sæpe pater dixit: debes mihi nata nepotes.

Illam velut crimen tedas exosa iugales,

Pulchra verecundo suffundens ora rubore,

Inque patris blandis herens ceruice lacertis, 485

Da mihi perpetua genitor cari sime, dixit,

Virgi-

Virginitate frui: dedit hoc pater ante Diana,

Ille quidem obsequitur: sed te decor iste, quod optas,

Esse vetas; votoque tuo tua forma repugnat.

490 Phæbus amat; visaque cupit connubia Daphnes:

Quodque cupit, sperat, suaque illum oracula fallunt;

Utque leues stipula demptis adotentur aristas;

* Ut facibus sepes ardent, quas forte viator

Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit; * Fall. 4, 166.

495 Sic Deus in flammis abijt: sic pectore toto

Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.

Speçtat inornatos collo pendere capillos:

Et, quid si comantur, ait: videt igne micantes

Sideribus similes oculos: videt oscula; quæ non

500 Est vidisse satis: laudat digitosque, manusque;

Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos:

Si qua latent, meliora putat, fugit ocyor aura

Illam leui: neque ad hæc reuocantis verba resistit:

Nympha precor Peneia mane: non insequor hostis:

505 Nympha mane, sic agna lupum, sic cerua leonem,

Sic aquilam penna fugiunt trepidante columba;

Hostes quæque suos, amor est mihi causa sequendi:

Me miserum, ne proha cadas, indignave ledi

Crura notent, sentes, & sim tibi causa doloris:

510 Aspera quæ properas loca sunt, moderantius oro

Curte, fugamque inhibe: moderantius insequar ipse:

Cui placeas, inquire tamen, non incola montis;

Non ego sum pastor; non hic armenta, gregesue

Horridus observor: nescis, temeraria, nescis.

515 Quem fugias: ideoque fugis mihi, Delphica tellus,

Et Claros, & Tenedos, Pataraque regia seruit.

Iupiter est genitor: per me quod eritque, fuitque

Estque, * patet: per me concordant carmina neruis, * vaticiniis & oraculis præs-

Certa quidem nostra est: nostra tamen una sagitta
 Certior, in vacuo, quae vulnera pectore fecit. 520
 Inuentum medicina meum est; opifexque per orbem
 Dicor; & herbarum subiecta potentia nobis:
 Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis:
 Nec profunt domino, quae profunt omnibus, artes.
 Plura locuturum rapido Penaea cursu 525
 Fugit, cumque ipso verba imperfecta reliquit.
 Tunc quoque visa decens: nudabant corpora ventis;
 Obuiaque aduersas vibrabant flamina vestes;
 Et leuis impulsos retro dabat aura capillos:
 Aucta fuga forma est, sed enim non sustinet ultra 530
 *Perdere blanditias iuuenis Deus: utque monebat
 Ipse amor, admissio sequitur vestigia passu.
 Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo,
 Vidit; & hic praedam pedibus petit; ille salutem:
 Alter in haesuro similis, iam iamque tenere 535
 Sperat, & extento stringit vestigia rostro;
 Alter in ambiguo est, an sit comprehensus, & ipsi
 Morsibus eripitur, tangentiisque ora relinquit:
 Sic Deus, & virgo est: hic spe celer, illa timore.
 Qui tamen insequitur, pennis adiutus Amoris, 540
 Ocius est, requiemque negat; tergoque fugacis
 Imminet: & crinem sparsum cervicibus afflat.
 Viribus absumptis expalluit illa: citaeque
 Victa labore fugae, spectans Peneidas undas,
 Fer pater, inquit, operis si flumina numen habetis: 545
 Qua nimum placui, Tellus, ait, hisce; vel istam,
 Quae facit, ut ledar, mutando perde figuram.
 Vix prece finita, torpor grauis occupat artus:
 Mollia cinguntur tenui praecordia libro:
 In frondem crines, in ramos brachia crescunt: 550

equicquam
indiri

udato fati,
4.714.

porredo ore
des leporis
lit

tu oris at-
git,

phne in laur

Pe

Pes modo tam velox pigris radicibus haeret:
 Ora cacumen habent: remanet nitore vnus in illa.
 Hanc quoque Phaebus amat; postaque in stipite dextra
 Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus:
 555 Complexusque suis ramos, ut membra, lacertis,
 Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
 Cui Deus, At quoniam coniux mea non potes esse;
 Arbor eris certe, dixit, mea semper habebunt
 Te coma, te cithara, te nostra Laure pharetra.
 560 Tu ducibus letis adersis; cum lata triumphum
 Vox canet; & longas viscent Capitolia pompas.
 Postibus Augustis eadem fidißima custos
 Ante fores stabis; mediisque tuebere quercum.
 Utque meum intonsis caput est inuenite capillis;
 565 Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.
 Finierat Pean, factis modo laurea ramis
 Annuit: utque caput, visa est agitasse cacumen.

Laurus Apollinis
 sacra.
 cuius frondibus
 implicata orna-
 bantur,
 Plinius 15.34.
 Calypso 5.7.

FAB. X. ET XIII. ARGUMENTVM.

Io, Inachi amnis filia, cum aequales suas specie praecederet, a V. sua
 Ioue adamata est: qui admotis precibus desiderium explevit: &
 ne puella Inonis iram incideret, a corprossore in vaccam est V. ab oppo
 transfigurata: cuius fallaciam Iuno cum intellexisset; perit eam a
 Ioue velut munus sibi dari, quia speciosior erat ceteris armentis,
 quae in Peloponneso essent. Iupiter vero, ne, si negasset, prode-
 ret puellam; tribuit confestim. Iuno autem ne amplius eius pellex
 cum Ioue concumberet; Argum Aristoris filium centum oculos
 habentem ei praeosuit: quem Mercurius patris iussu interemit: &
 a casu eius Argiphontes est cognominatus. Iussu Argum, quia ob
 custodiam eius occiderat, in volucrem pavonem transformauit,
 & receptum in suam tutelam pennis insignibus, quibus amissa
 lumina indicaret; ornauit.

Est nemus Haemonia, praerupta quod undiq; claudit
 Silua, vocant Tempe, per qua Peneus ab imo

Io Inachi filia
 in vaccam

C 5

Effu

Effusus Pindo spumosis voluitur undis;
 Deiectaque graui tennes agitantia fumos
 Nubila conducit; summiſſique adſpergine ſiluis
 Inſluit: & ſonitu plus quam vicina fatigat.
 Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
 Amnis: in his reſidens factio de cautibus antro
 Undis iura dabat, nymphis que colentibus undas.
 Conueniunt illuc popularia flumina primum
 Neſcia gratentur, conſolentur ne parentem,
 Populiſer Sperchius, & irrequieus Enipeus,
 Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Aëas: 580
 Moxque amnes alij, qui quã tulit impetus illos,
 In mare deducunt ſeſſas erroribus undas.
 Inachus vnus abeſt: imoque reconditus antro
 Fleibus auget aquas: natamque miſerrimus Io
 Luget, vt amiſſam: neſcit vitane fruatur, 585
 An ſit apud manes: ſed quam non inuenit vſquam;
 Eſſe putat nuſquam; atque animo peiora veretur.
 Viderat à patrio redeuntem Iupiter illam
 Flumine: & o virgo Ione digna, tuoque beatum
 Neſcio quem factura toro, Pete dixerat umbras, 590
 Aut horum, aut horu nemorum (& monſtrauerat ambas)
 Dum calet, & medio ſol eſt altiſſimus orbe:
 Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum;
 Preſide tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis:
 Nec de plebe deo; ſed qui cæleſtia magna 595
 Scepra manu teneo; ſed qui vaga fulmina mitto.
 Ne fuge me: fugiebat enim: iam paſcua Lerna;
 Conſitaque arboribus Lyræa reliquerat arua;
 Cùm Deus inducã lãtas caligine terras
 Oculiuit, & tenuitque fugam, rapuitque pudorem. 600
 Interea medios Inno deſpexit in agros:

sup. 173.

Iupiter compri- mit Io. sic alibi, continere iter, pro ſistere, impedire.

Et noctis faciem nebulas feciſſe volucres
 Sub nitido mirata die, non fluminis illas
 Eſſe, nec humenti ſenſit tellure remitti:
 605 Atque ſuis coniux vbi ſit circumſpicit; vt que
 Depreſſi toties bene noſſet furta mariti.
 Quem poſtquam celo non repperit; Aut ego fallor,
 Aut ego lador; ait. delapſaque ab æthere ſummo
 Conſtitit in terris, nebulas que recedere iuſſit.
 610 Coniugis aduentum præſenſerat; inque nitentem
 Inachidos vultus mutauerat ille iuuenam.
 Bos quoque formoſa eſt. ſpeciem Saturnia vacca, 615
 Quamquam inuita, probat: nec non & cuius, & vnde, Io in vacca
 Quoque ſit armento; veri quaſi neſcia, querit.
 615 Iupiter è terra genitam menitur; vt auctor
 Deſinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.
 Quid faciat? crudele ſuos addicere amores:
 Non dare, ſuſpectum pudor eſt, qui ſuadeat, illinc;
 Hinc diſſuadet amor. vultus pudor eſſet amore:
 620 Sed leue ſi munus ſociæ generiſque, torique
 Vacca negaretur; poterat non vacca videri.
 Pellice donata; non protinus exiit omnem
 Diua metum; timuitque Iouem, & fuit anxia furti;
 Donec Ariſtonide ſeruandam tradidit Argo.
 625 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
 Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem:
 Cetera ſeruabant; atque in ſtatione manebant.
 Conſtiterat quocunq; loco; ſpectabat ad Io:
 Ante oculos Io, quamuis auerſus; habebat.
 630 Luce ſinit paſci: cùm ſol tellure ſub alta eſt;
 Claudit, & indigno circumdat vincula collo:
 Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba:
 Proque toro, terra non ſemper gramen habenti,

Incipit

Incubat infelix; limosaque flumina potat.
 Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet
 Tendere: non habuit, quae brachia tenderet Argo:
 Et conata queri, mugitus edidit ore:
 Pertimuitque sonos; propriaque exterrita voce est.
 Venit & ad ripas, ubi ludere saepe solebat,
 Inachidas ripas: nouaque ut conspexit in unda
 Cornua, pertimuit, seseque exterrita fugit.
 Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipse,
 Quae sit: at illa patrem sequitur, sequiturque sorores:
 Et patitur tangi, sequae admirantibus offert.
 Decerptas senior porrexerat Inachus herbas:
 Illa manus lambit, patriisque dat oscula palmis:
 Nec retinet lacrimas: & si modo verba supersint,
 Oret opem; nomenque suum, casusque loquatur.
 Littera pro verbis, quam pes in puluere duxit,
 Corporis indicium mutati triste peregit.
 Me miserum, exclamat pater Inachus, inque gementis
 Cornibus, & niuea pendens ceruice iuuenta,
 Me miserum ingeminat: tunc es quaesita per omnes
 Nata mihi terras? tu non inuenta reperta es.
 Luctus eras leuior, retices: nec mutua nostris
 Dicta refers: alto tantum suspiria ducis
 Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.
 At tibi ego ignarus thalamos, tedaque parabam:
 Spesque fuit generi mihi prima: secunda nepotum.
 De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus:
 Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
 Sed nocet esse Deum; praclusaque ianua leti
 Aeternum nostros luctus extendit in aenum.
 Talia merentem stellatus summonet Argus;
 Ereptamque patri diuersa in pascua natam

635

640

645

650

655

660

665

Abstra-

Abstrahit: ipse procul montis sublime cacumen
 Occupat; unde sedens partes specularur in omnes.

ARGUMENTVM FAB. XI.

Iupiter mittit Mercurium in habitu pastoris ad Argum supra-
 dictum interficiendum.

Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
 Ferre potest: natumque vocat, quem lucida partu
 670 Pleias enixa est: letoque det, imperat, Argum.
 Parua mora est, alas pedibus, virgamque potenti
 Somniferam sumpsisse manu, tegimenque capillis.
 Hac ubi disposuit; patria Ioue natus ab arce
 Desilit in terras: illic tegimenque remouit,
 675 Et posuit pennas: tantummodo virga retenta est.
 Hac agit, ut pastor, per deua rura capellas,
 Dum venit, adductas: & structis cantat auenis.
 Voce noua captus custos Innomius artis,
 Quisquis es, hoc poteris mecum considerare saxo,
 680 Argus ait: neque enim pecori fecundior illo
 Herba loco est, aptamque vides pastoribus umbram.
 Sedit Atlantiades; & euntem multa loquendo
 Detinuit sermone diem: iunctisque canendo
 Vincere arundinibus seruantia lumina tentat.
 685 Ille tamen pugnat molles euincere somnos:
 Et quamuis sopor est oculorum parte receptus;
 Parte tamen vigilat: querit quoque (nanque reperta
 Fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.

Mercurius in
 pastorem.
 quod cum so-
 roribus postea
 Ioue relata sit
 inter sidera.

ARGUMENTVM FAB. XII.

Syrinx nympharum Naiadum, quae circa Nonagrimum mon-
 tem Arcadiae vagabantur, speciosissima proditur fuisse. quam
 cum Pan Mercurij filius adamasset; & eam persequens ad amnem
 Ladonem

M E T A M O R P H .

*V. deponeret.

Ladonem Arcadiæ compulisset; ne vi castitatem deponere cogere-
tur; sororum auxilio in arundines conuersa est: ex quibus fistula
est composita, quæ nomine apud Græcos Syrix nuncupatur, cu-
ius cantu Argus in somnos compulsus est, quo facilius eum Mer-
curius interficere posset.

*V. somnum.

Syrinx nymphe
in fistulam.

Tum Deus, Arcadia gelidis in montibus, inquit,

Inter Hæmadryadas celeberrima Nonacinas.

Naias una fuit, nymphe Syringa vocabant.

Non semel & Satyros eluserat illa sequentes,

*Siluanos, Fau-
nos, Panes.

Et, quoscumque deos umbrosæque silua, feraxque

Rus habet, Ortygiam studijs, ipsamque colebat.

Virginitate Deam: riuu quoque cincta Diana

Falleret, & credi posset Latonia: si non

Corneus huic arcus; si non foret aureus illi.

Sic quoque fallebat, redeuntem colle Lycao

Pan uidet hanc, pinuque caput præcinctus acuta

*Hemistichia
sentia, & ab Al-
do ac vet. libris
absunt.
*ald. verba

Talia verba refert: tibi nubere nymphe volentis

*Votis cede Dei, restabat * plura referre;

Et precibus spreis fugisse per ania nymphe;

Donc arenosi placidum Ladonis ad amnem

Venerat. hinc illam cursum impediens undis,

Vt se mutarent, liquidas orasse sorores:

Panæque; cum prensam sibi iam Syringa putaret,

Syrinx in arun-
diacem.

Corpore pro nymphe calamos tenuisse palustres;

Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos

*pro modo su-
spirij.

Effecisse sonum tenuem, similemque querenti:

Arte noua, vocisque Deum dulcedine captum;

Hoc mihi colloquium tecum; dixisse, manebit:

Atque ita disparibus calamis compagine cere.

Inter se iunctis nomen tenuisse puella.

Talia dicturus, vidit Cyllenius omnes

Succubuisse oculos; adopertaque lumina somno.

Supprimat extemplo vocem; sumatque soporem

690

695

700

705

710

715

Lan.

L I B . I .

47

Languida permulcens medicata lumina vinga:

Nec mora, falcato nutantem vulnerat ense,

Quæ collo est confine caput: saxoque cruentum

720 Descit: & maculat præruptam sanguine rupem.

Arge iaces: quodque in tot lumina lumen habebas,

Exstinctum est: centumque oculos nox occupat una.

Excipit hos; volucrisque sua Saturnia penus

Collocat: & geminis caudam stellantibus implet.

* quatientem
capit more do-
mientium.

* vitale lumen,
quo reliqua lu-
cebant.
Argus in cauda
pauonis.

F A B . X I I I I . A R G V M E N T V M .

Io supra dicta cum furis exagitata orbem terrarum percur-
risset, nouissime in Aegyptum delata, ac placata Iunone à Ione, in
pristinam figuram regressa Ithidis dæx nomen accepit, Linigraque
dea est appellata.

* furis à Iuno-
ne immisit.

725 Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ;

Horriserantque oculis, animoque obiecit Erinnym

Pellicis Argolicæ, stimulosque in pectore cæcos

Condidit, & profugam per totum terruit orbem.

Vltimus immenso restabas, Nile, labori.

Io in Ithidem.

730 Quem simul ac tetigit; postis que in margine ripæ:

Procubuit genibus: resupinoque ardua collo,

Quos potuit solos, tendens ad sidera vultus,

Et gemitu, & lacrimis, & luctu sono mugitu

Cum Ioue visa queri est, finemque orare malorum.

735 Coniugis ille sua complexus colla lacertis,

Finiat ut pœnas tandem, rogat: Inque futurum

Pone metus, inquit, nunquam tibi causa doloris

Hæc erit: & Stygias iubet hoc audire paludes,

Vt lenita Dea est; vultus capit illa priores:

740 Fitque quod ante fuit: fugiunt de corpore setæ:

Cornus decrescunt: fit luminis arctior orbis:

Contrahitur reclus; redeunt humerique, manusque:

Vngu.

Vngulâque in quinos dilapsa absunitur congues.
 De boue nil superest, forme nisi candor, in illa:
 Officiôque pedum Nymphæ contenta duorum
 Erigitur; metuitque loqui; ne more iuuenca 745
 Mugiat: & timide verba intermissa retentat.
 Nunc dea Niligena colitur celeberrima turba.
 Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
 Creditur esse Iouis: perque vrbes iuncta parenti 750
 Tempa tenet, fuit huic animis equalis, & annis
 Sole satus Phaethon: quem quondam magna loquentem,
 Nec sibi cedentem, Phæbôque parente superbum
 Non tulit Inachides: Matriq; ait, omnia demens
 Credis: & es tumidus genitoris imagine falsi.
 Erubuit Phaethon, iramque pudore repressit: 755
 Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem.
 Quoque magis doleas genitrix, ait, en ego liber
 Ille ferox, tacui: pudet hæc opprobria nobis
 Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
 At tu si modo sum caelesti stirpe creatus; 760
 Ede notam tanti generis: meque asserere cælo.
 Dixit; & implicuit materno brachia collo:
 Perque summ, Meropiisque caput, tedâsque sororum
 Traderet, orauit, veni sibi signa parentis.
 Ambiguum est, Clymene precibus Phaethontis, an ira 765
 Motâ magis dicti sibi criminis, vtraque cælo
 Brachia porrexit: spectansque ad lumina Solis,
 Per iubar hoc, inquit, radius insigne coruscis,
 Nate, tibi iuro; quod nos auditque, videtque;
 Hoc te, quem spectas; hoc te, qui temperat orbem, 770
 Sole satum: si flecta loquor, neget ille videndum
 Se mihi: sitque oculis lux ista nouissima nostris.
 Nec longus patrios labor est tibi nosse penates.

*tentat an iteri
possit loqui, sed
timide.

*maritum Cly-
menæ.
Meropium Heli-
dum.

78 le

Vnde oritur, terra domus est contermina nostræ.
 775 Si modo fert animus, gradere: & scitabere ab ipso.
 Emicat extemplo lætus post talia matris
 Dicta suæ Phaethon, & concipit æthera mente.
 Aethiopasque suos, positosque sub ignibus Indos
 Sidereis transit; patriosque adit impiger ortus.

*his etiam impie
rauit. Berol.

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON

FAB. I. ARGUMENTVM.

Clymene Oceani & Tethyos filia, cum Phaethontem ex Sole
 conceptum genuisset, & in adultam perduxisset ætatem, monuit
 ut patrem cognosceret, qui infelicitè progressus, ad orientem Solis
 peruenit: agnitusque est ab eo per indicia connubij: accensusque
 agitando currus amore, quem quatuor equi, Pyrois, Eous, Aethon,
 ac Phlegon per orbem assueuerant trahere, diu expetitam veniam
 accepit; & à præministris Horis iunctum conscendit. Monitis itaq;
 patris cum iter ignotum instrui nequisset, & equi ignoto agitatore
 conterriti mundi pronam partem appetèrent; ac culea mortalium
 subito ardore proflagrantium incenderentur, à Ioueque opem sibi
 ferri implorarent, ne orbis terrarum conflagraret; Phaethon ful-
 mine icus est, & è curru præcipitatus, atque ita liberati equi vin-
 culis, agnito itinere ad suam stationem reuersi sunt.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
 Clara micante auro, flammâsq; imitante Pyropo:
 Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat:
 Argenti bifores radiabant limine valvæ.
 Materiam superabat opus: nam Mulciber illic
 Aequora celarat medias tingentiâ terras,
 Terrarumque orbem, calumque quod imminet orbi.
 Ceruleos habet vnda deos, Tritonâ canorum,
 Proteaque ambiguum, balanarumque prementem
 80 Aegæona suis immania terga lacertis,

Aula Solis.

*pretium artis
superabat pre-
tium argenti
complectentis
picturas sea-
quentes.

D

Dori-

Doridâque, & natas; quarum pars nare videtur;
 Pars in mole sedens virides siccare capillos;
 Pisce vehi quadam: facies non omnibus una,
 Nec diuersa tamen, qualem decet esse sororum.
 Terra viros, urbésque gerit, siluâsque, ferâsque,
 Fluminâque, & nymphas, & cetera numina ruris.
 Hæc superimposita est cæli fulgentis imago,
 Signâque sex foribus dextris, totidémque sinistris.
 Quo simul* acclino Clymencia limite proles
 Venit; & intrauit dubitati tecta parentis;
 Protinus ad patrios suâ fert vestigia vultus:
 Consistitque procul: neque enim propiora ferebat
 Lumina, purpurea velatus veste sedebat
 In folio Phæbus claris lucente smaragdus,
 A dextra, læuâque Dies, & Mensis, & Annus,
 Sæculâque, & posita spatij equalibus * Horæ:
 Væque nouum stabat cinctum florente corona:
 Stabat nuda ætâs; & spicæ ferta gerebat.
 Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis;
 Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.
 Inde loco medius rerum nouitate pauentem
 Sol oculis iuuenem, quibus adspicit omnia, vidit.
 Quæque via tibi causa? quid hac, ait, arce petisti
 Progenies Phæthon haud insitianda parenti?
 Ille refert, o lux immensi publica mundi
 Phæbe pater, si das usum mihi nominis huius;
 Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat;
 Pignora da genitor: per quæ tuâ fera propago
 Credar; & hunc animis errorem detrahe nostris.
 Dixerat, at genitor circum caput omne micantes
 Deposuit radios; propiusque accedere iussit:
 Amplexuque dato; nec tu meus esse negari

Zodiacus circulus.

Regiam editior e in loco prudenter collocat.

Comites Solis. Partes anni, vel iei.

Dignus

Dignus es; & Clymene veros, ait, edidit ortus.
 Quoque minus dubites; quoduis pete munus; & illud
 45 Me tribuente scres: promissis restis adesto
 Djs iuranda palus, oculis incognita nostris.
 Vix bene desierat: curius perit ille paternos:
 Inque diem alipedum ius, & moderamen equorum.
 Penituit iuasse patrem; qui terque, quaterque
 50 Concutiens illustre caput, Fecerant, dixit,
 Vox mea facta tua est: vti nam promissa liceret
 Non dare: confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.
 Dissuadere licet: non est tua * tuta voluntas:
 Magna petis, Phæthon; & quæ non vmbus istis
 55 Munera conueniunt; nec tam puerilibus annis.
 Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.
 Plus etiam quam quod superis contingere possit,
 Nescius affectas: placeat sibi quisque licebit:
 Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
 60 Me valet excepto, vasti quoque rector Olympi,
 Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
 Non aget hos currus: & quid Ioue manus habetare?
 Ardua prima via est; & qua vix manè recentes
 * Emituntur equi: medio est altissima celo;
 65 Vnde mare, & terras ipsi mihi sepe videre
 Sit timor, & pauida trepidet formidine pectus.
 Vltima prona via est; & eget moderamine certo.
 70 Tunc etiam quæ me subiectis excipit undis,
 Ne ferar in præceps; Tethys solet ipsa vereri.
 Adde quod assidua rapitur vertigine calum;
 Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet:
 Nitor in aduersum: nec me, qui cetera, vincit,
 Impetus; & rapido contrarius euehor orbi.
 Finge datos currus, quid ages? poterisne voratis

tui iuris

* vis ea que cur periculo sunt coniuncta.

* Emitendo adscendunt, vt fit in locis accliuibus & arduis

D 2

Obuius

52 METAMORPH.
 Obuius ire polis, ne te cuius auferat axis?
 Fonsitan & lucos illic, orbisque Deorum
 Concipias animo, delubraque ditia donis
 Esse, per insidias iter est, formaque ferarum.
 *Utque viam teneas, nulloque errore traharis;
 Per tamen aduersi gradiens cornua Tauri,
 *Hæmoniosque arcus, violentique ora Leonis,
 Sæuæque circuitu curuantem brachia longo
 Scorpion, atque aliter curuantem brachia Cancrum.
 Nec tibi quadrupedes, animosos ignibus illis,
 Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant,
 In promptu regere est: rix me patiuntur, ubi acres
 Incalucere animi; ceruixque repugnat, habentis.
 At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,
 Nate caue, dum resque sinit, tua corrige rota.
 Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,
 Pignora certa petis: do pignora certa timendo:
 Et patrio pater esse metu probor, adspice vultus
 Ecce meos: utinamque oculos in pectore posses
 Inserere, & patrias intus deprehendere, curas.
 Denique quicquid habet diues, circumspice mundus:
 Deque tot, ac tantis celi, terræque marisque
 Posce bonis aliquid: nullam patiēte repulsam.
 *Deprecor hoc unum, quod vero nomine pœna,
 Non honor est: pœnam Phaëthon pro munere poscis.
 Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
 Ne dabitur, dabitur (Stygias irauimus undas)
 Quodcumque optaris: sed tu sapientius opta.
 Finierat monitus, dictis tamen ille repugnat:
 Propositumque premit: flagratque cupidine currus.
 Ergo, quæ licuit, genitor cunctatus ad altos
 Deducit iuuenem, Vulcania munera, curtus.

Ut donem te
 aere te viam
 spectat enim
 orientem.
 Sagittarium: a
 Chirone Thef-
 lalo.
 contrariam in
 partem

precor excipias

re interea dif-
 fadecat.

Auritus

LIB. II. 53
 Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa
 Curuatura rota, radiorum argenteus ordo.
 Per ingra chrysolithi, positaque ex ordine gemme,
 110 Clara repercusso reddebant lumina Phæbo.
 Dúmque ea magnanimus Phaëthon miratur, opusque
 Perspicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
 Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
 Atria, diffugiunt stella; quarum agmina *cogit
 115 Lucifer, & celi statione nouissimus exit.
 Tum pater ut terras, mundumque rubescere vidit,
 Cornuæque extrema velut euanescere Lunæ;
 Iungere equos Titan, velocibus imperat Horis.
 Iussa Deæ celeres peragunt: ignemque vomentes
 120 Ambrosia succo saturos præsepibus altis
 Quadrupedes ducunt; adduntque sonantia frena.
 Tum pater ora sui sacro medicamine nati
 Contigit, & rapida fecit patientia flamma:
 Imposuitque comæ radios, præsaque luctus
 125 Pectore sollicito repetens suspiria, dixit:
 Si potes his saltem monitis parere parentis;
 Parce puer stimulis; & fortius utere loris.
 Sponte sua properant: labor est inhibere volantes.
 Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
 130 Sectus in obliquum est lato curuamine limes,
 Zonarumque trium contentus sine, polumque
 Effugit australem, iunctamque aquilonibus Arcton.
 Hæc sit iter: manifesta rota vestigia cernes.
 Utque ferant equos & calum, & terra calores;
 135 Nec preme, nec summum molire per æthera currum.
 Altius egressus caelestia tecta cremabis:
 Inferius terras: medio tutissimus ibis.
 Neu te dexterior tortum declinet ad anguem;

*quod rubor
 omnia perfun-
 dat.
 claudit, & quasi
 ante se agit.

*quos paulo an-
 te exiit, & c.

Zodiacus.

*Hesperidum
 horti cultos, q
 ad arcticum p
 lum tortuosus
 iacet: vt Ara
 conspirationi
 Deorum con
 Titanas testis
 antarcticum.

D 3

Nene

Nēue sinisterior pressam rota ducat ad aram;
 Inter utrunque tene fortunā cetera mandos;
 Quae inuicta, & melius, quam tu tibi, consulat, opto.
 Dum loquor, Hesperio positas in luore metas
 Humida nox tetigit: non est mora libera nobis.
 Poscimur; & fulget tenebris Aurora fugatis.
 Corripe lora manu: vel, si mutabile pectus
 Est tibi, consilij, non curribus utere nostris;
 Dum potes, & solidis, etiam, nunc sedibus adstas.
 Dumque male optatos nondum premis inscius axes:
 Quae tutus spectes, sine me, dare lumina terris.
 Occupat ille leuem iuuenili corpore, currum.
 Staturque super, manibusque datas contingere habenas.
 Gaudet: & inuito, grates agit inde parenti.
 Interea volucres Pyroeis, Eous, & Aethon
 Solis equi, quartusque Phlegon, hinc nitibus auras
 Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.
 Quae postquam Tethys fatorum ignara nepotis,
 Reppulit; & facta est, immensi copia, calis.
 Corripuere viam, pedibusque per aera motis
 Obstantes scindunt nebulas, pennisque leuati.
 Prætereunt ortos, usdem de partibus Euros
 Sed leue pondus erat, nec quod cognoscere possent.
 Solis equi: solitaque iugum grauitate carebat.
 Utque labant curuae iusto sine pondere naues;
 Perque mare instabiles nimia leuitate feruntur;
 Sic onere insueto, vacuos dat in aere saltus.
 Succutiturque alte, similis que est curvus inanis.
 Quod simulacrum sensere riuui, triūmque relinquunt.
 Quadrjuges spatium, nec quo prius, ordine currunt.
 Ipse pauet; nec quā commissas flectat habenas;
 Nec scit, quā sit iter: nec si sciāt, imperet illis.

quatuor equi
 Solis, seu epithe
 verius, igni
 is, matutinus,
 dens, combu
 ns, & phlego
 x Clymene
 ia.

quatuor equi
 Solis, seu epithe
 verius, igni
 is, matutinus,
 dens, combu
 ns, & phlego
 x Clymene
 ia.

Tum

Tum primum radijs gelidi caluere triones,
 Et vetito frustra tentarunt aequore tingi.
 Quaque polo posita est glaciale proxima serpens,
 Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli;
 Incaluit: sumpsitque nouas feruoribus iras.
 Te quoque turbatum memorant fugisse Bote:
 Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
 Ut vero terras despexit ab aethere summo
 Infelix Phaethon penitus, penitusque iacentes;
 Palluit, & subito genua intremuere timore:
 Suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae:
 Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos:
 Iam cognosse genus piget, & valuisse rogando:
 Iam Meropis dici cupiens; ita fertur, ut acta
 Praecipiti pinus Borea, cui victa remisit
 Frena suus rector, quam Dijs, voti que reliquit.
 Quid faciat? multum cali post terga relictum:
 Ante oculos plus est: animo metitur utrumque.
 Et modo, quos, illi fatum contingere non est.
 Prospicit occasus: interdum respicit ortus.
 Quisdaque agat ignarus, stupet: & nec frenas remittit,
 Nec retinere valet: nec nomina nouit equorum.
 Sparsa quoque in vario passim miracula caelo,
 Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
 Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus
 Scorpius; & cauda, flexisque utrinque lacertis
 Porrigit in spatium signorum membra duorum.
 Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
 Vulnera curuata minitantem cuspide vidit;
 Mentis inops, gelida formidine lora remisit.
 Quae postquam summo sensere iacentia tergo:
 Exspatiantur equi: nulloque inhibente per auras

Ardet aether
 ad restinguen
 dum calorem,
 alioquin nun
 quam occidunt
 infr. 530.

tardabaat, im
 pediebant. lib.
 1, 599.

nam chelys li
 bram constitu
 re videntur; sc
 pium vero ip
 sum cauda re
 curua.

D 4

Igno-

Ignota regionis eunt; quaque impetus egit,
 Hac sine lege ruunt: altoque sub aethere fixis
 Incurvant stellis: rapiuntque per aula curram. 205
 Et modo summa petunt, modo per decline, viasque
 Præcipites spatio terra propiore feruntur:
 Inferiusque suis fraternos currere Luna
 Admiratur equos: combustaque nubila fumant.
 Corripitur flammis ut quaque altissima tellus; 210
 Fissaque agit rimas, & succis aret adeptis.
 Pabula canescunt; cum frondibus vritur arbor:
 Materiamque suo præbet seges arida damno.
 Parua queror: magne pereunt cum mœnibus vrbes;
 Cùmque suis totas populis incendia gentes 215
 In cinerem vertunt: silvæ cum montibus ardent:
 Ardet Athos, Taurusque, Cilix & Tmolus, & Oete;
 Et tum sicca, prius celeberrima fontibus, Ide;
 Virgineusque Helicon, & nondum * Oeagrius Hæmus:
 Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna, 220
 Parnassusque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
 Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimæque,
 Dindymaque, & Mycale; natæque ad sacra Cithæron:
 Nec prosunt Scythiæ sua frigora: Caucasus ardet,
 Ossaque cum Pindo, maiorque ambobus Olympus, 225
 Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus.
 Tunc verò Phaethon cunctis è partibus orbem
 Adspicit accensum: nec tantos sustinet æstus:
 Feruentisque auras velut è fornace profunda,
 Ore trahit, curruque suos candescere sentit. 230
 Et neque iam cineres, eiectatamque favillam
 Ferre potest: calidoque involuitur undique fumo.
 Quoque eat, aut ubi sit, picea caligine lectus
 Nescit; & arbitrio volucrum raptatur equorum.

Satis

Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,
 * Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.
 Tum facta est Libye raptis humoribus æstu
 Anda; tum nymphæ passis, fontisque, lacusque
 Deflere comis: querit Bœotia Dircen,
 240 Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
 Nec sortita loco distantes flumina ripas
 Tutæ manent: mediis Tanais fumavit in undis,
 Peneusque senex, Teuthrantæusque Caycus,
 Et celer Ismenos, cum Phocæico Erymantho,
 245 Arsurusque iterum Xanthus, flauusque Lycormas,
 Quisque recurvatis ludit Mæander in undis,
 Mygdoniusque Melas, & Tanarius Eurotas.
 Arsit & Euphrates Babylonius; arsit Orontes,
 Thermodoönque citus, Gangésque, & Phasis, & Ister.
 250 Aestuat Alpheus: ripæ Sperchiades ardent:
 Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum.
 Et, quæ Mæonias celebrabant carmine ripas,
 Fluminea volucres medio caluere Caystro:
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
 255 Occulitque caput, quod adhuc latet: ostia septem
 Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.
 Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccant,
 * Hesperiosque amnes Rhenû, Rhodanumque, Padumque;
 Cuique fuit rerum promissa potentia, Tibrin. 260
 Dissilit omne solum: penetratque in tartara rimis
 Lumen, & infernum terret cum coniuge regem.
 Et mare contrahitur: siccaque est campus arena,
 Quod modo pontus erat; quosque altum texerat æquor,
 Existunt montes, & sparsas Cycladas augent.
 265 Ima petunt pisces: nec se super æquora curvi
 Tollere consuetas audent delphines in auras.

D 5

Cor

Historias narra-
 rales ad fabulã
 trahit, vti &
 mox de Nilũ
 capite.

Fontes, & flu-
 mina.
 * latissima

Ardet terra.

* incendiis.

Altissimi mon-
tes.

* quoddam ibi non-
 dum Orpheus
 Oeagri f. Iania-
 cus esset, l. i. r.

occiduos, Pass
 4,569.

58 METAMORPH.

Corpora phocarum summo resupina profundo
 Exanimata iacent. ipsum quoque Nerea fama est,
 Doridâque, & natas tepidis latuisse sub undis.
 Ter Neptunus aquis cum toruo brachia vultu 270
 Exserere ausus erat: ter non tulit aëris ignes.
 Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto
 Inter aquas pelagi, contractisq; undique fontes,
 Qui se condiderant in opaca viscera matris;
 Sustulit omni-feros collo tenus arida vultus: 275
 Opposuit que manum fronti, magnoque tremore
 Omnia concutiens paulum subsedit: & infra
 Quam solet esse, fuit: sacraque ita voce locuta est:
 Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant
 Summe Deum? liceat peritura viribus ignis, 280
 Igne perire tuo: clademque auctore lenare.
 Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo:
 (Presserat ora vapor) tostos en adspice crines,
 Inque oculis fumum: volitant super ora faville.
 Hôsne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem, 285
 Officijque refers; quod adunci vulnera aratri,
 Rastro, umque fero, totoque exerceor anno?
 Quod pecori frondes; alimentaque mitia fruges
 Humano generi; vobis quoque tura ministro?
 Sed tamen exitium fac me meruisse: quid vnda? 290
 Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
 Aequora decrescunt, & ab æthere longius absunt?
 Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit;
 At cæli mi serere tui: circumspecte, utrinque
 Fumat uterque polus: quos si violauerit ignis, 295
 Atria vestra ruent: Atlas en ipse laborat:
 Vixque suis humeris candentem sustinet axem.
 Si freta, si terra pereunt, si regia cæli,

Sic Aristoph. vocat humum

mala à potētib. illata leuiora.

Tellus Ioui sua vicinorū, ipsiusque adeo pericula proponit.

lib. 4. 660.

LIB. II.

(In chaos antiquum confundimur) eripe flammis;
 300 Si quid adhuc superest: & rerum consule summa.
 Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare vapores
 Vltimus potuit, nec dicere plura; suumque
 Rettulit os in se; propioraque manibus antra.
 At pater omnipotens superos testatus, & ipsum,
 305 Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
 Interitura graui, summam petit arduus arcem;
 Vnde solet nubes, latis inducere terris:
 Vnde mouet tonitrus, vibratque fulmina iaciat.
 Sed neque, quas posset terris inducere nubes,
 310 Tunc habuit: nec quos celo demitteret, imbres.
 Intonat: & dextra libratum fulmen ab aëre
 Misit in æuigam: pariterque, animaque, rotisque
 Expulit, & seuis compefcuit ignibus ignes.
 Consteruntur equi: & saltu in contraria verso
 315 Colla iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.
 Illic frena iacent, illic temone reuulsus
 Axis, in hac radij fractarum parte rotarum:
 Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
 At Phaëthon rutilos flamma populante capillos,
 320 Voluitur in præceps, longoque per aëra tractus
 Fertur; ut interdum de cælo stella serena
 Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.
 Quem procul à patria diuerso maximus orbe
 Exapit Eridanus: fumantiaque abluit ora.

FAB. II. ET III. ARGUMENTVM.

Sorores Phaëthontis, Phaëthusa, Lempetie, Phoebe casum fratris dum desient, Deorum misericordia in arbores populos mutatae sunt: earum lacrymae, ut Hesiodus, & Euripides indicant, in lectrum suum conuersa.

Phaëthon præceps in Eridanum.

*C. miseratione. reliquum abest ab V.

Naiades

50 METAMORPH.

Phaethonis forores in arbores.

Naidēs Hesperia trifida fumantia flamma
 Corpora dant tumulo, signant quoque carmine factum:
 Hic stans est Phaethon, currus auriga paterni:
 Quem si non tenuit; magnis tamen excidit ausis.
 At pater obductos lectu miserabilis agro
 Condiderat vultus: & si modo credimus, unum
 Isse diem sine Sole ferunt: incendia lumen
 Præbebant: aliqui que malo fuit usus in illo.
 At Clymene postquam dixit, quæcumque fuerunt
 In tantis dicenda malis; lugubris & amens,
 Et laniata sinus totum percensuit orbem;
 Exanimæque artus primo, mox ossa requirens:
 Repperit ossa tamen peregrina condita ripa:
 Incubuitque loco: noménque in marmore lectum
 Perfudit lacrymis: & aperto pectore souit.
 Nec minus Heliades lugent: & inania morti
 Munera dant lacrimas, & caesa pectora palmis
 Non auditurum miseras Phaethonta querelas
 Nocte, diæque vocant: adsternunturque sepulcro.
 Luna quater iunctis impleat cornibus orbem:
 Illa more suo (nam morem fecerat usus)
 Plangorem dederant: e quis Phaethusa fororum
 Maxima cum vellet terræ procumbere; quæsta est
 Diriguisse pedes: ad quam conata venire
 Candida* Lampetie subita radice retenta est.
 Tertia cum crinem manibus laniare pararet;
 Auellit frondes: hac stipite crura teneri,
 Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
 Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex:
 Pæque gradus uterum, pectusque, humerosque, manusque
 Ambit: & exstabant tantam ora vocantia matrem.
 Quid faciat mater? nisi quo trahit impetus illam,

temensa est

Et hæc sunt metra solis epitheta siue adiuncta, ardere nempe & splendere.

Hu

LIB. II.

61

Huc eat, atque illuc? & dum licet, oscula iungat:
 Non satis est: truncis auellere corpora tentat.
 Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
 360 Sanguinea manant tanquam de vulnere gutta.
 Parce precor mater, quæcumque est saucia, clamat:
 Parce precor: nostrum laceratur in arbore corpus:
 Iamque vale: cortex in verba nouissima venit.
 Inde fluunt lacrimæ: stellat æque sole rigescunt
 365 De ramis electra nouis; quæ lucidus annis
 Excipit, & nurbus mittit gestanda Latinis.

Electrum ex lacrimis fororum Phaethontis.

FAB. III. ARGUMENTUM.

Cyrenus Sthenelai filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam incoletet; & in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, vidisset corpus Phaethontis à fororibus eius ablui; pari calamitate concussus deflendo propinqui interitum Deorum voluntate in volucrem Cycnum abiit, qui perosus caestes ignes, paludes, ac flumina, quibus infensesceret, est secutus. Phanocles in Cupidinibus auctor.

*C. sanguis

*V. plus d. est. vob. de vulg. plus in. flo. *abest à C.

Affuit huic monstro proles Stheneleia Cycnus,
 Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
 Mente tamen Phaethon propior fuit. ille relicto
 370 (Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
 Imperio ripas virides, amnemque querelis
 Eridanum impleat, siluamque sororibus auctam;
 Cum vox est tenuata viro: canaque capillos
 Dissimulant plumæ: collumque à pectore longè
 375 Porrigitur, digitosque ligat iunctura rubentes:
 Penna latus velat: tenet os sine acumine rostrum:
 Fit noua Cycnus avis: nec se caloque, ionique
 Credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo.
 Stagna petit, patulosque lacus: ignemque perosus,
 380 Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Cycnus rex in colorem.

Natura cycn.

F. A. B.

FAB. V. ET VI. ARGUMENTVM.

V. Jupiter cum reliquias torrentis ignis persequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, cum circa Nonagrinum montem Arcadiæ, ubi genitus existimatur, vagaretur; in Calistus Lycæonis filix incidit amorem, cui cum preces de explimento desiderij sui admouisset, frustratasque voces suas intellexisset; astu eam subiit, in Dianæ nanque sexum se traiecit, ac fatigata ornatus pharetra, sagittisque velut Diana occurrit; ac veste pariter posita Iouem virgo experta est. Neque ideo à Iunone immerenti delictum remissum est, nam confestim pellicatu eius incensa, ne amplius pulchritudine coniugem caperet, in vrsam eam transfigurauit. Quæ à Ioue cum Arcade filio, quem erat enixa, inrer sidera collocatur. A Græcis autem Helice, à nostris Septentrio nuncupatur; & à Tethy, & Oceano ob Iunonis iram inter cetera sidera liquore non tingitur, ut Hesiodus indicat. Hinc illud: Sed lucet in astris Calisto, renouatque suos sine fluctibus ignes. Ipse autem Arcas in cælum translatus Arctophylax dicitur.

*Squalidus interea genitor Phaëthontis, & expers
Ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbi,
Esse solet, lucemque odit, seque ipse, diemque:
Datque animum in luctus: & luctibus adjicit iram:
Officiūque negat mundo. Satis, inquit, ab aui
Sors mea principis fuit irrequieta: pigetque
Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo est, omnesque Dei non posse fatentur;
Ipse agat, ut saltem, dum nostras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc sciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumstant omnia Solem
Numina: neue velit tenebras inducere rebus,
Supplice voce rogant: missos quoque Iupiter ignes
Excusat: precibusque minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phæbus equos: stimuloque dolens, & verberare seuit:*

speciem
absq̃ à V.

Eric. Hamana.

Hanc fabulam paulo succin-
ctius tractatam lege factorum, 2.
160.

Placatus Phœb.

Sauit

400 *Sauit enim, natūque obiectat, & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cæli
Circuit: & nequid labefactum viribus ignis
Corruat; explorat, quæ postquam firma, sui que
Roboris esse videt; terras, hominūque labores
405 Perspicit: Arcadiæ tam en est impensior illi
Cura sua, fontēque, & nondum audentia labi
Flumina restituit: dat terræ gramina, frondes
Arboribus: lesa que iubet reuiescere siluas.
Dum redit, it que frequens; in virgine Nonacrina
410 Hæsit: & accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo:
Nec possit variare comas: ubi fibula vestem,
Vitta coercuerat neglectos alba capillos:
Et modo leue manu iaculum, modo sumpserat arcum.
415 Miles erat Phæbes: nec Manalon attigit vlla
Gratior hac Trivia. Sed nulla potentia longa est.
Vlterius medio spatium sol altus habebat,
Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exiit hic humero pharetram: lentosque retendit
420 Arcus, inque solo, quod texerat herbâ, iacebat:
Et pictam posita pharetram ceruice premebat.
Iupiter ut vidit fessam, & custode vacantem;
Hoc certe furtum coniux mea nesciet, inquit:
Aut si rescierit; sunt o sunt iurgia tanti.
425 Protinus induit faciem cultūque Dianæ:
Atque ait, o comitum virgo pars vna mearum,
In quibus es venata iugis? de cespite virgo
Se leuat: & Salue nomen me iudice, dixit,
Audiat, ipse licet; maius Ioue, ridet, & audit,
430 Et sibi præferri se gaudet; & oscula iungit
Nec moderata satis, nec sic à virgine danda.*

Ingressus ista
amores Iouis

virtutis aut
gratię possessio.

laxat, remittit.

Iupiter in Dianā

solo, quod tere
rat herba. 420.

Qua

64 METAMORPH.

Qua venata foret silua narrare parantem
 Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
 Illa quidem contra, quantum modo femina posset,
 (Adspiceres vrinam, Saturnia, mitior esses) 435
 Illa quidem pugnat: sed quae superare puella,
 Qui suae Iouem poterat? superum petit aethera victor.
 Iupiter: huic odio nemus est, & conscia silua.
 Vnde pedem referens, panem est oblita pharetram
 Tollere cum telis, & quem suspenderat arcum. 440
 Ecce suo comitata choro Dictynna per altum
 Menalon ingrediens, & caede superba ferarum,
 Adspicit hanc, visamque vocat: clamata refugit;
 Et timuit primo, ne Iupiter esset in illa.
 Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit;
 Sensit abesse dolo: numerumque accessit ad harum.
 Heu quam difficile est crimen non prodere vultu!
 Vix oculos attollit humo: nec, ut ante solebat,
 Iuncta Dea lateri, nec toto est agmine prima:
 Sed silet: & laesi dat signa rubore pudoris. 450
 Et, * nisi quod virgo est, poterat sentire Diana
 Mille notis culpam: Nymphae sensisse feruntur.
 Orbe resurgebant lunaria cornua nono;
 Cum Dea venatu fraternis languida flammis,
 Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens 455
 Ibat, & attritas versabat riuus arenas:
 Vt loca laudauit, summas pede contigit undas.
 His quoque laudatis, Procul est, ait, arbiter omnis:
 Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
 Parrhasis erubuit, cunctae velamina ponunt: 460
 Vna moras quarit: dubitanti vestis adempta est:
 Qua posita, nudo patuit cum corpore crimen.
 Astonita, manibusque uterum calare volenti

voti compos. sic lib. 7, 837.

pro, si non esset virgo. sic lib. 4, 673.

I pro-

LIBER ATTI 65

I procul hinc, dixit, nec sarros pollue fontes
 465 Cynthia: de quo suo iussit secedere caetu
 Senferat hoc olim magni matrona Tonantis:
 Distuleratque graues in idonea tempora paenas.
 Causa mora nulla est: & iam puer Arcas (id ipsum
 Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
 470 Quo simul obuertit suam eura lumine mentem;
 Scilicet hoc etiam restabat adultera, dixit,
 Ut secunda fores: feretque iniuria partu
 Nota: Iouisque mei testatum dedecus esset.
 Haud impune feres: adimam tibi namque figuram;
 475 Quatibi, quaque places nostro importuna marito.
 Dixit, & aduersa prensis a fronte capillis
 Strauit humi pronam: tendebat brachia supplex:
 Brachia ceperunt nigris horrescere villis,
 Curuariaeque manus, & aduncos crescere in ungues.
 480 Officioque pedum fungi, laudataque quondam
 Ora Ioui lato fieri deformia iactu.
 Neue preces animos, & verba precantia flectant;
 Possit loqui eripitur: vox iracunda, minaxque,
 Plenaque terroris rauco de gutture fertur:
 485 Mens antiqua tamen facta quoque mansit in vrsa;
 Assiduoque suos gemitu testata dolores,
 Qualescunque manus ad caelum, & sidera tollit:
 Ingratunque Iouem nequeat cum dicere, sentit.
 Ah quoties sola non ausa quiescere silua,
 490 Ante domum, quondamque suis errauit in agris!
 Ah quoties per saxa canum latratibus acta est!
 Venatrixque metu venantum territa fugit:
 Saepe feris latuit visis, oblita quid esset:
 Vrsaque conspectos in montibus horruit vrsos:
 495 Pertimuitque lupos, quamuis pater esset in illis.

Arcas Calisto filius.

Calisto in Vrsam.

sc. in Calisto.

se esse animal aliis formidabile. Lycaon. l. 1, 236.

E

Ecce

Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
 Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos.
 Dúmque feras sequitur, dum saltus eligit aptos;
 Nexilibusque plagis silvas Erimantidas ambit;
 Incidit in matrem: qua restitit Arcade viro.
 Et cognoscenti similis fuit, ille refugit;
 Immotusque oculos in se sine fine tenentem.
 Nescius extimuit: propiusque accedere fugit.
 Vulnifico fuerat fixurus pectora telo;
 Arcuit omnipotens: pariterque ipsoque, nefasque
 Sustulit: & celeri raptos per inania vento
 Imposuit calo: vicinæque sidera fecit.
 Intumuit Iuno, postquam inter sidera pellex
 Fulsit: & ad caenam descendit in aquora Tethym.
 Oceanumque senem, quorum reuerentia mouit
 Sæpe Deos: causamque via scitantibus, inquit,
 Queritis æthereis: quare regina Deorum
 Sedibus hic adsim: pro me tenet altera calum.
 Mentior, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
 Nuper honoratas summo mea vulnera celo
 Videritis *stellas illic; ubi circulus axem
 Vltimus extremum, spatiumque breuissimus ambit.
 Est vero cur quis Iunonem ledere nolit?
 Offensamque tremat? quæ prosum sola nocendo?
 O ego quantum egi! quam vasta potentia nostra est!
 Esse hominem vetui: facta est Dea, sic ego penas
 Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
 *Vendicet antiquam faciem; vultusque ferinos
 Detrahat; Argolica quod in antè Phoronide fecit.
 Cur non & pulsa ducit Iunone? meoque
 Collocat in thalamo? socerumque Lycaona sumit?
 At vos, si læsæ tangit contemptus alumne;

*indagine cin-
git.

*collèdo virof-
que in aëra pa-
ricidii occasio-
nem sustulit.

*Calisto & Arcas
in sidera

*Arctō, & Arctō-
phylaca, fast. 2.
289.

*adferat illi &
restituat.
*1. 738.

Gingna

Gurgite cæruleo septem prohibete Triones;
 Sideraque in calum stupri mercede recepta
 §30 Pellite; ne puro tingatur in equore pellex.

F. A. B. VII. ARGUMENTVM.

Coruus volucris initio naturæ candidis pennis plumatus fales
 sed, quia Coronida Coronæ filiam indicauerat Apollini, in adul-
 terio morari, illa propter acerbissimam indicium flagrantis delicti
 gittis confixa, niger ex candido factus est. Ex hac ergo & Apolline
 nascitur Aesculapius; quem pater excisum vtero maris, scum ca-
 rogo esset imposita, abstulit. Is ad Chirona à patre in Pelion mon-
 tem delatus est, vt ab eo incrementum, simulque scientiam acci-
 peret medendi.

*C. pelliciam

Dij maris annuerant: habili Saturnia curru
 Ingreditur liquidum pauonibus athera pictis:
 Tam nuper pictis cæso pauonibus Argo;
 Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses;
 §35 Corue loquax subito nigrantes versus in alas
 Nam fuit hec quondam niueis argentea pennis
 Ales; vt equaret totas sine labe columbas:
 Nec seruaturis vigili *Capitolia voce
 Cederet anseribus, nec amanti flumina cyeno.
 §40 Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
 Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
 Pulchrior in tota, quam Larissæa Coronis
 Non fuit Hemonia, placuit tibi Delphice certe,
 Dum vel casta fuit, vel inobseruata: sed ales
 §45 Sensit adulterium Phæbeius: vt que latentem
 Detegeret culpam non exorabilis index,
 Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
 Consequitur pennis, scitetur vt omnia, cornix:
 Auditaque via causa: Non vile carpis,
 §50 Inquit, iter: ne sperne mea præsagia lingua.

*Coruus candidus
proditor Coro-
nidis

*Senonibus
Liu. 2.

Coronis Phle-
gia f. Phœbum
amatorē fallit.

E 2

METAMORPH.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Coronis Coronae filia refert Coruo: ne iudicii Apollini faceret. *id est, quod a compl.*
 eum enim Minerva Erichthonium, qui de complexu sui in terra *V. ne quis id om nino inspiciet.*
 ceciderat, sustulisset, & comitibus suis Pandroso, & Herse, Aglau- *V. inspiciens*
 roque Cecropis filiabus cistula inclusum custodiendum tradidisset; *id est, quod a compl.*
 monuissetque omnino id ne inspicerent; Cornix supradicta nobi-
 lissima virginum custodibus laxaram, & inspectam cistulam, cum
 draconem reperissent, divulgavit quomobrem Dea eam a se aliena-
 uit. Quae cum solitudine in litore oblaetaretur, Neptunus procul
 conspecta, venere eius incaluit, cui cum vim interrogab eade Dea
 propter virginitatem tenaciter custoditam in aem cornicem con-
 uersa, est.

Quid fuerim, quid siquae, vides meritumque require;
 Inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
 Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
 Clauferat Aethleo texta de omine cista:
 Virginibusque tribus gemino, de Cecrope patris
 Seruandum dederat, sic inconfessa quid esset:
 Et legem dederat, sua ne secreta viderent:
 Abdita fronde leui densa, speculabar ab olmo;
 Quid facerent, commissa duae sine fraude uentur,
 Pandrosos, atque Herse, timidas vocat una sorores
 Aglauros: nodosque manu diducit: & intus
 Infantemque vident, apporrectumque draconem.
 Acta Deae refero: pro quo mihi gratia talis
 Redditur, ut dicar tutela pulsa Minerva:
 Et ponat post noctis aures, mea poena volucres
 Admonuisse potest, ne voce pericula quaerant.
 * At puto non ultro nec quicquam talerogantem
 Me petit, ipsa licet hoc a Pallade quaeras:
 Quamuis irata est; non hoc irata negabit.
 Nam me Phocaea clarus tellure Coronaeus
 (Nota loquor) genuit: fueramque ego regia virgo:
 Diuitibusque procis (ne me contemne) petebar.

id est, quod a compl.
V. ne quis id om nino inspiciet.
V. inspiciens
 Coronae Coro-
 mei filia in cor-
 nicem.
 de Vulcani Pal-
 lade comprimere
 volentis femine
 in terram pro-
 fuso. Seru. Ge-
 org. 3.
 Pandrosos
 Aglauros
 Oecupatio per
 Ironiam, vt Ter-
 Phorm. 5, 11. At
 meo merito
 credo.

Forma

LIB. VII. ARGUMENTVM.

Forma mihi nocuit, nam cum per litora lentis
 Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena;
 575 Vidit, & incaluit pelagi Deus: utque precando
 Tempora cum blandis absumpsit inania verbis;
 Vim parat, & sequitur: fugio, densumque relinquo
 Litus, & in molli nequitquam lassor arena
 Inde Deos, hominesque voco: nec contigit vllum
 580 Vox mea mortalem. mota est pro virgine Virgo,
 Auxiliumque tulit, tendebam brachia celo:
 Brachia ceperunt lenibus nigrescere pennis:
 Reicere ex humeris vestem molibar: et illa
 Pluma erat, inque cutem radices fixerat imas.
 585 Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
 Sed neque iam palmas, nec pectora nuda gerebam
 Currebam; nec, ut ante, pedes retinebar arena:
 Sed summa tollebar humo: mox acta per auras
 Euehor: & data sum comes inculpata Minervae.
 590 Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
 Crimine Nyctimene nostro successit honori?

FAB. IX. ARGUMENTVM.

Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbica, nimia libidine effrenata, in
 patris cubile se implicuit. ideoque aduersantibus Deis ob admissum
 cessit in noctuam, quod scelus ipsa nocturno tempore occultat, & in
 luce visa ab omnibus volucris peritur obnoxia.

An, quae per totam res est notissima Lesbos,
 Non audita tibi est? patrium temerasse cubile
 Nyctimenen? auis illa quidem; sed conscia culpa
 595 Conspectum, lucemque fugit, tenebrisque pudorem
 Celat: & a cunctis expellitur aethere toto.
 Talia dicenti, Tibi, ait, reuocamina coruus
 Sint precor ista malo: nos vanum spernimus omen.

id est, quod a compl.
id est, quod a compl.
 Minervae
 ita per Pallade
 e patris Nyctei
 manib' liberata
 Nyctimene
 nocturna
 Nec

E 3

Phaenon Hylati-
da Heliod.

Nec ceptum dimittit iter: dominoque iacentem
Cum iuvene Hamonio vidisse Coronida narrat. 600

Laurea delapsa est audito crimine amantis:
Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque
Excidit: atque animus tumida feruebat ab ira;
Anima assueta capit: flexumque a cornibus arcum
Tendit: Et illa suo toties cum pectore iuncta 605

Coronis trans-
fixa telo ab A-
polline.

Indenitator traiecit pectora, telo
Ista dedit gemitum: tractoque a vulnere ferro
Candida Puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit: Potui pœnas tibi Phœbe dedisse;

Sed peperisse prius: duo nunc moriemur in vna. 610
Hactenus. Et pariter vitam cum sanguine fudit.
Corpus inane anima frigida lethale secutum est.

Pœnitent heri sero pœna crudelis amantem:
Sæque quod audierit, quod sic exarserit, odit:
Odit auem, per quam crimen, causamque dolendi 615

remere missa-

Scire coactus erat: nec non arcumque manumque
Odit, cumque manu temeraria tela sagittas:
Collapsamque fouet: seraque ope vincere fata
Nititur: Et medicas exercet inaniter artes.

Quæ postquam frustra tentata; rogumque parari 620
Vidit, Et arsuras supremis ignibus artus:
Tum vero gemitus (neque enim cœlestia tingi
Ora licet lacrimis) alto de corde petitos

Edidit, haud aliter quam cum spectante iuuenca 625
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus; iniusta que iusta peregit;

Aesculapius
natus.

Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
Semina: sed natum flammis, uteroque parentis 630

Eripuit

Eripuit: gemini que tulit Chironis in antrum:
Sperantemque sibi non false premia lingus
Inter aures albas vetuit consistere coruum.

FAB. X. ARGUMENTVM.

Ocyroë Chironis & Caristæ filia contemptis patris artibus ve-
sania futura præcinnit: infanti Aesculapio prædixit quod medicina
mortuos ad superos reducturus esset, quodque esset ab auro fulmi-
nis ictum experturus. Patre quoque Chirona prædicit serpentibus
cruciatum, cupidumque mortis ex Deo in mortali numeru ven-
turum. Quæ cū esset elocuta, in eoque celsit figurâ, ne aduersanti-
bus facis plura ederet, quam prædica Apollinis, finerent.

Semifer interea diuinæ stirpis alumno

635 Letus erat; mistoque oneri gaudebat honore.

Ecce venit xutilis humeros protecta capillis

Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo,

Fluminis in rapidi ripis enixa, vocauit

Ocyroën, non hæc artes contenta paternas. 640

Ocyroë vates

Edidisse fuit: fatorum arcana canebat.

Ergo ubi vaticinos concepit mente furor;

Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat;

Adspicit infantem: Totique salutaris orbi

Cresce puer dixit: tibi se mortalia sæpe

645 Corpora debebunt: animas tibi reddere adeptas

Fas erit: idque semel Diis indignantibus ausus,

Posse dare hoc iterum flamma prohibebere auita:

Eque Deo corpus spes ex sanguine; Deusque,

Qui modo corpus eras: Et bis tua fata nouabis.

Iouis fulmine
ob restitutum
a morte Hip-
polytum.

650 Tu quoque care pater nunc in mortalis; Et quis

Omnibus ut maneat, nascendi dege creatus,

Posse mori cupies tum, cum cruciabere dira

*Sanguine serpentis per saucia membra recepto:

Tæque ex aeterno patientem Numina mortis

655 Efficient: triplicisque Dea tua sula resoluent.

Lerneio illis
telis Herculis
Fas. 5, 400.

* iam dictis. proprie, nam vere fabatur.

Restabat *fatis aliquid: suspirat ab imis

Pectoribus, lacrimaque genis labuntur obortae

Atque ita, Prauertunt, inquit, mea fata: vetorque

Plura loqui: vocisque mea pracluditur usus.

Non fuerant artes tanti, qua numinis iram

Contraxere mihi: mallem, ne scisse futura.

Iam mihi subduci facies humana videtur:

Iam cibus herba placet: iam latis currere campis

cyroc in equa Impetus est: in equam, cognataque pectora vertor.

Tota tamen quare? pater est mihi nempe bisformis.

Talia dicenti pars est extrema querela

Intellecta parum: confusaque verba fuerunt.

Mox nec verba quidem, nec equa: sonus ille videtur;

Sed simulantis equam: paruoque in tempore certos

Edidit hinnitus: & brachia monit in herbas

Tum digiti coeunt, & quinos alligat ungues

Perpetuo cornu leuis unguis crescit: & oris,

Et colli spatium; longe pars maxima palla

Cauda sit: utque vagi crines per colla iacebant,

In dextras abiere iugas; pariterque nouata est

Et vox, & facies: nomen quoque monstra dederunt.

monstrata mu- pacio

LIB. XI. ARGUMENTVM.

IV. C. regis pasc.

Apollo Iouis & Latonae filius cum pecus Admeti Pheretis filii pasceret, fistula cantu solitudinem protegens; boues eius in agros Pyliae regionis progressi sunt: quas Mercurius auerit, & in filia occultuit. Quod cum Battus Nelei filius equas pascens vidisset, Mercurius vero ut indicium premeret, ex armentis formosissimam vaccam ei concessit. At ille discedenti affirmavit, lapidem prius dicere, quam se, quicumque indicaturum. Deus vero ut moralis fidem experiretur, paulo post mutata figura ad eundem reuersus est; simulavitque se amissas boues querere, & praemium promittens, si demonstrasset. At ille cum sub quo monte pascere tur ostendisset; Mercurius perfidiae eius offensus, in lapidem eum mutauit; qui ab euentu Index circa Pylion vocatur.

Flebat,

Flebat, opemque tuam frustra Philyreus heros,

* Delphice, poscebat: nam nec rescindere magni

Iussa Iouis poteras: nec, si rescindere posses,

680 Tunc aderas: Elim, Meessenique arua colebas

Illud erat tempus, quo te pastoris pellis

Texit: onusque fuit baculus siluestris oliuae,

Alterius, dispar septenis fistula cannis.

Dumque amor est cura; dum te tua fistula mulcet;

685 Incusoditae Pylion memorantur in agros

Processisse boues: videt has Atlantide Maia

Natus: & arte sua filius occultat abactas.

Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo

Rure senex, Battum vicina tota vocabat.

690 Diuitis hic saltus, herbosaque pascua Nelei,

Nobiliumque greges custos seruabat equatum.

Hunc timuit blandaque manu seduxit: & illi

Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requires

Hec aliquis, vidisse nega: neu gratia facto

695 Nulla rependatur; nitidam cape premia vaccam.

Et dedit: accepta voces has reddidit hospes:

Tutus eas: lapis iste prius tua furta loquetur:

Et lapidem ostendit: simulat Ioue natus abire.

Mox redit: & versa pariter eum voce figura

700 Rustice, vidisti siquas hoc limite dixit,

Ire boues; ser opem: furtoque silentia deme:

Iuncta suo pariter dabitur tibi femina tauro.

At senior postquam est merces geminata; sub illis

Montibus, inquit, eunt: & erant sub montibus illis.

705 Risit Atlantiades: & me mihi perfide prodis?

Me mihi prodis, ait? periuraque pectora vertit

In durum & silicem: qui nunc quoque dicitur Index

Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

* a matre Philyra.

* cuius filio erat loco patris.

* exfulantem caelo ob Cyclopa interfectos, quorum

fulmine Aesculapius perierat.

* Lydiu lapide.

* Battus in silice.

Athenis virgines per solenne sacrificium canistris Minerue ferebant pigmenta: inter quas a Mercurio eminens specie conspicua est Herse Cecropis filia. Itaque aggressus est sororem eius Aglauron, precatusque est, ut se Herse sorori suae iungeret. At illa, cum pro ministerio aurum cui poposcisset: Minerva grauius offensa est, auaritia eius, ob quam etiam citulam traditam: foribus eius custodiendam aduersus praedictum aperuisset. Inuidia nouissime impetrauit eam sororis Herse exacerbare fortunio: diuque cruciatu in saxum mutauit.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis: Munychiosque volans agros, gratamque Minerva Despectabat humum, cultique arbuscula Lyciae. Illa forte die casta de more puella Vertice supposito festas in Palladis arces. Pura coronatis portabant sacra canistris. Inde reuertentes Deus adspicit ales: iterque Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem. Vt volucris visis rapidissima nil huius extis Dum timeret, & densi circumstant sacra ministris. Flectitur in gyrum: nec longius audet abire. * Spemque suam motis audax circumuolat alis. Sic super Acteas agilis Cyllenius arces. Inclinat cursus: & easdem circinat auras. Quanto splendidior, quam cetera sidera fulget Lucifer; & quanto, quam Lucifer aurea Phoebes. Tanto virginibus praestantior omnibus Herse. Ibat: eratque decus pompae, comitumque suarum. Obstupuit forma Ione natus: & aethere pendens. Non secus exarsit, quam cum balearica plumbum Funda iacit: volat illud; & incandescit eundo. Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. Vertit iter: caloque petit diuersa relicto. Nec se dissimulat: tanta est fiducia forma.

* canephora, Fest.

* operata extra, sic lib. 5.

* circinat, circinatus, ducti in morem.

Qua

Quae quamquam iusta est, cura tamen adiunat illam: Permulcetque comas: chlamydemque ut pendeat apte Collocat; ut limbus, totumque appareat aurum: Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arcet. Virga sit: ut ter sis niteant talaria plantis. Pars secreta domus ebore, & testudine cultos Tres habuit thalamos: quorum tu Pandrose dextrum, Aglauros leuum, medium possederat Herse. Quae tenuit leuum, uenientem prima notauit Mercurium: nomenque Dei scitarer causa est. Et causam aduentus: cui sic respondit Atlantis, Pleionesque nepos: Ego sum, qui iussa per auras. Verba patris porto: pater est mihi Iupiter ipse. Nec fingam causas: tu tantum fida sorori. Esse velis, prolisque meae mater fera dici. Herse causa via est: faueas oramus amanti. Adspicit hunc oculis isdem; quibus abdita nuper Viderat Aglauros flaua secreta Mineruae. Proque ministerio magni sibi penderis aurum Postulat: interea tectis excedere cogit. Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes, Et tanto positus traxit suspiria motus. Vt pariter pectus, positamque in pectore forti Aegida concuteret: subit, hanc arcana profana Detexisse manu tum, cum sine matre creatam Lemniacam stirpem contra data foedera vidit; Ingratamque Deo fore iam, ingrathamque sorori; Et ditem sumpto, quod auara poposcerat, auro. * Protinus Inuidia nigro squallentia tabo Tecta petit domus est imis in vallibus huius. Abdita, sole carens, non ulli peruia vento, Tristis, & ignaui plenisima frigoris, & qua

* auariciae indicibus sup. 562.

* dum aurum afferat

* ex imo pectoris

* similes modum li sup. 640.

Inuidia descriptio.

igne

Igne vacet semper, caligine semper abundet. 765
 Huc ubi peruenit bello metuenda virago,
 Constitit ante domum: (neque enim succedere tectis
 Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat.
 Concussa patuere fores: videt intus edentem
 Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum, 770
 Inuidiam: visaque, oculos auerit: at illa
 Surgit humo pigre: semesariumque reliquit
 Corpora serpentum: passuque incedit inerti.
 Utque Deam vidit formaque armisque decoram;
 Ingemuit: vultumque Dea ad suspiria duxit. 775
 Pallor in ore sedet; macies in corpore toto:
 Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
 Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno:
 Risus abest; nisi quem vis monere dolores.
 Nec fruitur somno: vigilantibus excita curis: 780
 Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
 Successus hominum: carpitque, & carpitur una:
 Suppliciumque suum est, quamuis tamen oderat illam;
 Talibus affata est breuiter Tritonia dictis:
 Infice tabe tua natarum Cecropis unam: 785
 Sic opus est: Aglauros ea est, haud plura locuta
 Fugit: & impressa tellurem reppulit hasta.
 Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
 Murmura parua dedit: successorumque Mineram
 Indoluit: baculumque capit; quem spinea tortum 790
 Vincula cingebant: adopertaque nubibus atris,
 Quacunq; ingreditur, florentia proterit arua:
 Exuritque herbas: & summa papauera carpit:
 Afflatuque suo populos, orbisque, domosque
 Polluit: & tandem Tritonida conspicit arcem, 795
 Ingeniisque opibusque, & festa pace virentem.

* sic sup. 696.
 accepta, vocis
 & c.

lib. 4. 711.

gestus se. ele.
 tantu a terra
 ib. 4. 711.

Vixque

Vixque tenens lacrimas: quia nil lacrimabile cernit.
 Sed postquam thalamos intrauit Cecrope nata;
 Iussa facit: pectusque manu* ferrugine tincta
 800 Tangit: & hamatis praecordia sentibus implet:
 Inspiratque nocens virus, piceumque per ossa
 Dissipat, & medio spargit pulmone venenum.
 Neue mali causa spatium per latius errent;
 Germanam ante oculos, fortunatumque sororis
 805 Contugium; pulchraque Deum sub imagine ponit:
 Cunctaque magna facit, quibus irritata, dolore
 Cecropis occulto mordetur: & anxia nocte,
 Anxia luce gemit: lentaque miserrima tabe
 Liquitur; ut glacies incerto saucia sole,
 810 Feliciisque bonis aliter non vitur Herfes;
 Quam cum spinosis ignis supponitur herbis;
 Quae neque dant flammam; lenique tepore cremantur:
 Sape mori voluit, ne quicquam tale videret:
 Sape velut crimen rigido narrare parenti.
 815 Denique in aduerso venientem limine sedit
 Exclusura Deum: cui blandimenta, precisque,
 Verbaque iactanti mitissima, Desine, dixit,
 Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
 * Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto:
 820 Calatasque fores virga patefecit, at illi
 Surgere conanti partes, quascunque sedendo
 Flectimus, ignata nequeunt gravitate moueri.
 Illa quidem pugnat recto se tollere trunco:
 Sed genium iunctura riget: frigusque per unguis
 825 Labitur: & pallent amisso sanguine vena.
 Utque malum late solet immedicabile cancer
 Serpere; & illas vitiatas addere partes;
 Sic letalis hiems paulatim in pectora venit:

* excusata pectus
 ut ferrum solet.

* nigrum ab ef-
 factu.

* qua depictus
 est sup. 733.

* modo se offer-
 dete, modo nu-
 bibus addito,
 non ita calore

* mane hic, qui
 non repelles.
 * agilis sup. 721

* credo pector

Aglauros sa-
 pidem.

Vita-

Vitalisque vias, & respiramina clausit.
Nec conata loqui est; nec, si conata fuisset,
Vocis habebat iter: saxum iam colla tenebat:
Oraque duruerant: signumque ex sanguine sedebat.
Nec lapis albus erat; sua mens infecerat illam.

730

FAB. XII. ARGUMENTUM.

Cum Mercurius iussu patris in Phoenicem transgressus esset, ut armenta illius regionis ad litus compelleret, Iupiter in taurum conuersus est: cumque se iuuenis Agenoris regis immiscuisset, & in amorem sui spatiantes in arena virgines consistere coegisset; paulatim singulis adludens, nouissime Europam Agenoris filiam, cuius amore compulsus auerterat figuram, insidentem sibi tergo per mare in insulam Cretam detulit, ibique concubitu eius fructus est.

*spatiantis V.C.

*abest ab V.C.

Iupiter ob Europam Agenoris filiam in taurum.

Has ubi verborum poenas, mentisque profana

Cepit Atlantiades, dictas à Pallade terras
Linguit; & ingreditur iactatis æthera pennis.
Seuocat hunc genitor; nec caussam fassus amoris;
Fide minister, ait, iussorum nate meorum,
Pelle inoram: subitoque celer delabere cursu:
Quæque tuam matrem tellus à parte sinistra
Suspicit, (indigena Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete: quodque procul montano gramine pasci
Armentum regale vides; ad litora verte.
Dixit, & expulsi iam dudum monte iuuenis
Litora iussa petunt; ubi magni filia regis
Ludere virginibus Tyris comitata solebat.
Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maestas, & amor, sceptri gravitate relicta.
Ille pater, rectorque Deum, cui dextra tri sulcis
Ignibus armata est; qui nutu concutit orbem;
Induitur faciem tauri: mistusque iuuenis
Mugit: & in teneris formosus obambulat herbis.
Quippe color niuis est; quam nec vestigia duri

735

740

745

750

Cal.

2 Calcauere pedis; nec soluit aquaticus Auster.
755 Colla toris extant; armis palearia pendent:
Cornua parua quidem; sed quæ contendere posses.
Facta manu, puraque magis pellucida gemma:
Nulla in fronte mine: nec formidabile lumen:
Pacem vultus habet: miratur Agenore nata.

760 Quod tam formosus, quod prelia nulla minetur.
Sed quamuis mitem, metuit contingere primo:
Mox adit; & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: & dum veniat sperata voluptas,
Oscula dat manibus (vix iam vix cetera differt)

765 Et nunc alludit, viridique exsultat in herba:
Nunc latus in subulis niueum deponit arenis:
Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea plaudenda manus; modo cornua fertis.
Impedienda nouis, causa est quoque regia virgo.

770 Nescia quem premeret, tergo considere tauri.
Tum Deus à terra; siccoque à litore sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in undis:
Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti
Fert prædam. pauet hæc litusque ablata relictum.

775 Respicit: & dextra cornu tenet; altera dorso
Imposita est: tremule sinuantur flamine vestes.

Europa à Iove abducta & viuita.

P. OVA

[Faint, mostly illegible text in the lower right section of the page.]

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER III.

R. A. B. I. A. R. G. V. M. E. N. T. I. V. M.

Agenor rapta Europa fratres eius ad requirendam sororem dimisit, ita ut nisi eam reperissent, ad se ne revertentur, imperaret. Cilix diuersas perit regiones, nouissime constitit Ciliciam. nec minus Phœnix à suo nomine Phœnicen. Cadmus vero, desperata spe visendi patris, Apollinis oraculum ingreditur sciscitans, in quibus partibus orbis confisteret. Accepta itaque sorte, ut vaccam à grege secretam, quæ lunæ signum in latere haberet, ageret, & ubi fessa procubisset, ibi statueret urbem: parens præcepto in eam terram deuenit, quæ postea à boue Bœotia dicta est. Hic cū ad fontem Martis socios aquatum misisset, & ille illuc venisset, ut vidit à Dracone socios consumptos: serpentem interfecit: dentisque eius Mineræ motu humo spatit, ex quibus armatorum multitudo progignitur, quæ inter se domestico bello configit, ita ut ex ea quinque relinquerentur, qui Minervæ voluntate creandi populi, qui Thebis consideret, principes essent: quorum nomina hæc produuntur fuisse.

*Echion, Idæus, Chithonius, Pelorus, Hyperenor.

*C. separata

*C. V. Bœotia.

*V. c. Echion, Idæus, Chithonius, Pelorus, Hyperenor.



Amque Deus, posita fallacis imagine
tanti,
Se confessus erat: Dictæaque ruta te-
nebat.
Cum pater ignarus raptam perquirere
Cadmō

Imperat: & penam, si non inuenerit, addit
Exsilium, facto pius, & sceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere posset
Furta Iouis?) profugus patriamque, iramque parentis
Vitat Agenorides: Phœbique oracula supplex
Consultit: & quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis,
Nullum passa iugum, curvique *immunis aratri,

Cadmus sorore non inuenta urbem condit. libera arandi officio non aduicta.

Hæc

LIB. III.

Hæc duce carpe vias: & qua requieverit herba,
Mœnia fac condas: Bœotiaque illa vocato.
Vix bene Castalio. Cadmus descenderat antros:
15 Incusoditam lente videri ire iuuenecam,
Nullum seruitij signum ceruice gerentem:
Subsequitur; pressoque legit vestigia gressus;
Auctoremque via Phœbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephisi, Panopesque euaserat arua:
20 Bos sterit: & tollens speciosam cornibus altis
Ad celum frontem, mugitibus impulit auras.
Atque ita respiciens comites sua terga sequentes.
Procubuit, teneraque latus submitit in herba.
Cadmus agit grates: peregrinaque oscula terra.
25 Figit: & ignotos montes, agrisque salutat.
Sacra Ioui facturus erat: iubet ire ministros,
Et petere e viuis libandas fontibus undas.
Silua vetus stabat, nulla violata securi:
Et specus in medio virgis, ac vimine densus,
30 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus secundus aquis; ubi conditus antro
Martius anguis erat, & cristis præsignis & auro:
Igne micant oculi; corpus tumet omne veneno:
Trêsque micant lingua: triplici stant ordine dentes.
35 Quem postquam Tyria lucum de gente profecti
Infausto tetigere gradu; demissaque in undas
Vrina dedit sonitum; longo caput extulit antro
Ceruleus serpens; horrendaque sibila misit.
Effluxere undæ manibus; sanguisque reliquit
40 Corpus; & attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet: & immenso saltu sinuatur in arcus.
Ac media plus parte leues erectus in auras

antros

antros

*Fontem fuisse Marti sacrum testatur Paul. 9. pro aureis cristis, endiadite.

Despicit

METAMORPH.

* qui maximus flexu sinuoso circum perque duas Arctos fluminis more habitur. Virg. Georg. 1, 244.

* leto affecta

Cadmi congressus cum serpente, & de eo virg. Georg. 1, 244.

Despicit omne nemus: tantoque est corpore, quanto,
Si torum spectes, geminas * qui separat Arctos.
Nec mora: Phœnicas, siue illi tela parabant,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat utrunque;
Occupat: hos morsu, longis complexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras:
Quæ mora sit, locus miratur Agenore natus;
Vestigatque viros, tegimen direpta leonis
Pellis erat: telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloque animus præstantior omni.
Ut nemus intravit; * letatæque corpora vidit,
Victoremque supra spatiosi corporis hostem
Tristia sanguinea lambentem vulnere lingua;
Aut ultor vestra, fidi: ima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero, dixit, dextraque molarem
Sustulit: & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia, mota forent, serpens sine vulnere mansit:
Loricæque modo squamis defensus; & atra
Durtia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non durtia iaculum quoque vicit eadem;
Quod medio lente spinæ curuamine fixum
Constitit: & torum descendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in sua terga retorfit:
Vulneraque adspexit: fixumque hastile momordit.
Idque ubi vi multa partem labefecit in omnem;
Vix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæsit.
Tum vero postquam solitas accessit ad iras
Causa recens; plenis tumuerunt guttura venis:
Spumæque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terræque rarsa sonat squamis: quique halitus exit

Ore

LIB. III.

Ore niger Stygio, vitiatas inscit auras.
Ipse modo immensum spiritus facientibus orbem
Cingitur: interdum longa trabe rector, adstat:
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus annis,
Fertur, & obstantes perturbat pectore silvas.
Cedit Agenorides paulum: spoliisque leonis
Sustinet incursum: instantiaque ora retardat
* Cuspide prætenta, furit ille: & mania duro
Vulnera dat ferro: figit que in acumine dentes.
Iamque venemifero sanguis manare palato
Cæperat: & virides aspergine tinxerat herbas:
Sed leue vulnus erat: quia se retraherat ab ictu:
Læsaque colla dabat retro: plagamque federe
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat:
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Usque sequens pressit: dum retro quercus eunti
Obstitit: & fixa est pariter cum robore cervix.
Pondere serpentis curuata est arbor: & ima
Parte flagellari gemuit sua * robora caudæ:
Dum spatium victor victi considerat hostis;
Vox subito audita est: neque erat cognoscere promptum
Vnde: sed audita est: Quid Agenore nate peremptum
Serpentem spectas? & tu spectaberis serpens.
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat: gelidoque comæ terrore rigebant.
Ecce vni sanctæ superas delapsa per auras
Pallas adest: motæque iubet supponere terra
Viperæos dentes, populi incrementa futuri.
Paret: & impresso sulcum patefecit aratro:
Spargit humi iussos, mortalia semina, dentes,
Inde (fide manus) glebæ cæpere moueri:
Primaque de sulcis acies apparuit hasta:

* veluti pedem conficinas.

* Lance: nã & iaculum attulerat, & lanceam sup. 53.

* prohibebat, sic lib. 2, 505.

* suum trunci, in quo arboris firmitudo & robur.

* 1, 4, 576.

* aratro proficisc.

F 2

Tegmi-

Tegmina mox capitum picto nutantia collo,
Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis

Ex dentibus ser-
pentinis homi-
nes.
parietibus af-
figenda.

Existunt: crescitque seges clypeata virorum.

110

Sic, ubi tolluntur festis aulae theatris;

Surgere signa solent, primumque ostendere vultus:

Cetera paulatim, placidoque educta tenore

Tota patent: imoque pedes in margine ponunt.

Territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:

115

Ne cape, de populo, quem terra creauerat, vnus

Exclamat: nec te civilibus inferre bellis.

Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum

Comminus ense ferit: iaculo cadit eminus ipse.

missio eminus
iaculo.

Hic quoque, qui dederat leto, non longius illo

120

Viuat, & expirat, modo quas acceperat, auras:

Exemploque pari fuit omnis turba: suoque

Marte cadunt subiti, per mutua vulnera fratres.

Iamque breuis vita spatium sortita iuuentus

Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,

125

Quinque superstitiibus: quorum fuit vnus Echion.

Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma,

Fraternaque fidem pacis petitque, deditque.

Hos operis comites habuit Sidonius hospes,

Cum posuit iussam Phœbeis sortibus vibem.

130

F A B. I I. A R G V M E N T V M.

Diana cum in valle Gargaphie ætuo tempore fatigata ex assidua venatione se ad fontem perlueret, Actæon Aristei & Autonoe filius eundem locum petens ad refrigerandum se, & canes, quos exercuerat ceruos persequens, in conspectum Deæ incidit, qui ne eloqui posset habitus eius in ceruum conuersus est, ita vt pro feris suis canibus laceratus sit.

fort. quod

Thebæ à Cadmo conduntur.

Hermione, vel et Paul. Hellan.

Harmonia. nonne tacet Ouid.

Iam stabant Thebæ: poterat iam Cadme videre

Ex filio felix: soceri tibi Marsque Venusque

Contigerant: huc adde genus de coniuge tanta,

To

Tot natos, natasque, & pignora cara nepotes:

135 Hos quoque iam iuuenes. Sed scilicet vltima semper

Gnome Solonis, quæ Cresum à Cyro captum ex igne liberauit.

Expectanda dies homini est: dicique beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Prima nepos inter res tibi Cadme secundas

Causa fuit luctus, alienaque cornua fronti

140 Addita, vosque canes satiati sanguine herili.

At bene si quaras; fortuna crimen in illo.

Nec scelus inuenies, quod enim scelus error habebat?

Mons erat infectus variarum cade ferarum:

Iamque dies medius rerum contraxerat umbras;

145 Et sol ex aquo meta distabat utraque;

Cum iuuenis placido per denia lustra vagantes

Participes operum compellat Hyantius ore:

Thebanus. sc. Actæon Paul.

Lina madent comites, ferrumque cruore ferarum:

Fortunaque dies habuit satis, altera lucem

150 Cum croceis innecta rotis Aurora reduce;

Propositum repetemus opus, nunc Phœbus utraque

Distat idem terra: finditque vaporibus arua.

Sistite opus præsens: nodosaque tollite lina.

Iussa viri faciunt; intermittuntque laborem.

155 Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu

Nomine Gargaphie succinctæ sacra Dianæ:

Cuius in extremo est antrum nemorale recessu,

Arte laboratum nulla: simulauerat artem

Ingenio natura suo: nam pumice viuo,

160 Et leuibus tophis nauium duxerat arcum.

Fons sonat à dextra tenui pellucidus vnda,

Margine grammeo patulos succinctus hiatus.

Hic Dea siluarum venatu fessa solebat

Virgineos artus liquido perfundere rore.

165 Quo postquam subit; Nympharum tradidit vni

Armiger & iaculum, pharetramque, arcusque retentos;

Altera deposita, subiecit brachia pallae:

Vincta duae pedibus demunt, nam doctior illis

Mmeni A. filia. Ismenis Crocale, sparsos per colla capillos

Colligit in nodum, quamvis erat ipsa soluta.

Excipiunt laticem, Nipheque, Hyaleque Rhani, que

Et Psecas, & Phiale, funduntque capacibus vasis.

Dumque ibi perluitur solita Titania Lympha,

Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum

Per nemus ignotum non certis passibus errans

Peruenit in lucum, sic illum fata ferebant.

Qui simul intravit vorantia fontibus antra;

Sicut erant, viso, nude sua pectora Nymphae

Percussere, viro, subiti, que ululatus omne

Impleverunt nemus, circumfusaque Dianam

Corporibus texere suis, tamen altior illis

Ipsa Dea est, colloque tenus supereminet omnes.

Qui color infectis aduersi solis ab ictu

Nubibus esse solet, aut purpurea Aurora;

Is fuit in vultu, visa, sine veste Diana.

Quae quamquam comitum turba est stipata suorum;

In latus obliquum tamen astitit, oraque retro

Flexit, & ut vellet promptas habuisse sagittas;

Quas habuit, sic hausit aquas, vultumque virilem

Perfudit, spargensque comas ultricibus undis.

Addidit haec cladis praenuntia verba futura:

Nunc tibi me posito visam velamine narres.

Si poteris narrare licet, nec plura, minata.

Dat sparsa capiti, viuctis cornua cerui;

Dat spatium collo, summamque cacuminat aures:

Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat

Cruentibus, & velat maculoso vellere corpus.

170

175

180

185

190

195

Addi-

Additus & panor est, fugit Autonoeius heros;

Et se tam celere cursu miratur in ipso.

200 Ut vero vultus, & cornua vidit in unda;

Me miserum, dicturus erat, vox nulla secuta est.

Ingemuit, vox illa fuit, lacrimaeque per ora

Non sua fluxerunt: mens tantum pristina mansit.

205 Quid faciat, repetatne domum, & regalia tecta?

An lateat silus? timor hoc, pudor impedit illud.

Dum dubitat, videre canes, primisque Melampus,

Ichnobatesque sagax latratu signa dederunt,

Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.

Inde ruunt alij rapida velocius aura

210 Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes,

Nebrophonosque valens, & trux cum Lalape Theon,

Et pedibus Pterelas, & naribus vilis Agre,

Hyleusque ferox nuper percussus ab aprio;

Deque lupo concepta Nape, pecudesque secuta

215 Permenis, & natis comitata Harpyia duobus,

Et substricta, gerens Sicyoniis ilia Ladon,

Et Dromas, & Canache, Stictaque, & Tigris, & Ales,

Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris,

Præualidusque Lacon, & cursu fortis Aello,

220 Et Thous & Cyprio velox cum fratre Lycisca,

Et nigram medio frontem distinctus ab albo

Harpalos, & Melaneus, hirsutaque corpore Lachne,

Et patre Diæteo, sed matre Laconide nati

Labros, & Agriodos, & acuta vocis Hylactor,

225 Quosque referre mora est, ea turba cupidine præda

Per rupes, scopulosque, adituque carentia saxa,

Quaque est difficilis, quaque est via nulla, sequuntur;

Ille fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus;

Heu famulos fugit ille suos, clamare libebat.

ceruina, nō rī prius humana

F 4

Acton

ME T A M O R P H.

Actæon ego sum: dominum cognoscite vestrum. 230
 Verba animo desunt: resonat latratibus æther.
 Prima Melanchates in tergo vulnera fecit:
 Proxima Theridamas: Orestrophus hæsit in armo.
 Tardius exierant: sed per compendia montis
 Precipitata via est: dominum retinentibus illis 235
 Cetera turba coit; confertque in corpore dentes.
 Iam loca vulneribus desunt: gemit ille, sonumque
 Et si non hominis, quem non tamen edere possit
 Cervus, habet: mæstiisque replet iuga nota querelis:
 Et genibus pronis supplex, similisque roganti 240
 Circumfert tacitos, tamquam sua brachia, vultus.
 At comites rapidum solitis hortatibus agmen
 Ignari instigant, oculisque Actæona querunt;
 Et velut absentem certatim Actæona clamant.
 Ad nomen caput ille refert: & abesse queruntur, 245
 Nec capere oblata segnem spectacula præda.
 Vellet abesse quidem; sed adest: vellétque videre;
 Non etiam sentire canum fera facta suorum.
 Undique circumstant: mersisque in corpore rostris
 Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. 250
 Nec, nisi finita per plurima vulnera vita,
 Ira pharetrata fertur satiata Diana.

Actæon a canibus dilaceratur.

Actæon a canibus dilaceratur.

Actæon a canibus dilaceratur.

F A B. I I I. A R G V M E N T V M.

Iuno suspectam Semelen Cadmi & Hermionæ filiam cum haberet, quod cum Ioue concubisset, in anam est conversa, ut se fallaciz sine invidia cuiusquam visceretur, ad eamque pervenit. Persuadet autem ei, ne alio Iouem apparatu recipiat ad cubile, quam quo solitus apparere Iunoni: quod ut illius auctoritas gravis, proinde ipsius concubitus insignis esset. Quod cum impetrasset, Deus instructus tonitribus, ac fulminibus domum Semeles ingressus est: tecta eius deceptæ optatis flamma adurit, Liberumque conceptum utero gravidæ, incendio eripit, ac femore infuit suo. Postea cum completis mensibus nymphis, quæ Nysam montem Indix perfruentabant, clam tradidit nutriendum.

Rumor

L I B. I I I.

Rumor in ambiguo est: alius violentior æquo
 Visa Dea est: alij laudant, dignamque seuera
 255 Virginitate vocant: pars inuenit: unaque causas.
 Sola Iouis coniux non tam culpæne, probæne
 Eloquentur: quam clæde domus ab Agenore ductæ
 Gaudet: & à Tyria collectum pellice transfert
 In generis socios odium, subit ecce priori.
 260 Causa recens; gravidamque dolet de semine magis
 Esse Iouis Semelem: tum linguam ad iurgia soluit.
 Profeci quid enim toties per iurgia, dixit?
 Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Iuno
 Rite vocor, perdam: si me gemmantia dextra
 265 Sceptra tenere decet: si sum regina, Iouisque
 Et soror, & coniux, certè soror, at puto furto est
 Contenta, & thalami brevis est iniuria nostri.
 Concipit; id deerat: manifestæque crimina pleno
 Fert utero: & mater, quod vix mihi contigit uni,
 270 De Ioue vult fieri: tanta est fiducia formæ.
 Fallat eam saxo: nec sim Saturnia; si non
 De Ioue mersa suo Stygias penetrabit ad undas.
 Surgit ab his solio; fuluæque recondita nube
 Limen adit Semeles: nec nubes antè remouit,
 275 Quam simulavit anum: posuitque ad tempora canos:
 Sulcauitque cutem rugis: & curua trementi
 Membra tulit gressu: vocem quoque fecit anilem:
 Ipsaque erat Berœ Semeles Epidauria nutrix.
 Ergo ubi captato sermone, diuque loquendo
 280 Ad nomen venere Iouis; suspirat: & opto,
 Iupiter ut sit, ait: metuo tamen omnia, multi
 *Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
 Nec tamen esse Iouem satis est: det pignus amoris;
 Si modo verus is est: quantusque, & qualis ab alta

*Europa sup. p.

Semele ex Ioue gruida.

Iuno in Berœ

*mentifres nomina Deorum

F 5 Iunone

* quib* dignosci
queat ab aliis
Diis.

Styx deorum
timor.

Secunda fulmi-
na.

* quem nimbi,
fulgura, veti &
tonitrua con-
ciebant.

Bacchus insui-
tur femori lo-
quus.

Iunone excipitur; tantus, talisque rogato 265
 Det tibi complexus: suaque ante insignia sumat.
 Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
 Formarat. rogat illa Iouem sine nomine munus.
 Cui Deus; Elige, ait, nullam pati re repulsam.
 Quoque magis credas; Stygij quoque conscia sunt 270
 Numina torrentis: timor, & Deus ille Deorum est.
 Leta malo, nimumque potens; perituraque amantis
 Obsequio Semele, Qualem Saturnia, dixit,
 Te solet amplecti, Veneris cum fœdatis initis;
 Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis 275
 Opprimere. exierat iam vox properata sub auras.
 Ingenuit: neque enim non hæc optasse, nec ille
 Non iurasse potest. ergo mœstissimus altum
 Aethera conscendit: vultumque sequentia traxit
 Nubila, queis nimbos, immistaque fulgura ventis 280
 Addidit, & tonitrus, & inenitabile fulmen.
 Qua tamen usque potest, vires sibi demere tentat.
 Nec, quo centimanum deiecerat igne Typhoea,
 Nunc armatur eo: nimum feritatis in illo est.
 Est aliud lenius fulmen: cui dextra Cyclopum 285
 Scutia, flammæque minus, minus addidit ira:
 Tela secunda vocant superi. capit illa: domumque
 Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
 Non tulit æthereos: donisque in galibus arsit.
 Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo 290
 Eripitur; patrioque tener (si credere dignum est)
 Insuitur femori: maternaque tempora complet.
 Furtim illum primis Ino matertera cunis
 Educat: inde datum Nymphæ Nyseides antris
 Occulere suis: lactisque alimenta dedere. 295

F A B.

F A B. IIII. ARGUMENTVM.

Jupiter cum Iunone iocofus, omiffis omnibus iurgis; referens
 in coniunctione maiorem capere foeminas, quam viros voluptatibus.
 Tiresiam iudicem adeundum censuit, qui vtramque naturam maris
 & foeminae fuerat expertus. Nam quodam tempore cum serpentes
 concubitu hæretes baculo percussisset, in mulierem versus fuerat.
 ac rursus post septem annos eadem vsus ratione, ac tactu, in virum
 cesserat. Qui est Iouis sententia totatus esset; damnata Iuno Iulum
 in iracundiam vertit: ac Tiresiam luminibus orbavit. Pro qua in-
 iuria, quod maius esset, Jupiter futurorum scientiam ei tribuit.

Dumque ea per terras fatali lege geruntur;
 Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi;
 Fortè Iouem memoraunt diffusum neclare curas
 Seposuisse graues, vacuaque agitaſſe remiſſos
 300 Cum Iunone iocos, & Major vestra profecto est,
 Quam que contingit maribus, dixisse, voluptas.
 Illa negat. placent que sit sententia doctæ.
 Querere Tiresie. Venas hinc erat vitæque nota.
 Nam duo magnorum viridi coeuntia filia
 305 Corpora serpentum baculi violauerat icæ.
 Deque viro factus, mirabile, femina septem
 Egerat autumno: octauo rursus eosdem
 Vidit: & est vestra si tanta potentia plage,
 Dixit, ut auctoris sortem in contraria mutet;
 310 Nunc quoque vos feriam. percussis anguibus iisdem
 Forma prior redit. genitricis venit imago.
 Arbitrè hic igitur sumptus de lite iocosa
 Dicta Iouis firmat grauius Saturnia iusto,
 Nec pro materia fertur debuisse: sui que
 315 Iudicis æterna damnantur lumina nocte.
 At pater omnipotens (neque enim licet irrita eniquant
 Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto
 Scire futura dedit: panamque leuauit honore.

Tiresias Euer-
filius in feimi-
na, item in viri
augurera.

neque proinda
licebat oculos
restituere.

F A B.

P. A. B. V. ARGUMENTVM.

Liriope nymp̄ha ex amne Cephiso procreauit Narcissum, cui Tiresias Eueri filius omnia prospera pollicitus est, si pulchritudinis suae nullam habuisset notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret, neque vlla via potiundi inueniret, cura, & sollicitudine iuuenis, quem extremis vocibus persequeretur fugientem, extabit, eiusque reliquiae corporis in lapide conuersae sunt. quod ei incidit Iunonis ira: quia garrulitate sua eam saepe esset morata, ne Iupiter, in montibus persequi nymp̄has manifestum deprehendi posset. Fertur Echo filia Iunonis: & ob deformitatem montibus erat recondita, ne quid eius praeter vocem inspicere posset: quae tamen post obitum auditur.

Echo Iunonis filia in vocem. pro, fidei, vt l. 7. 729.

Narcissus Cep̄his filius.

qualis infra euadet.

Ille per Aonias fama celeberrimas vrbes Irreprehensa dabat populo responsa petenti. 320
Prima fide, vocisque rata tentamina sumpsit
Cerulea Liriope, quam quondam flumine curuo
Implicuit, clausaque suis Cephisus in undis
Vim tulit, enixa est utero, pulcherrima pleno
Infantem Nymp̄hae, iam tunc qui posset amari? 325
Narcissumque vocat, de quo consultus, an esset
Tempora matura visurus longa senecta,
Fatidicus vates, si se non nouerit, inquit.
Vana diu visa est vox auguris: exiit illam,
Resque probat, letisque genus, nouit atque furoris. 330
Namque ter ad quinos unum Cephisus annos
Addiderat: poteratque puer, iuuenisque videri.
Multi illum iuuenes, multa petiere puella:
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
Nulli illum iuuenes, nulla tetigere puella. 335
Adspicit hunc trepidos agitantem in retia cernos
Vocalis Nymp̄hae, quae nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen usum
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat; 340

Red-

Reddere de multis ut verba nouissima posset.
Fecerat hoc Iuno: quia cum deprehendere posset
Sub Ioue saepe suo Nymp̄has in monte iacentes:
Illa Deam longo prudens sermone tenebat;
345 Dum fugerent Nymp̄hae, postquam haec Saturnia sensit:
Huius, ait, lingua, qua sum delusa, potestas
Parua tibi dabitur, vocisque breuissimus usus
Reque minas firmat, tamen haec in fine loquentis
Ingeminat voces, auditaeque verba reportat.
350 Ergo ubi Narcissum per devia rura vagantem
Vidit, & incaluit, sequitur vestigia furum.
Quoque magis sequitur, flamma propiore calescit.
Non aliter, quam cum summis circumlita tectis
Adnotas rapiunt vinacia sulfura flammis.
355 O quoties voluit blandia accedere dictis
Et molles adhibere preces! natura repugnat:
Nec sinit incipiat, sed quod sinit, illa parata est.
Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.
Fortis puer comitum seductus ab agmine fido
360 Dixerat, Ecquis adest? & Adest responderat Echo.
Hic stupet: utique aciem partes dimisit in omnes;
Voce, Veni, magna clamat: vocat illa vocantem.
Respicit: & rursus nullo veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
365 Perstat, & alternae deceptus imagine vocis,
Huc coeamus, ait: nullique libentius unquam
Responsura sono, Coeamus rettulit Echo:
Et verbis fauet ipsa suis, egressaque silua
Ibat, ut imiceret sperato brachia collo:
370 Ille fugit: fugiensque manus complexibus auferit.
Ante, ait, emoriar, quam sit tibi copia nostri.
Rettulit illa nihil, nisi, Sit tibi copia nostri.

Spretis

Spreta latet siluis: pudibundaque frondibus ora
 Protegit: & solis ex illo vivit in antris.
 Sed tamen haeret amor, crescitque dolore repulse: 373
 Et tenuant vigiles corpus miserabile curae.
 Adducitque cutem macies: & in aera succus
 Corporis omnis abat: vox tantum, atque ossa supersunt.
 Vox manet: ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
 Echo in silvis. Inde latet silvis: nulloque in monte videtur. 380
 Omnibus auditur: sonus est, qui vivit in illa.

Echo in silvis.

Narcissus

Narcissus Cepheus & Liriope filius in florem sui nominis mutatur.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Narcissum autem supradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo exhibuerat, Nemesis vltrix fastidientium, in amorem sui impulit, ut non minore flamma atque illa, ureretur, qui cum ex assidua veneratione fatigatus secundum fontem in operibus procubisset, & hauriens aquam imaginem sui conspexisset, & ibi diutius moraretur, novissime tabuit, ita ut vita priuaretur: ex cuius reliquiis flos exiit, quem Naiades Nymphae flentes casum fratris Narcissi, & nomime eius adnotauerunt.

Sic hanc, sic alias vundis aut montibus ortas
 Luserrat hic Nymphas, sic catus ante viriles.
 Inde manus aliquis despectus ad aethera tollens,
 Sic, amet ipse licet, sic non potitur amato. 385
 Dixerat, assensit precibus, Rhannusia, iustis.
 Fons erat illi mis nitidis argenteus vundis.
 Quem neque pastores, neque pasta in monte capellae
 Contigerant, aliudne pecus: quem nulla volucris,
 Nec fera turbabat, nec lapsus ab arbore ramus. 390
 Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:
 Siluaque, sole lotum, passurata pescere nullo.
 Hic puer, & studio venandi lassus, & estu
 Procubuit, faciemque loci, fontemque secutus.
 Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit, 395
 Dumque bibit, visa correptus imagine formae
 Spe sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbra est.

Astu-

Astupet ipse sibi: vultuque immotus eodem
 Haeret, ut e Pario formatum marmore signum.
 400 Spectat humi positus, geminum sua lumina sidus,
 Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
 Impubesque genas, & eburnea colla, decusque
 Oris, & in niueo mistum caudore ruborem.
 Cunctaque miratur: quibus est miserabilis ipse.
 405 Se cupit imprudens: & qui probat, ipse probatur.
 Dumque petit, petitur: pariterque accendit, & ardet.
 Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!
 In mediis quoties visum captantia collum
 Brachia misit aquis, nec se deprendit in illis!
 410 Quid videat nescit: sed quod videt, vritur illo:
 Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
 Credne quid frustra simulacra fugacia captas?
 Quod petis est nusquam: quod amas auertere, perdes.
 Ista repercussa, quam cernis, imaginis umbra est.
 415 Nil habet ista, sui tecum venitque, manetque.
 Tecum discedet: si tu discedere possis.
 Non illum Cereris, non illum cura quietis
 Abstrahere inde potest: sed opaca fusus in herba
 Spectat in expleto mendacem lumine formam:
 520 Perque oculos perit ipse suos: paulumque levatus
 Ad circumstantes tendens sua brachia silvas,
 Ecquis lo silva crudelius, inquit, amavit?
 (Scitis enim: & multis latebra opportuna fuistis)
 Ecquem cum vestrae tot agantur secula vite,
 425 Qui sic tabuerit, longo meministis in auro?
 Et placet, & video: sed quod videoque, placetque,
 Non tamen inuenio: tantus tenet error amantem.
 Quoque magis doleam: nec nos mare separat ingens,
 Nec via, nec montes, nec clausis maria portis.

Eni-

Exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri: 430
 Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis;
 Hic toties ad me resupino nititur ore.
 Posse putes tangi: minimum est, quod amantibus obstat.
 Quisquis es, huc exi. quid me puer vnice fallis?
 Quoue petitus abis? certe nec forma, nec aetas 435
 Est mea, quam fugias. & amarunt me quoque Nympha.
 Spem mihi nescio quam vultu promittis amico.
 Cumque ego porrexi tibi brachia; porrigis vltro.
 Cum risi, arides: lacrimas quoque saepe notavi
 Me lacrimante tuas: nutu quoque signa remittis: 440
 Et quantum * motu formosi suspicor oris,
 Verba refers aures non peruenientia nostras.
 Este ego sum: sensi nec me mea fallit imago.
 Vror amore mei: stannas moueoque, * seroque.
 Quid faciam? roger, anne rogem: quid deinde rogabo? 445
 Quod cupio mecum est: inopem me copia fecit.
 O vtinam a nostro secedere corpore possem!
 Votum in amante nouu est: velle, quod amamus, abesset.
 Iamque dolor vires adimit: nec tempora vita
 Longa mea superant: primoque extingvor in auro. 450
 Nec mihi mors grauis est: posturo morte dolores:
 Hic, qui diligitur, vellem * diuturnior esset.
 Nunc duo concordēs anima moriemur in vna.
 Dixit, & ad faciem rediit male sanus eandem:
 Et lacrimis turbauit aquas, obscuraque moro 455
 Reddita forma lacu est, quam cum vidisset * abires,
 Quo refugis? remane: nec me crudelis amantem
 Desere, clamauit: liceat, quod tangere non est,
 Adspicere: & misero praeberē alimenta furori.
 Dumque dolet, summo vestemque reduxit ab ore, 460
 Nudaque * marmoreis percussit pectora palmis.

* e motu labro-
rum, multus est
enim poeta in
omissione prae-
positionum.
* perceptor, id
est, amo idem
qui amor.

* Ec. Fa. 6, 219.

* minus se osten-
dere, quam cum
limpida esset
aqua.

* marmoris in-
sar candidis.

Pecto-

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem,
 Non aliter, quam poma solent: quae candida parte,
 Parte rubent: aut vt variis solet vna racemis
 465 Ducere purpureum nondum matura colorem.
 * Quae simul adspexit * liquefacta rursus in vnda;
 Non tulit vltimus: sed, vt intabescere flauae
 Igne leui cera, matutinaeque pruina
 Sole tepente solent, sic attenuatus amore
 470 Liquitur; & tecto paulatim carpitur igni.
 Et neque iam color est misto candore rubori;
 Nec vigor, & vires, & quae modo visa placebant:
 Nec corpus remanet, quondam quod amauerat Echo.
 * Quae tamen vt vidit, quamuis irata, memorque,
 475 Indoluit: quouis puer miserabilis heheu
 Dixerat; haec resonis iterabat vocibus heheu.
 Cumque suos manibus percusserat ille lacertos;
 Haec quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
 Vltima vox solitam fuit haec spectantis in vndam,
 480 Heu frustra dilecte puer: totidemque remisit
 Verba locus: dictoque vale, vale inquit & Echo.
 Ille caput viridi fessum submisit in herba:
 Lumina mors clausit domini mirantia formam.
 Tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,
 485 In Stygia spectabat aqua planxere * sorores
 Naides: & sectos fratri imposuere capillos.
 Planxerunt Dryades: plangentibus assonat Echo.
 Iamque rogam, quassasque faces, feretrumque parabant:
 Nusquam corpus erat, croceum pro corpore florem
 490 Inueniunt, foliis medium cingentibus albis.

* scilicet pectora
* pura, liquida,
& defecata red-
dita.

* nondum plane
extuca & in
lapide conuer-
sa, sup. 399.

* praefertim Co-
phides.

TAB. VII. ARGUMENTVM.
 Pentheus Echionis & Agaues filius in contemptum * trahens * V. Lucens
 praedicta fides auguris, vt in aduentu Liberi Thebani hederam
 redimti procederent, ac sacra susciperent, prohibet suos parere
 moni-

98 METAMORPH.

monitis; quod negaret ex Semele Deum proditum. Cœlestim itaque famulis imperat, ut in conspectum suum Liberam vincum adtrahant. At ille ut vesanientem eluderet, versus in Acœtem ducitur vincus, & custodia clauditur.

Pentheus Tiresiam ridet, & Bacchi sacra.

Cognita res merita vatis per Acheidas vrbes
Attulerat famam; noménque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc. ex omnibus vnus
Contemptor superum Pentheus: præ sagaque ridet

495

Verba senis: tenebras, & cladem lucis adempta
Obiicit: ille mouens albentia tempora canis,
Quam felix esses, si tu quoque luminis huius
Orbus, ait, fieres: nec Bacchica sacra videres.
Namque dies aderit: quam non procul auguror esse:

500

Qua nouus huc veniet proles Semeleia Liber.
Quem nisi templorum fueris dignatus honores;
Mille lacer spargere locis: & sanguine siluas
Fœdabis, matremque tuam, matrisque sorores.
Eueniet neque enim dignabere numen honore:
Mêque sub his tenebris nimum vidisse quereris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.

505

ueniant, quæ ille fore responderat.

Dicta fides sequitur: responsaque vatis aguntur,
Liber adest: festis que fremunt ululatibus agri.
Turba ruit: mistaque viris matresque, nurusque,
Vulgusque, proceresque ignota ad sacra feruntur.

510

Orgia describit:

Quis furor Anguigenæ proles. Ma uortia vestras
Attollit mentes? Pentheus ait. arane tantum
Aere repulsa valent? & adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut quos non bellicus ensis,
Non tuba terruerit, non strictis agmina telis;
Femineæ voces, & mota insana vino.
Obscæni que greges, & mania tympana vincant?
Vosne senes mirer? qui longa per æquora vecti
Hac Tyron ac profugos posuistis sede penates:

Nun

LIB. III.

520 Nunc finitis sine Marte capi? vosne, acrior atas
O iuuenes, propiorque mea? quos arma tenere
Non thyrsos: galeaque tegi, non fronde decebat?
Este precor memores, qua sitis stirpe creati:
Illis que animos, qui multos perdidit vnus,

525 Sumite serpentis, pro fontibus ille, lacuque.
Interiit: at vos pro fama vincite vestra.
Ille dedit leto sortes: vos vincite molles,
Et patrum retinete decus. si fata vetabant
Stare diu Thebas; ut inam tormenta, virique

530 Mœnia diruerent: ferrumque, ignisque sonarent:
Essemus miseri sine crimine, forsque querenda,
Non calanda foret: lacrimaque pudore carerent.
At nunc a puero Thebæ capientur inermi:
Quem neque bella iuuant, nec tela, nec usus equorum;

535 Sed madidi myrrha crines, mollisque corona,
Purpuraque, & pictis intextum vestibus aurum.
Quem quidem ego actutum (modo vos abstite) cogam
Assumptumque patrem, commentaque sacra fateri.
An satis Acrisio est animi contemnere vanum

Acrisius Argiuorum rex. Bacco clausit vrbes portas: & terrebit ideam. lib. 4, 608

540 Numen, & Argolicas venienti claudere portas?
Pentheæ terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemque
Attrahite huc vinculum: in his mora segnis abesto.

* Cadmus ex Argæ filia. * Ithys materis maris.

Hunc auus, hunc Athamas, huac cetera turba suorum
545 Corripiunt dictis: frustra que imhibere laborant.
Acrior adinonitu est: irritaturque retenta,
Et crescit rabies: moderaminaque ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, quâ nil obstabat eunti,
Lenius, & modico strepitu decurrere vidi:

550 At, quacunque trabes, obstructaque saxa iacebant;
Spumens, & feruens, & ab obitice sanior ibat.

Ecce cruentati redeunt: & Bacchus ubi esset,
 Querenti domino, Bacchum vidiſſe negarunt.
 Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque ſacrorum,
 Cepimus. & tradunt manibus poſt terga reuinctis,
 Sacra Dei quondam Tyrrhena gente ſecutum.

555

FAB. VIII. IX. ET X.

ARGUMENTVM.

Accetes ſupradictus Liberi comes, cuius ſub imagine Deus late-
 rat, ludens Penthea, indicat regi, quia ita exigebat, nomen, & genus
 artis ſux; & quanta vis apparuerit in Libero, quo tempore petens
 Naxum in Tyrrhenos incidere: ab his enim propter eximia pul-
 chritudine captu, pro preda, & impositum nauigio vt vidit in aliam
 ſe duci regione; armenta nauis in feras, ac ſerpentes conuertit.
 Quo prodigio exterriti Tyrrheni, in pelagus ſe precipitare, ac del-
 ſini & aues facti ſunt poſt hęc iterum custodia clauditur. quæ cum
 ſponte Dei patuiſſet; ac vincula manibus, deſuſiſſent; montem Ci-
 thæron aggreditur, ubique Agæuen matrem Penthei alienatam fu-
 rore; adiuantibus tororibus Ino, & Autonoe impellit, vt ipſum ſa-
 cra proterentem, ſua interimat manu.

Liber in pueru.

Adſpicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
 Fecerat: & quanguam poena vix tempora differt,
 O periture, tuæque aliis documenta dature
 Morte, ait, ede tunc nomen, nomēque parentum,
 Et patriam, moriſque noui cur ſacra frequentes.
 Ille metu vacuus, nomen mihi, dixit, Accetes:
 Patria Mæonia eſt: humili de plebe parentes.
 Non mihi, quæ duri colerent, pater arua, inuenci,
 Lanigerosque greges, non vlla armenta reliquit.
 Pauper & ipſe fuit; limoque ſolebat, & hamis
 Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces;
 Ars illi ſua cenſus erat, cum traderet artem;
 Accipe, quas habeo ſtudij ſucceſſor, & hæres,
 Dixit, opes: moriensque mihi nihil ille reliquit
 Præter aquas: vnum hoc poſſum appellare paternum.
 Mox ego, ne ſcopulis hærerem ſemper in iſdem,

560

565

570

Addi-

Addidici regimen dextra moderante carina
 Flectere: & Oleniæ ſidus pluuiæ capellæ,
 575 Taygetenque, Hyadæſque oculis, Arctonque notauit,
 Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.
 Fortè petens Delon Chia telluris ad oras
 Applicor, & dextris adducor* litora remis:
 Doque leues ſaltus: vdeque immittor arena.
 580 Nox ubi conſumpta eſt; Aurora rubescere primo
 Cæperat: exſurgo, laticæſque inferre recentes
 Admoneo, monſtroque viam, quæ ducit ad undas.
 Ipſe, quid aura mihi tumulto promittat ab alto,
 Proſpicio: comitæſque uoco: repetoque carinam.
 585 Adſumus en, inquit ſociorum primus Opheltis:
 Vique putat, prædam deſerto naetus in agro
 Virginea puerum ducit per litora forma.
 Ille mero, ſomnoque grauis titubare videtur,
 Vixque ſequi, ſpecto cultum, faciēque gradumque
 590 Nil ibi, quod credi poſſet mortale, videbam.
 Et ſenſi, & dixi ſocius; Quod numen in iſto
 Corpore ſit dubito: ſed corpore numen in iſto eſt.
 Quiſquis eſt o fauceas; noſtriſque laboribus adſis:
 His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
 595 Dictys ait; quo non alius conſcendere ſummas
 Ocior antennas; prehensoque rudente relabi.
 Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
 Hoc probat Alcimedon, & qui requiemque modumque
 Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.
 600 Hoc omnes alij prædæ tam cæca cupido eſt.
 Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
 Perpetiar, dixi; pars hæc mihi maxima iuris.
 Inque aditu obſiſto furit, audaciſſimus omni
 De numero Lycabas: qui Tuſca pulſus ab urbe

* Ab Achæz opido, ubi Iupiter Amaltheæ capræ lacte paſtus eſt.

* ſic 637. aduertite Naxos.

* non permittent eum deſcendere in nauem.

Exsilium, dira poenam pro caede, luebat.
 Is mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno
 Rupit: & excussum misisset in aquora; si non
 Hæsissem, quamuis amens, in fune retentus.
 Impia turba probat factum, tum denique Bacchus
 (Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
 Sit sopor; atque mero redeant in pectore sensus;
 Quid facitis? quis clamor, ait? qua dicite nautæ
 Huc ope perueni? quo me deferre paratis?
 Pone metum, Proreus, & quos contingere portus
 E de velis, dixit: terra sistere petita.
 Naxon, ait Liber, cursus aduertite vestros:
 Illa mihi domus est; vobis erit hospita tellus.
 Per mare fallaces; perque omnia numina iurant;
 Sic fore: meque iubent pietæ dare vela cavina.
 Dexteræ Naxos erat: dextra mihi linthea danti,
 Quid facis o demens? quis te furor inquit Opheltes?
 Pro se quisque timet: leuam pete, maxima nutu
 Pars mihi significat: pars, quid velit, aure susurrat.
 Obstupui: capiatque alius moderamina, dixi:
 Meque ministerio scelerisque, artisque remouei.
 Increpor à cunctis totumque immurmurat agmen.
 E quibus Ethalion, Te scilicet omnis in vno
 Nostra salus posita est, ait. & subit ipse: meumque
 Explet opus: Naxoque petit diuersa relicta.
 Tum Deus illudens tamquam modo denique fraudè
 Senferit, è puppi pontum prospectat adunca.
 Et flenti similis, Non hæc mihi litora nautæ
 Promisistis, ait: non hæc mihi terra rogata est.
 Quo merui poenam facto? quæ gloria vestra est;
 Si puerum inuenes? si multi fallitis vnum?
 Iam dudum flebam, lacrimas manus impia nostras
 Ridet:

Naxos imatus, eurbatus mæce. Fab. ix. Tyrreni nautæ in delphicos.

hospitalis.

vide inf. 665.

Ridet: & impellit properantibus æquora remis.
 Per tibi nunc ipsum (neque enim presentior illo
 Est Deus) adiuro tam me tibi vera referre,
 640 Quam veri maiora fide. stetit æquore puppis
 Haud aliter, quam si siccum nauale teneret.
 Illi admirantes remorum in verbera perstant:
 Velæque deducunt; geminæque ope currere tentant.
 Impediunt hederæ remos, nexuque recuruo
 645 Serpunt; & grauidis distinguunt vela corymbis.
 Ipse racemiferis frontem circumdatus vnus
 Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
 Quem circa tigres, simulacraque mania lyncum,
 Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.
 650 Exsilire viri; siue hoc insania fecit,
 Siue timor: primusque Medon nigrescere pinnis,
 Corporeque, & presso spina curuamine flecti
 Incipit. huius Lycabas, in que miracula, dixit,
 Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
 655 Naris erat; squamamque tutis durata trahabat.
 At Libys, obstantes dum vult obuertere remos;
 In spatium resiliere manus breue vidit, & illas
 Iam non esse manus; iam pinnas posse vocari.
 Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
 660 Brachia non habuit; truncoque repandus in undas
 Corpore desiliit; falcata nouissima cauda est;
 Qualia dimidiæ sinuantur cornua luna.
 Undique dant saltus: multæque adspersione rotant;
 Emerguntque iterum, redeuntque sub æquora rursus:
 665 Inque chori ludunt speciem: lasciuæque iactant
 Corpora; & acceptum patulis mare naribus efflant.
 De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
 Restabat solus, panidus, gelidusque trementi

serpēdo & romiges terrendo impediunt: sic sup. 646. scelerisque artis que pro, non exercendo artem effugi scelus.

Corpore: vixque animum firmat Deus, Excutit, dicens,
 Corde metum, Chiamque tene, delatus in illam 670
 Acceſſi ſacris, Baccheaque ſacra frequento,
 Præbimus longis Pentheus ambagibus aures,
 Inquit; ut ira mora vires abſumere poſſet.
 Præcipitem ſamuli rapite hunc: cruciatæque duris
 Corpora tormentis Stygiæ dimittite morti. 675
 Protinus abſtractus * ſolidis Tyrrhenus Accetes
 Clauditur in tectis: & dum crudelia iuſſe
 Inſtrumenta necis, ferrumque, igneſque parantur;
 Sponte ſua paſſiſſe fores, lapſaque lacertis
 Sponte ſua fama eſt, nullo ſolvente, catenas. 680
 Perſtat Echionides, nec iam iubet ire; ſed ipſe
 Vadit, ubi electus ſacienda ad ſacra Cithæron
 Cantibus, & clara bacchantum voce ſonabat.
 Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
 Signa dedit tubicen; pugneque aſſumit amorem; 685
 Penthea ſic ictus longis ululatus ether
 Mouit; & audito clamore * recanduit, in
 Monte ſere medio eſt cingentibus ultima ſiluis
 Purus ab arboribus ſpectabilis undique campus.
 Hæc oculis illum cernentem ſacra * profanis 690
 Prima videt, prima eſt in ſano concita curſu,
 Prima ſuum miſſo violavit Penthea Thyrſo
 Mater: & o gemina clamauit, adeſte ſorores.
 Ille aper, in noſtris eriat, qui maximus agris,
 Ille mihi feriendus aper, ruit omnis in unum 695
 Turba ſurens: cunctæ coeunt: trepidumque ſequuntur,
 Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,
 Iam ſe damnantem, iam ſe peccaſſe fatentem.
 Saucius ille tamen, Fer opem matertera, dixit,
 Antonoe: moueant animos, Actæonis umbra. 700
 Illa

* munitiſſimis, & quaſi æneis, non peruiis.

Fab. x.

Pentheus à Bacchidis diſcerpitur.

* inſſamata eſt, lib. 1, 435.

* qui necdū iniuriati erant Bacchidis ſacris.

* cui tu mater, ego ſobrinæ.

Ille quis Actæon neſcit: dextramque precantis
 Abſtulit: Inoo lacerata eſt altera raptu.
 Non habet infelix quæ matris brachia tendat;
 Trunca ſed oſtendens deiectis vulnere membris,
 705 Adſpice mater, ait, viſis ululauit Agæue:
 Collaque iactauit: crinemque per æra mouit.
 Auulſamque caput digitis complexa cruentis
 Clamat, Io comites, opus hoc victoria noſtra eſt.
 Non citius frondes autumnæ frigore tactas,
 710 Iamque malè hærentes alta rapit arbore ventris;
 Quam ſunt membra viri manibus direpta nefandis.
 Talibus exemplis monita noua ſacra frequentant:
 Turæque dant, ſanctæſque colunt * Iſmenides aras.

* Thebanæ, Iſmeno.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER IIII.

FAB. III. ET IIII. ARGUMENTVM.

Thebis cum Tirſias Eueri filius diem feſtū ſacrorum Liberi Patris edidiſſet, Alcithoë Minei filia, eiufdē ciuitatis in eodē permanſi iudicio cū ſororibus ſuis, quo Pentheus: quæ lanæ potius operandæ ſtudio, quàm ſacrorū adeſſe voluerūt. Itaque rogata fuit Leuconoë à ſororibus, ut inter opus lanificij, referret fabulas, quibus oblectarent aſſuetū laborem. Quibus obſequi volens, ſecum dubitas de multis fabulis, nā plurimas norat, quàm potiſſimū narret: an de Babylonia Dercei Nini filia in piſcē verſa; an de Semiramide eius filia in columbā mutata; an de Naide Nympħa, quæ iuuenes propter libidinē ſuam ſolita erat in piſces imitari, utque in eundem caſum reciderent: an de ea arbore, cuius poma albi coloris in ſanguinē ceſſerunt: quæ quoniam trita non erat, placuit.

At non Alcithoë Mineias Orgia cenſet
 Accipienda Dei: ſed adhuc temeraria Bacchum
 Progeniem negat eſſe Iouis: ſociasque ſorores

Derceiſis piſces.

G 3

Im.

106 METAMORPH.
 Impietatis habet festum celebrare sacerdos,
 Immunesque operum famulas, dominasque suorum,
 Pectora pelle regi, crimales solvere vittas,
 Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos
 Iusserat: & seuam lesi fore numinis iram
 Vaticinatus erat, parent matresque, nurusque,
 Telasque, calathosque, infectaque pensa reponunt: 10
 Turaque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyncumque,
 * Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatem.
 Additur his Nyseusque, indetonsusque Thyoneus,
 Et cum Leneo genialis consistor uxor,
 Nycteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Euan: 15
 Et qua praterea per Graias plurima gentes
 Nomina Liber habes, tibi enim inconsumpta iuuenta est:
 Tu puer aternus, tu formosissimus alto
 Conspicris caelo: tibi, cum sine cornibus adstas,
 Virgineum caput est: Oriens tibi victus, adusque 20
 Decolor extremo qua cingitur India Gange.
 Penthea tu venerande, bipenniferumque Lycurgum
 Sacrilegos mactas: Tyrhenaque mittis in aequor
 Corpora, tu biungum pictis insignia frenis
 Colla premis Lyncum: Baccha, Satyrique sequuntur, 25
 Quique senex ferula titubantes ebruis artus
 Sustinet: & pando non fortiter haeret Asello.
 Quacunquē ingrederis, clamor iuuenilis, & una
 Femineae voces, impulsaque tympana palmis,
 Concauaque era sonant, longoque foramine buxus. 30
 Placatus, mirisque, rogant Ismenides, adsis:
 Iussaque sacra colunt, sola Meneides intus
 Intempestiua turbantes festa * Minerva,
 * Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant;
 Aut haerent tela, famulasque laboribus urgent. 35
 I qui-

Bacchantium habitus.

lib. 3: 310. Bacchi acclamationes, & cognomina.

Silenus.

Lanificio. Meconomia. Tres lanificij artes.

107 FAB. IIII.
 E quibus una leui deducens pollice filum,
 Dum cessant alia, commentaque sacra frequentant;
 Nos quoque, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,
 Utile opus manuum vario sermone leuimus:
 40 Perque vices aliquid, quod tempora longa videri
 Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures.
 Dicta probant, primumque iubent narrare sorores.
 Illa, quid e multis referat (nam plurima norat)
 Cogitat: & dubia est de te Babylonia narret
 45 Dececi, quam versa squamis velantibus artus
 Stagna Palaestini credunt, coluisse figura.
 An magis ut sumptis illius filia pennis,
 Extremos altis in turribus egerit annos.
 Nais an ut cantu, nimiumque potentibus herbis
 50 Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces;
 Donec idem passa est, an que poma alba ferebat,
 Ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
 Haec placet; haec quoniam vulgaris fabula non est.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.
 Pyramus & Thisbe vrbs Babylonia, quam Semiramis regina muro cinxerat, & reate; & forna pares, cu in propinquo habitaret, rima parietis & colloqui, & amoris fundamenta iecerunt. Constituerunt tandem ut matutino ad monumentum Nini regis sub arborem moru conuenirent ad amore. Et cum celerius sub luce Thisbe nacta occasione ad destinatum locu venisset, conspectu leuans exterrita abiecto amictu in silua refugit. At fera a recenti praeda cum ad fontem vicinu tumulo sitiens decurreret, relictam velle cruento ore lacerauit. Post cuius discessum Pyramus cum ad eundem locum venisset, amictum que sanguine inuenisset aspersum, existimans a fera consumptam, ferro se sub arbore interfecit. Deinde Thisbe, deposito metu cum ad eundem fuisset reuersa locum, & comperisset se causam mortis adolescentis extitisse, ne diutius dolori superesset, eodem ferro se traiecit: quorum cruore morus arbor adpersa, quae spectaculi fuerat inspectrix, poma quae gerebat alba in sanguineum vertit colorem.

quod temporis adium leniat.
 Fab. ij. Semiramis in columbam.
 Fab. iij. Nais in piscem.
 Tali

108 METAMORPH.
 Talibus orsa modis, lana sua fila sequente: 55
 Pyramus & Thisbe, iuuenum pulcherrimus alter,
 Altera, quas Oriens habuit, praelata puellis,
 Contiguas habuere domos: ubi dicitur altam
 Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
 Notitiam, primosque gradus vicinia fecit. 60
 Tempore creuit amor: tædæ quoque iure coissent;
 Sed vetuere patres; quod non potuere vetare:
 Ex equo captis ardebant mentibus ambo.
 Conscius omnis abest: nutu, signisque loquuntur.
 Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis. 65
 Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
 Cum feret, paries domui communis utriusque.
 Id vitium nulli per secula longa notatum.
 Quid non sentit amor? primi vidistis amantes,
 Et vocis fecistis iter: tutaque per illud 70
 Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
 Sæpe ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc;
 Inque vices fuerat captatus anhelitus oris;
 Inuide, dicebant, paries quid amantibus obstas?
 Quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi? 75
 Aut, hoc si nimium est; vel ad oscula danda pateres?
 Nec sumus ingrati. tibi nos debere fatemur;
 Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.
 Talia diuersa nequiquam sede locuti
 Sub noctem dixere vale: parique dedere 80
 Oscula quisque sua non peruenientia contra.
 Postera nocturnos Aurora remouerat ignes;
 Solque pruinosas radiis siccauerat herbas:
 Ad solitum coiere locum. tum murmure paruo
 Multa prius questi, stat nunt, ut nocte silenti 85
 Fallere custodes, foribusque excedere tentent:

Arboris mori
 poma albi co-
 loris in sangui-
 neum.
 * Muri alti eran-
 pedes 200. lati
 30. Plin.

Cum

LIB. IIII. 109
 Cumque domo exierint; urbis quoque tecta relinquunt:
 Næue sit errandum lato spatiantibus aruo;
 Conueniant ad busta Nimi, lateantque sub umbra
 90 Arboris. arbor ibi niueis uberrima pomis
 Ardua mortis erat gelido contermina fonti.
 Pacta placent: & lux* tarde discedere visa
 Precipitatur * aquis, & aquis nox exit ab iisdem. * pro voto am-
 Callida per tenebras versato cardine Thisbe tium.
 95 Egreditur, fallitque suos; adopertaque vultum
 Peruenit ad tumultum; dictaque sub arbore sedit.
 Audacem faciebat amor. venit ecce recenti
 Cede leana bouum spumantes oblita victus,
 Depositura sitim vicini fontis in vnda.
 100 Quam procul ad luna radios Babylonia Thisbe
 Vidit: & obscurum timido pede fugit in antrum.
 Dumque fugit; tergo velamina lapsa relinquit.
 Ut lea seua sitim multa compefcuit vnda;
 Dum redit in siluas, inuentos forte sine ipsa
 105 Ore cruentato tennes lanianit amictus.
 Serius egressus vestigia vidit in alto
 Puluere certa fere, totoque expalluit ore
 Pyramus. ut verò vestem quoque sanguine tinctam
 Repperit; Vna duos, inquit, nox perdet amantes:
 110 E quibus illa fuit longa dignissima vita.
 Nostra nocens anima est. ego te miserando peremi:
 In loca plena metus qui iussi nocte venires;
 Nec prior huc veni. nostrum diuellite corpus,
 Et scelerata fero consumite viscera morsu,
 115 O quicumque sub hac habitatis rupe leones.
 Sed timidi est optare necem. velamina Thisbes
 Tollit, & ad pacta secum fert arboris umbram.
 Utque dedit nota lacrimas, dedit oscula vesti;

* pro voto am-
 tium.
 * pro. in aquas

Acci

110 METAMORPH.

Pyramus sibi manus infert. fufilic tralaté à bellis & fulguribus. lib. 1. 27.

Accipe nunc, inquit, nostri quoque sanguinis haustus. Quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum. Nec mora, feruenti moriens e vulnere traxit: Et iacuit resupinus humo. cruor * emicat alte, Non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo Scinditur: & tenui stridente foramine, longas Eiaculatur aquas; atque icibus aëra rumpit: Arborei fetus a dispergine cadis in atram Vertuntur faciem: madefactaque sanguine radix Purpureo tingit pendentia mora colore. Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem, Illa redit: inuenemque oculis, animoque requirit: Quantaque vitavit narrare pericula gestit. Utque locum, & visam cognoscit in arbore formans; (Sic facit incertam pomi color) haeret an haec sit. Dum dubitat; tremebunda videt pulsare cruentum Membra solum: retroque pedem tulit: oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruit aequoris instar; Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura. Sed postquam remorata suos cognouit amores; Percutit indignos clavo plangore lacertos: Et laniata comas, amplexaque corpus amatum, Vulnere suppleuit lacrimis; fletumque erroi Miscuit: & gelidis in vultibus oscula figens, Pyrame, clamauit, quis te mihi casus ademit? Pyrame responde; tua te carissima Thisbe Nominat, exaudi vultusque attolle iacentes. Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos Pyramus erexit; visaque recondidit illa. Quae postquam vestemque suam cognouit; & ense Vidit ebur vacuum; Tua te manibus, inquit, amorque Perdidit infelix: est & mihi fortis in unum

in idē, in eun- dem vsum.

120 125 130 135 140 145

Haec

LIB. IIII. 115

150 Haec manus: est & amor; dabit hic in vulnera vires. Persequar extinctum: letique miserrima dicar. Causa, comisque tui; quique a me morte reuelli. Heu sola poteras, poteris nec morte reuelli. His tamen amborum verbis estote rogati. 155 O multum miseri, meus illiisque parentes, Ut quos certus amor, quos hora nouissima iunxit; Componi tumulo non inuideatis eodem. At tu quae ramis arbor miserabile corpus. Nunc tegis vniuersum; mox es tectura duorum; 160 Signa tene cadis: pullosque, & luctibus aptos. Semper habe fetus, gemini monumenta cruoris. Dixit, & aptato pectus mucrone sub iuuam Incubuit ferro; quod adhuc a cade tepebat. Vota tamen tetigere Deos; tetigere parentes. 165 Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater: Quodque rogis superest, vna requiescit in vna.

Thisbe ferro incumbit.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Sol prelatam Leucothoen ex Eurynome, & Orchamo Achemeniae principe, ab origine Beli septimo genitam, Clymena Arcadis Circes matri, & Clytie, quarum pulchritudine eius antea sollicitus animus fuerat, dilexit. Et cupiens, ut in amē dicit cupiditate sedat. Nam in speciem Eurynome matris puellae conuersus, virginē deceptam dolo vitiauit. Clytie autem, qua nondū Sol satiatus erat; eo adulterio incensa parenti puellae indicauit. Quā ille cum terrae defodisset, vitiator admissi misericordiam exhibens, deducto solo, cui subiecta fuerat, pro ea virgā tinctā nectare, quae Diis, hominibusque gratissima esset, exulit: quae turea appellatur: Hoc indicat Hesiodus.

Desierat: mediūque fuit breue tempus: & orsa est Dicere Leucothoe, vocem tenuere sorores. Hunc quoque siderea qui temperat omnia luce, Cepit amor Solem, Solis referamus amores.

Primus

Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
 Hic vidisse Deus. videt hic Deus omnia primus.
 Indoluit facto: * Iunonigenaeque marito
 Furta tori, furtique locum monstravit. at illi
 Et * mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
 Excidit. extemplo graciles ex aere catenas,
 Retiaque, & laqueos, quae lumina fallere possent,
 Elimat. non illud opus tenuissima vincant
 Stamina, non summo quae pendet aranea tigno.
 Utque leues tactus, momentaque parva sequantur,
 Efficit: & lecto circumdata collocat apte.
 Ut venere torum coniux & adulter in unum;
 Arte viri, vinculisque noua ratione paratis,
 In mediis ambo deprenti amplexibus haerent.
 Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas:
 Admisitque Deos. illi iacere ligati
 Turpiter: atque aliquis de Diis non tristibus, optat
 Sic fieri turpis. Superi risere: diuque
 Haec fuit in toto notissima fabula caelo.
 Exigit indicij memorem Cythereia pœnam:
 Inque vices illum, tectos qui læsit amores,
 Ledit amore pari. quid nunc Hyperione nate
 Forma, colorque tibi, radiataque lumina profunt?
 Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris;
 Vires igne nouo: quique omnia cernere debes;
 Leucothoen spectas: & virgine sigis in vna,
 Quos mundo debes, oculos modo surgis Eoo
 Temporis caelo: modo seriùs incidis vndis;
 Spectandaque mora brumales porrigit horas.
 Deficis interdum: vitiumque in lumina mentis
 Transsit: & obscurus mortalia pectora terres.
 Nec, tibi quod Luna terris propioris imago

* Vulcano Iunonis è Ioue filio.
 * sic lib. 2. 602.

Venus cū Marte deprehensa in adulterio.

Venus Solis prodicionem elicitur.

* elegantissime. quæ soli sunt propria, amoris vehementer adscribit.

175

185

190

195

200

205

Obsta

Obstiterit, palles: facit hunc amor ipse colorem.
 210 Diligis hanc vnã: nec te Clymenæque, Rhodôsque,
 Nec tenet. Aëæ genitrix pulcherrima Circes,
 Quaque tuos Clytie, quamuis despecta, petebat
 Concubitus: ipsoque illo graue vulnus habebat
 Tempore. Leucothoe multarum obliuia fecit:
 215 Gentis * odoriferae quam formosissima partu.
 Edidit Eurynome. sed postquam filia creuit;
 Quam mater cunctas, tam matrem filia vicit.
 Rexit. Achaemenias vrbes pater Orchamius: isque
 Septimus à prisco numeratur origine Belo.
 220 Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum:
 Ambrosiam pro gramine habent. ea fessa diurnis
 Membra ministeris nutrit, reparatque labori.
 Dumque ibi quadrupedes caelestia pabula carpunt;
 Noxque vicem peragit, thalamos Deus intrat amatos.
 225 Versus in Eurynomes faciem genitricis: & inter
 Bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit.
 Lenia versato ducentem stamina fuso.
 Ergo ubi, ceu mater, cara dedit oscula natæ;
 Res, ait, arcana est: famulae discedite: neue
 230 Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
 Paruerant: thalamoque Deus sine teste relictus.
 Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,
 Omnia qui video: per quem videt omnia tellus;
 Mundi oculus. mihi crede, places. pauet illa: metūque
 235 Et colus, & fusi digitis cecidere remis.
 Ipse timor decuit. nec longius ille moratus
 In veram rediit speciem. solitūque nitorem.
 At virgo quamuis inopino territa visu,
 Victa nitore Dei, posita vim passa querela est.
 240 Inuidit Clytie (neque enim moderatus in illa.

* ab vrbe Colchorū, quæ fuit patria Persæ matris Circeis.

Leucothoe à Phœbo cōpressâ in arborem turiferam.
 * Arabicæ, quod ea aromatum mater.
 * Persicæ.

* lib. 1. 517. Tunc quoque visa decens.

H

Solis

* pro, in pellicē, Solis amor fuerat) stimulatāque * pellicis irā
 mfr. 277. 235
 Vulgat adulterium: diffamatūque parenti
 Indicat. ille ferox immanisuetūque precantem,
 Tendentēque manus ad lumina Solis, & Ille
 Vim tulit, mutā, dicentem, defodit alta
 Crudus humo: tumulūque super gravis addit arena. 240
 Dissipat hunc radijs Hyperione natus: itēque
 Dat tibi: quo possis defossos promere vultus.
 Nec tu iam poteras enectum pondere terrā
 Tollere Nympha caput: corpusque ex sanguie iacebas.
 Nil illo fertur voluerum moderator equorum 245
 Post Phaethonteos vidisse dolentiūs ignes.
 Ille quidem gelidos radiatorum viribus artus,
 Si queat, * in vinum tentat reuocare calorem.
 Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat;
 Nectare odorato sparsit corpusque, locūque: 250
 Multaque prequestus, Tanges tamen athera, dixit.
 Protinus imbutum c. alesi nectare corpus
 * Delicuit terramque suo madefecit odore.
 Virgaque per glebas sensim radicibus actis
 Turea surrexit; tumulūque cacumine rupit. 255

Leucothoe de-
foditur vana.

lib. 2. 283.

pro calore vi-
uum in corpus.

reliquatum est,
de solutū.

Clytie Nym-
pha in herbam
heliotropium.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Clytie Nympha supra dilecta, ante dilecta, ob iniuriam ab ama-
 tore deserta, ita reuata visceribus est, vt in herbam conuerteretur,
 que primum conseruans amorem eiusdem Dei, Heliotropium dice-
 retur, cursumque seruaret eiusdem Dei.

At Clytiam, quamuis amor excusare dolorem,
 Indiciūque dolor poterat: non amplius auctor
 Lucis adit. Venerisque modum sibi fecit in illa.
 Tabuit ex illo dementi et amoribus vasa
 Nympharum impatiens: & sub lone nocte, dieque 260
 Sedit humo nuda; nudis incompta capillis.
 Perque nouem lucēs expers vndaque, cibique,

Rore

Rore mero, lacrimisque suis ieiunia pauit.
 Nec se mouit humo tantum spectabat euntes
 265 Ora Dei: vultusque suos fletebat ad illum.
 Membra ferunt hæsisse solo: partemque coloris
 Luridus ex sanguis pallor conuertit in herbas:
 Est in parte rubor, violaque similimus ora
 Flos tegit illa suum, quamuis radice tenetur;
 270 Vertitur ad solem: mutatque seruat amorem.

FAB. VII. VIII. IX. X. ET XI.

ARGUMENTVM.

Rogant Alcithoē suā sorores, vt aliquid quoque fabularū nar-
 ret. Narratura deliberans, ait se non dicturā de Daphnidē Idæo pa-
 rore, qui quod fidem coniugij non praestiterit, in saxum abiit. Nec
 de Scythone, qui ex viro in feminam cesserat: Nec de Celmo Iouis
 nutritio, qui in adamantem conuersus est: Nec de Smilace virginē,
 quæ Crocum adolescentem amauit, eo frui non potuit: suntque in
 flores ambo conuersi. Placuit demum Salinacem Carix fontem
 referre, cuius liquore contacti in mollitiem vērū dēfigurantur. Cū
 Mercurius, inquit, ex Venere Hermaphroditum formosissimū ado-
 lescentem genuisset, eumque Naiades nymphæ in Ida monte edu-
 cauissent, relictis sedibus in Cariam venit: Hic conspiciatō fonte per-
 lucentis aquæ vsque ad iunum solū, cursum coniuuit. Quo diutius
 eo loco morante, Salinacis Natadum vna dum flores legit, conspi-
 catis vestigijs diligere cepit. Dū hinc iūtur circa montem Nonacri-
 num moratur, teneturque: cū Nymphæ precibus, rū liquoris blan-
 ditia, paulatim in fonte se meruit, confectūque complexu Naiadis
 adhesit: nec antē ab eā dimissus est, quam a Dijs impetrasset, in vna
 vt cederet speciem. Data itaque venia, Hermaphroditus postquam
 se animaduertit nec virū, nec foemina factam, a parentibus impe-
 trauit, ne infamis solus esset, vt quicumque eius fontis aqua conta-
 ctus esset, perinde vt ipse mollesceret.

Dixerat: & factum mirabile ceperat aures.
 Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros
 275 Posse Deos memrant: sed non est Bacchus in illis.
 * Poscitur Alcithoē, postquam siluere sorores:
 Que radio stantis percutiens stamina tela,
 Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores

Daphnis in sa-
xum.

sic lib. 2. 149.

H 2

Daph-

II6 METAMORPH.

* sic. vers. 235.
Fab. viij.
Fab. ix.
Fab. x.
Fab. xi.
* infeliciter & maiam in rem efficacibus.
* pro. si. au.
* casta, & quae forori honeste dentur.
Salmacis amat Hermaplirod. tumo.

Daphnidis Idæi, quem Nympha pellicis ira
Contulit in saxum. tantus dolor vrit amantes.
Nec loquar, ut quondam natura iure nouato
Ambiguus fuerit modo vir, modo femina, Scython.
Te quoque nunc adamas, quondam fidiissime paruo
Celme Ioui, largoque satos Curetas ab imbrui.
Et crocon in paruos versum cum Smilace flores,
Prætereo: dulcique animos nouitate tenebo.
Vnde sit infamis; quare male fortibus vndis
Salmacis enervet, tactoque remolliat artus;
Discite, caussa later: vis est notissima fontis.
Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Idæis enutrire sub antris.
Cuius erat facies, in qua materque, paterque
Cognosci possent: nomen quoque traxit ab illis.
Is tria cum primum fecit quinquennia; montes
Deseruit patrios: Idaque altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, studio minuente laborem.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciaque propinquos
Caras adit, videt hic stagnum lucentis ad imum
Vsq; solum lympha, non illic canna palustris,
Nec steriles vluæ, nec acuta cuspide iunci.
Respicuis liquor est, stagni tamen vltima viua
Cespite cinguntur, semperque virentibus herbis.
Nympha colit, sed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu.
Solaque Naiadum celeri non nota Diana.
Sæpe suauilli fama est dixisse sorores,
Salmaci vel iaculum, vel pictas sume pharetras:
Et tua cum duris venatibus otia misce.
Nec iaculum sumit, nec pictas illa pharetras:

Nec

LIB. IIII. II7

315 Nec sua cum duris venatibus otia miscet.
Sed modo fonte suo formosos perluit artus:
Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines:
Et quid se deceat, spectatas consulit vndas.
Nunc perlucenti circumdata corpus amictu
320 Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores, & tunc quoque sorte legebat;
Cum puerum vidit: visumque optauit habere.
Nec tamen ante adit, & si properabat adire;
Quam se composuit: quam circumspexit amictus:
325 Et finxit vultum, & mernit formosa videri.
Tunc sic orsa loqui. Puer o dignissime credi
Esse Deus* seu tu Deus es; potes esse Cupido:
Siue es mortalis; qui te genuere beati
Et mater felix, & fortunata profecto
330 Si qua tibi soror est, & quæ dedit vbera nutrix.
Sed longè cunctis, longèque beatiore illa est,
Si qua tibi sponsa est: si quam dignabere teda.
Hæc tibi siue aliqua est; mea sit futuina voluptas:
Seu nulla est; ego sim: thalamumque ineamus eundem.
335 Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit.
Nescit quid sit amor: sed & erubuisse decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto est; aut sub candore rubenti,
Cum frustra resonant æra auxiliaria, Lunæ.
340 Poscenti Nympha sine sine sororia saltem
Oscula, iamque manus ad eburnea colla ferunt;
Desinis? aut fugio, tecumque ait, ista relinquo?
Salmacis extimuit: locaque hæc tibi libera trado
Hospes, ait: simulatque gradu discedere verso.
345 Tum quoque respiciens, fruticum que recondita silua
Delituit: flexumque genu summum i. sit. at ille

H. 2

Sci-

Metamorphose.
 Scilicet ut *vacuus*, & *inobservatus*, in herbis
 Huc it: & hinc illuc, & in alludentibus undis
 Summa pedum, taloque tenuis vestigia tingit.
 Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
 Mollia de tenero velamina corpore ponit.
 Tum verò obstupuit: nudaque cupidine forme
 Salmacis exarsit: flagrant quoque lumina Nympha
 Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe
 Opposita speculi referitur imagine Phœbus
 Vixque moram patitur: vix iam sua gaudia differt
 Iam cupit amplecti: iam se male continet amens
 Ille canis velox: applauso corpore palmis
 Desilit in latices: alternaque brachia ducens
 In liquidis translucet aquis: ut eburnea siquis
 Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.
 Vicinus, & meus est, exclamat Nais: & omni
 *Veste procul iacta, mediis immititur undis:
 Pugnantiemque tenet: luctantiæque oscula carpit:
 Subiectatque manus: inuitaque pectora tangit:
 Et nunc hac iuveni, nunc circumfunditur illac.
 Denique nitentem contra, elabique volentem
 Implicat ut serpens, quam regia sustinet ales;
 Sublimemque rapit: pendens caput illa, pedesque
 Alligat: & cauda spartantes implicat alas.
 Utque solent hedere longos intexere truncos:
 Utque sub equoribus deprensam polypus hostem
 Continet, ex omni demissis parte flagellis.
 Perstat *Atlantiades: sperataque gaudia Nympha
 Denegat, illa premit: demissaque corpore toto
 Sicut inherebat, Pugnes licet improbe, dixit,
 Non tamen effugies, ita Dñ iubeatis: & istum
 Nulla dies a me, nec me diducat ab isto.

*otiosus ab ani
mo, nihil solici-
sus.

*grè se reprimi-
mit.
*sic lib. 3, 868.

Gestus ingref-
suri aquam.

*amicu pellu-
cente. 313.
*recedit fru-
ticum filia.

*acetabulis pe-
lum seu bra-
chiorum.
*pronepos At-
antis ex auia
Maia, Merc. pa-
re.

Vota

LIBER IIII.
 Vota suos habuere Deos: nam mista duorum
 Corpora iunguntur: faciesque inducitur illis
 375 Vna, velut si quis conducat cortice ramos;
 Crescendo iungi, pariterque adolescere cernit.
 Sic ubi complexu coierunt membra tenaci;
 Nec duo sunt: sed forma duplex, nec femina dici,
 Nec puer ut possit, neutrumque, & utrumque videtur.
 380 Ergo ubi se liquidas, quò vir descenderat, undas
 Semimarem fecisse videt, mollitæque in illis
 Membra, manus tendens, sed iam non voce virili
 Hermaphroditus ait, Nato date munera vestro
 Et pater & genitrix, amborum nomen habenti;
 385 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
 Semiuir: & tactis subito mollescat in undis.
 Motus uterque parens nati rata verba biformis
 Fecit; & incerto fontem medicamine tinxit.

F. A. B. XII. ARGUMENTUM.
 Mineides Thebanæ sorores fuisse produntur, quarum solertissima
 Alcithoë, & Leuconoc. Liberi sacra quoniam in contemptu deo-
 cauerunt, Minerve ianificio addictæ, ex improviso die numinis vo-
 cibus tibiactum, & tympanorum sono exterritæ suat, quæ tamen in
 conspectu non videbatur. Dein ubi animaduertere tela, instrumetaque
 sua in hederam, ac vites repere mutata, & locum alluetum feris re-
 plerum noctemque ipsis timentibus offusam, in volucres conuersæ
 sunt, quæ vesperiliones vocantur.
 Finis erat dictis: & adhuc Mineia proles
 390 Urget opus: spernitque Deum: festumque profanat:
 Tympana cum subito non apparentia raucis
 Obstrepuere sonis; & adunco tibia cornu,
 Tinnulæque æra sonant; & olent myrrhæque, croci que.
 Resque fide maior, cæpere & vrescere tela,
 395 Inque hedera faciem pendens frondescere vestis:
 Pars abit in vites: & quæ modo fila fuerunt,

Ex Hermaphro-
dito & Salmacis
side unū corp.

Salmacis formæ
est feminat.

Mineides The-
banæ in vesper-
tiliones.

*sic lib. 1. 668.
agens de Ty-
rhenis manibus.

H 4

Pal-

Palmitē mutantur: de stamine pampinus exit.
 Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
 Iamque dies exactus erat: tempusque subibat,
 Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem;
 Sed cum luce tamen dubia consinia noctis.
 Tecta repente quati, pingueſque ardere videntur
 Lampades: & rutilis collucent ignibus ades:
 Falsaque ſauarum ſimulacra ululare ferarum.
 Fumida iam dudum latitant per tecta ſorores:
 * Diuerſaque locis ignes, ac lumina vitant.
 Dūmque petunt tenebras; paruos membrana per artus
 Porrigitur: tenuēſque includunt brachia pennæ.
 Nec qua perdidertunt veterem ratione figuram
 Scire ſinunt tenebra: non illas pluma leuauit:
 Sustinuere, tamen ſe perlucentibus alis.
 Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem
 Emittunt: peraguntque leui ſtudio querelas:
 Tecta que non ſiluas celebrant: lucemque per oſa
 Noctē volant: ſerōque tenent à veſpere nomen.

crepusculum.

lib. 7. 40. Quæ diuerſa locis &c.

405

410

415

420

FAB. XII. ARGUMENTVM.

Iuno graniter ferens quod Ino Cadmi filia Liberi alitrix ſorori-
 bus puniſtis (nam Agæe Pentheum, Autonoe Aſazonem amiſerant,
 Semele Iouis fulmine perierat) cū duobus remaneret liberis in vi-
 ta contemptrix numinis ſui, per Tzarū promontorium Pelopon-
 neſi inferorum ſequens iter, ad Erinnyes vltices impiorū deſcen-
 dit, petijtque ab eis, vt Athamanta cū cōiuge Ino aduerſos ſuo nu-
 mini vltiſcerentur. Quarum vna imperio parens Deo, relicta regia
 Ditis ad ſuperos egreſſa eſt. Vt Athamantis regiam contigit, in ſi-
 num eius, & coniugis angues, ac virus, quibus ſenſus eorū aliena-
 rentur, iniecit. Quam ob inſaniam ille Learebum filiū in venatione
 pro fera interfecit. Ino autem Melicerten ex ſcopulo ſecum in pro-
 fundum præcipitauit. Qui Veneris precibus, ſignificantis ſe in vadis
 oſſe creatam, quod facilius mouerat Neptunum pelagi reſtorem, in
 Deorum maris ceſſere numerum, ita vt Melicertes Palæmon, ipſa
 Ino Leucothea inter marinos Deos nuncuparentur.

Tum

Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis
 Numen erat: magnasque noui matertera vires
 Narrat ubique Dei: de totaque ſororibus expers
 Vna doloris erat, niſi quem fecere ſorores.
 Aſpicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem
 Sublimes animos, & alumni numine Iuno,
 Non tulit: & ſecum Potuit de pellice natus
 Vertere Meonios, pelagique immergere nautas;
 Et laceranda ſua nati dare viſcera matri:
 Et triplices operire nouis Mineidas alis:
 Nil poterit Iuno, niſi multos flere dolores?
 Idque mihi ſatis eſt: hac vna potentia noſtra eſt?
 Ipſe docet, quid agam, ſas eſt & ab hoſte doceri.
 Quidque furor valeat, Penthea cede ſatiſque,
 Ac ſuper oſtendit, cur non ſtimuletur? eaque
 Per cognata ſuis, exempla ſororibus Ino?
 Eſt via declinis funeſta nubila taxo:
 Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes:
 Styx nebulas exhalat iners: vmbraque recentes
 Descendunt illac, ſimulacraque functa ſepulcris.
 Pallor, Hiemsque tenent late loca ſenta: nouique,
 Quæ ſit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem,
 Ignorant: vbi ſit nigri fera regia Ditis.
 Mille capax aditus, & apertas vndique portas
 Vrbs habet: utque fretum de tota flumina terra,
 Sic omnes animas locus accipit ille: nec vlli
 * Exiguus populo eſt: turbamue accedere ſentit.
 Errant exſanguis ſine corpore, & oſibus vmbra:
 Parsque forum celebrant; pars imi tecta tyranni:
 Pars aliquas artes antiquæ imitamina vite
 Exercent: aliam partem ſua pœna coërcet.
 Suſtinet ire illuc celefti ſede relicta,

Ino, & Meli-
 certes Dij ma-
 ris facti, Leu-
 cothea, Palæ-
 monque didi.
 * Ino vxor Atha-
 mantis Bacchi
 nutrit. lib. 3.
 313.
 * Cauſſam vide
 1. 3. 257.
 * Bacchus, 1. 3.
 310.

Inferorū aditus & deſcriptio.

* anguſtus, & impar capiendū multitudinis.

H S

(Tan-

(Tantum odiis, iraque dabat) Saturnia Iuno.

Quò simul intravit: sacroque à corpore pressum

Ingemuit linnen; tria Cerberus extulit ora:

Et tres latratus simul edidit. illa sorores

*Nocte vocat genitas, graue, & implacabile numen.

Carceris ante fores clausas adamante sedebant:

Dèque suis atros pectebant crinibus angues.

Quam simul agnorunt inter caliginis umbras;

Surrexere Deæ, sedes scelerata vocatur.

Viscera præbebat Tityus lanianda: nouemque

Iugibus distractus erat. tibi Tantalæ nulla

Deprenduntur aquæ: quæque imminet, effugit arbor.

Aut petis, aut orges ruiturum Sisyphæ saxum.

Voluitur Ixion: & se sequiturque, fugitque.

Moliturque suis letum patruelibus ausæ

Assidue repetunt, quas perdunt Belides, undas.

Quos omnes facie postquam Saturnia torui

Vidit, & ante omnes Ixionâ: rursus ab illo

Sisyphon aspiciens, Cur hic è statribus, inquit,

Perpetuas patitur pœnas? Athamanta superbum

Regia diues habet, qui me cum coniuge semper

Spreuit? & exponit causas odiique, viæque,

Quidque velit, quod vellet, erat, ne regia Cadmi

Staret: & in facinus traherent Athamanta furores.

Imperium, promissa, preces confundit in unum:

Sollicitatque Deas, sic hæc Inone locuta,

Tisiphone canos, ut erat turbata, capillos

Mouit: & obstantes reiecit ab ore colubros:

Atque ita, Non longis opus est ambagibus, inquit:

Facta puta, quæcunque inbes: inamabile regnum

Desere: teque refer cali melioris ad auras.

Lata redit Iuno: quam calum intrare parantem

Cerberus tri-
ceps.
Furiz Noctis
& Achuronis
filiz.

Tityus.
Tantalus.

Sisyphus.
Ixion.

Danaides.

450

455

460

465

470

475

Rora

480 Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.

Nec mora: Tisiphone, madefactam sanguine sumit

Importuna facem, fluidoque cruore rubentem

Induitur pallam: tortoque incingitur angue:

Egrediturque domo: Luctus comitatur euntem,

485 Et Pavor, & Terror, trepidoque Insania vultu.

Limine constitit, postes tremuisse feruntur

*Aeoli, pallorque fores infecit acernas:

Solque locum fugit, monstris exterrita coniux:

Territus est Athamas: tectoque exire parabant.

490 Obsticit infelix, aditumque obsedit Erinys:

Nexaque vipereis distendens brachia nodis

Cæsariem excussit: mota sonuere colubra.

Parsque iacent humeris: pars circum pectora lapsa

Sibila dant: saniemque vomunt: linguæque coruscant.

495 Inde duos medijs abruptis crinibus angues:

Pestiferæque manu raptos immisit: at illi

Inoosque sinus, Athamanteosque pererrant,

Inspirantque graues animos: nec vulnera membris

Vlla ferunt: mens est, quæ diros sentiat ictus.

500 Attulerat secum liquidique quoque monstra veneni,

Oris Cerberei spumas, & virus Echidnae;

Errorisque vagos, cæcæque obliuia mentis,

Et scelus, & lacrimas, rabiemque, & rædis amorem,

Omnia trita simulque sanguine mista recenti

505 Coxerat ære, cæno viridi, versata cicuta.

Dumque pauent illi, vertit furiale venenum:

Pectus in amborum: præcordiaque intima mouit.

Tum face iactata per eundem sæpius orbem,

Consequitur motos velociter ignibus ignes.

510 Sic victrix, iussique potens, ad inania magni

Regna redit Ditis: sumptumque recingitur anguem.

Furiarū ornas

Athamantæ
Aeoli.

quæ parit
virgo fuit, par
tim serpens, &
ex Typhæone
peperit Othum,
Cerberum, &c.

Pro

Protinus Aeolides media furibundus in aula
 Clamat Io comites, his retia tendite siluis:
 Hic modo cum gemina visa est mihi prole leana.
 Ut que fera, sequitur vestigia coningis amens;
 Deque sinu matris ridentem, & parua Learchum
 Brachia tendentem rapit: & bis, terque per auras
 Movere rotat funda: rigidoque infantia saxo
 Discutit ora ferox, tum denique concita mater,
 Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni,
 Exululat: sparsi que fugit male sana capillis:
 Teque ferens paruum nudis, Melicerta lacertis,
 Euohe Bacche sonat, Bacchi sub nomine Iuno
 Risit: & Hos usus praestet tibi, dixit, alumnus.
 Imminet equoribus scopulus: pars ima cauatur
 Fluctibus: & tectas defendit ab imbris undas:
 Summa riget; frontemque in apertum porrigit equor.
 Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino:
 Seque super pontum nullo tardata timore
 Mittit, & omnesque suum percussa recanduit unda.
 At Venus immerita & neptis miserata labores,
 Sic patruo blandita suo est: o numen aquarum,
 Proxima cui calo cessit Neptune potestas,
 Magna quidem posco: sed tu miserere meorum,
 Lactari quos cernis in Ionio immenso:
 Et Diis adde tuis, aliqua & mihi gratia ponto est;
 Si tamen in medio quondam concreta profundo
 Spuma fui; gratumque manet mihi nomen ab illa.
 Annuit oranti Neptunus: & abstulit illis,
 Quod mortale fuit: maiestatemque verendam
 Imposuit: nomenque simul, faciemque nouavit:
 Leucotheaque Deum cum matre Palamona dixit.

Athamas furis
Cham occidit.

Ino & Melicer-
ta se submerg-
tes in Deos.

Melicerta filiu,
quem secum
asportabat.
Inus ex Her-
mioe filia Ve-
neris.

Aphrodites.

Leucothea.
Palamon.

FAB. XIII. ARGUMENTVM.

Comites Inus, quod desiderio reginae affectu casum eius dese-
 verant moerentes, ob eandem iram Iunonis cum precipitare se de-
 stinassent, ne pari honore a Neptuno excipi possent, in saxa, & aues
 effecit, vt transfigurarentur.
 Sidonia comites quantum valere secure,
 Signa pedum, primo videre nouissima saxo:
 Nec dubium de morte ratae, Cadmeida palmis
 Deplanxere domum, scissis cum veste capillis.
 Ut que parum iuste, nimumque in pellice seua
 Inuidiam fecere Dea, conuicia Iuno
 Non tulit: & Faciam vos ipsas maxima, dixit,
 Sautia monumenta meae res dicta secuta est.
 Nam que praecipue fuerat pia, Persequar, inquit,
 In freta reginam: saltumque datura, moueri
 Haud usquam potuit: scopuloque affixa cohesit.
 Altera dum solito tentat plangore ferire
 Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.
 Illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,
 Saxea facta manus in easdem porrigit undas.
 Huius, vt arreptum laniabat vertice crinem,
 Duratos subito digitos in crine videres.
 Quo quaeque in gestu deprehensa est, haesi in illo
 Pars volucres factae; quae nunc quoque gurgite in illo
 Aequora distringunt summis Mineides alis.

Inus comites
Sidonia in saxa,
& aues.

FAB. XV. ARGUMENTVM.

Cadmus Agenoris filius postquam inspector fuerat suarum es-
 lamitarum, euenissentque multa filiabus ac nepotibus infortunia,
 perosus Thebarum sedes, cum Hermione Martis & Veneris filia, con-
 iuge sua, in Illyrium profugit. Ibi petit veniam a deis, in speciem
 draconis vt conuertatur, qui initio causa malorum suorum fuit.
 Vota eius explata sunt, in dracones versi sunt.
 Nescit Agenorides natam, paruumque nepotem
 Aequoris esse Deos, luctu, serieque malorum
 Victus.

Cadm' & Her-
mione in dra-
cones.

*lib. 1. 23.

*pro, corpus, vt
spe alias.

*duæ linguæ
particulæ verba
nō subministrat

Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit 563
 Conditor urbe sua, tamquam fortuna locorum,
 Non sua se, premeret: longisque erroribus actus
 Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines:
 Iamque malis, annisque graues dum prima retractant
 Fata domus, releguntque suos sermone labores; 570
 Num sacer ille mea traiectus * cuspide serpens
 Cadmus, ait, fuerat tum, cum Sidone profectus
 Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
 Quem si cura Deum tam certa vindicat ira:
 Ipse precor serpens in longam porrigar aluum. 575
 Dixit: & ut serpens in longam tenditur aluum:
 Durataque cuti squamas, increfcere sentit:
 Nigraque caruleis variari corpora guttis:
 In pectusque cadit pronus: commissaque in unum
 Paulatim tereti tenuantur acumine crura. 580
 Brachia iam restant: quæ restant brachia tendit;
 Et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora,
 Accede o coniuux, accede miserrima, dixit:
 Dimque aliquid superest de me; me tange: manumque
 Accipe, dum manus est; dum non totum occupat anguis. 585
 Ille quidem vult plura loqui: sed lingua repente
 In partes est fissa duas: nec verba volenti
 * Sufficiunt: quotiesque aliquos parat edere questus;
 Sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.
 Nuda manu feriens exclamat pectora coniux; 590
 Cadme mane: teque infelix his exue monstris.
 Cadme quid hoc? ubi pes? ubi sunt humeri que manusque?
 Et color, & factes & dum loquor, omnia? cur non
 Me quoque caelestes in eundem vertitis anguem?
 Dixerat, ille sua lambebat coniugis ora: 595
 Inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat:

Et dabat amplexus: assuetaque colla petebat.
 Quisquis adest (aderant comites) terretur, at illa
 Lubrica permulcet cristati colla draconis:
 600 Et subito duo sunt: iunctoque volumine serpunt;
 Donec in appositi nemoris subiere latebras.
 Nunc quoque nec fugiunt hominem: nec vulnere ledunt:
 Quidque prius fuerint placidi meminere dracones.

FAB. XVI. ARGUMENTVM.

Perseus Iouis & Danae filius, missus a Polydoro ad Medusam, quæ omnes in se intuentes aspectu suo in silicem couertere solebat, ut eius superaret caput ad se perferret, Minerva adiutrice, intercepto Phorcydum Græcarum lumine, quæ vicissim custodias Gorgonum agebant, eicit propositum laborem, caputque Medusæ abscissum retulit: E sanguine autem, qui Perseo per Africam iter faciente Nil-lauerat, genus est serpentum procreatum. Vtero autem eiusdem Medusæ Pegasus cum pennis exiit.

Sed tamen ambobus versa solatia forma
 605 Magna * nepos dederat: quem debellata colebat
 India: quem positis celebrabat * Achæia templis.
 Solus * Abantiades ab origine cretus eadem
 Acrisius superest: qui manibus arceat urbis
 Argolicæ; contraque Deum ferat arma: genusque
 610 Non putat esse Deum (neque enim Iouis esse putabat)
 Persea: quem pluuio Danae conceperat auro.
 Mox tamen Acrisium (tanta est presentia veri)
 Tam violasse Deum, quam non agnosse nepotem
 Penitet. impositus iam celo est alter: at alter
 615 Viperei referens spolum memorabile monstrum
 Aera carpebat tenerum stridentibus alis.
 Cumque super Libycas victor penderet arenas,
 Gorgonei capitis gutta cecidere cruentæ:
 Quas humus exceptas varios animauit in angues:
 620 Vnde frequens illa est infestaque terra colubris.

* Bacchus ex
Semele filia.
* tota Græcia
* Acrisius Aban-
tis F. Beli N. Io-
uis pron.

Gutta sangui-
nis ex Medusa
capite in ser-
pentes Libya.

FAB.

FAB. XVII. ARGUMENTVM.

Atlas Iapeti & Clymene, aut, vt quidam volunt, Afrix Nymphæ filius, à Themide, quæ initio antistes deorum erat, respõsum acceperat, ne quem hospitio, ex progenie Iouis reciperet, si vellet hortum, in quo poma aurea erant, custoditum habere. Quam ob causam cù Perseo fatigato ex assiduo cursu requiescendi hospitium negauisset, eumque viribus propelleret, ille elatum caput Gorgonis ei obiecit. Quo viso, in montem pari nomine est versus: cui in vltimis Africæ locis mundus iniectus est.

Inde per immensum ventis discordibus actus:
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosa
Fertur: & ex alto seductas æquore longe
Despectat terras; totumque superuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancræ brachia vidit:
Sæpe sub occasis, sæpe est delatus in ortus.
Iamque cadente die veritus se credere nocti:
Constitit Hesperio regis Atlantis in orbe.
Exiguamque petit requiem; dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ; cursus Aurora diurnos.

Atlas rex Mauritaniz, Iapeti gigantis f.

Nulli vicini quidquam habebant, quod ararent.

lib. 1, 380.

Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans
Iapetionides Atlas fuit. vltima tellus
Rege sub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Aequora subdit equis, & fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant: & humum vicinia nulla premebat.
Arboræ frondes auro radiante nitenti es,
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iupiter auctor:
Siue es mirator rerum; mirabere nostras.
Hospitium, requiemque peto, memor ille vetusta
Sortis erat. Themis hanc dederat Parnassia sortem:
Tempus Atla veniet, tua quo spoliabitur auro
Arbor; & hunc præda titulum Ioue natus habebit.

630

635

640

645

650

Id

Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus: & vasto dederat seruanda draconi:
Arcebatque suis externos finibus omnes.

Draco obseruans aurea mala.

*reuera à te iudicetur abesse, si à me opprimaris.

Huic quoque, vade procul, ne longè gloria rerum,
650 Quas mentiris, ait, longè tibi Iupiter absit.
Vimque minis addit: manibusque expellere tentat
Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis:
Viribus inferior, quis enim par esset Atlantis
Viribus? At quoniam parui tibi gratia nostra est;
655 Accipe munus, ait: læuæque à parte Medusæ
Ipse retrouersus squalentia protulit ora.

Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba, comæque Atlas in monte.

In siluas abeunt: iuga sunt humerique, manusque.
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen:

660 Ossa lapis fiunt, tum partes altus in omnes
Creuit in immensum (sic Dii statuistis,) & omne
Cum tot sideribus calum requieuit in illo.

FAB. XVIII. ARGUMENTVM.

Perseus per Aethiopiã iter faciens, postquam Andromedam propter superbiam matris, quæ se Nereidum nympharum pulchritudini prætulera, saxo alligatã, ac marinæ belluz obiectam vidit, captus specie eius exarsit. Pactusq; à Cephæo, & Cassiopea parentibus virginis, vt sibi eam matrimonio darent, si beilium interemisset, voti compos factus est: Interfecto igitur monstro cupiens requiescere, ne caput Gorgonis læderet, virgulas lectas in littore subiecit, quæ induruerunt, ita vt adeptis radicibus, sanguinei coloris in mari vt arbuscule nascerentur, nomenq; haberent corallium.

Claustrat Hippotades aeterno carcere ventos:
Admonitorque operum cælo clarissimus alto
665 Lucifer ortus erat: pennis ligat ille resumptis
Parte ab utraque pedes: & teloque accingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aëra findit.

Aeolus Acestæ f. Hippotæ N.

*ante falcato

Gentibus innumerus circumque, infraque relictis,

Aethio-

Andromeda ob-
iecta belluz
marina.
* Perseus Danaes
f. Acrisij. N.
Abantis pron.
* Sic lib. 1. 45 r.

Aethiopum populos, Cepheaque conspicit arua.
 Illic immeritam maternam pendere lingua 670
 Andromedam pœnas iniustus iusserat Ammon.
 Quam simul ad duras religatam brachia cautes
 Vidit Abantiades; nisi quod leuis aura capillos
 Mouerat; tepido manabant lumina fletu:
 Marmoreum ratus esset opus, trahit in scius ignes: 675
 Et stupet; & visa correptus imagine formæ,
 Pene suas quater est oblitus in aere pennas.
 Ut stetit; O, dixit; non istis digna catenis,
 Sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,
 Pande requirenti nomen terraque, tumque, 680
 Et cur vincla geras, primo silet illa; nec audet
 Appellare virum, virgo; manibusque modestos
 Calasset vultus; si non religata fuisset.
 Lumina, quod potuit, lacrimis impleuit obortis.
 Sæpius instanti, sua ne delicta fateri 685
 Nolle videretur; nomen terraque suumque,
 Quantaque materna fuerit fiducia formæ
 Indicat; & nondum memoratis omnibus, vnda
 Insonuit; veniensque immenso bellua ponto.
 Imminet; & latum sub pectore possidet aquor. 690
 Conclamat virgo: genitor lugubris, & una
 Mater adest, ambo miseri, sed iustus illa:
 Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,
 Plangoremque ferunt: victoque in corpore adherent.
 Tunc sic hospes ait, Lacrimarum longa manere 695
 Tempora vos poterunt: ad opem brevis hora ferenda est:
 Hanc ego si peterem, Perseus Ioue natus, & illa
 Quam clausam impleuit secundo Iupiter auro,
 Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis
 Aethereas ausus iactatis ire per auras; 700

Præ-

Præferret cunctis certè gener, & addere tantis
 Dotibus & meritum (faueant modo numina) tento,
 Ut mea sit, seruata mea virtute, paciscor.
 Accipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant:
 705 Promittuntque super regnum dotale parentes.
 Ecce, velut nauis præfixo concita rostro
 Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis;
 Sic fera dimotis impulsu pectoris undis
 Tantum aberat scopulis; quantum balearica torto
 710 Funda potest plumbo medijs transmittere cæli:
 Cum subito iuuenis pedibus tellure repulsa
 Arduus in nubes abit, ut in æquore summo
 Umbra viri visa est, visam fera seuit in umbram.
 Utq; Iouis præpes; & vacuo cum vidit in aruo
 715 præbentem Phœbo liuentia terga draconem,
 Occupat aduersum: neu saua retorqueat ora;
 Squamigeris auidos figit ceruicibus unguis;
 Sic celeri missus præceps per mane volatu
 Terga fera præbit, dextroque frementis in armo.
 720 * Inachides ferrum curuo tenuis abdidit hamo.
 Vulnere lesa graui modo se sublimis in auras
 Attollit: modo subdit aquis: modo more ferocis
 Versat apri; quem turba canum circumsona terret.
 Ille auidos morsus velocibus effugit alis:
 725 Quaque patent, nunc terga cauis super obsita conchis,
 Nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
 Desinit in piscem, falcato vulnerat ense.
 Bellua puniceo mistos cum sanguine fluctus
 Ore vomit, maduere graues aspergine penna:
 730 Nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus
 Credere, conspexit scopulum: qui vertice summo
 Stantibus existat aquis; operitur ab æquore moto.

* Cupio me vo-
bis commenda-
tum esse non so-
lum virtutibus
meis, sed privato
etiam beneficio.

* gestus se eleuã
tis a terra. lib. 2.
787.

* nudo segetibus
1. 1. 534.
* apricantem.

Argiurus sc. Per-
seus.
* ad capulum
vsque, cui ferru
recuruum soles
apponi.

132 METAMORPH.

Andromeda li- beratur à Per- seo, & eidem auibit.

Nixus eo, rupisq; tenens iuga prima sinistra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Litora cum plausu clamor, superasq; Deorum
Impleuere domos. gaudent generumque salutant:
Auxiliumque domus, seruatorumque fatentur
Cassiope, Cepheusq; pater. resoluta carenis
Incedit virgo pretiumque, & caussa laboris.
Ipse manus hausta victrices abluuit vnda:
Anguiferumque caput dura ne ledat arena;
Mollit humum folijs: natusq; sub equore virgas
Sternit: & imponit Phorcynidos ora Medusa.

Virgo in coralia
Virga recens, bibulaque etiam nunc vna medulla
Vim rapuit monstri: tactuque induruit huius:
Percepitque nouum ramis, & fronde rigorem.
At pelagi Nymphae factum mirabile tentant
Pluribus in virgis: & idem contingere gaudent.
Seminaque ex illis ut erant, iactata per vndas:
Nunc quoque coralijs eadem natura remansit;
Duritiem tacto capiant ut ab aere; quodque
Vimen in equore erat, fiat super aquora saxum.

FAB. XIX. ARGUMENTVM.

Medusa Gorgon, cum propter pulchritudinem à pluribus pe- teretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. Quae quod in templo Mineræ cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriuerat, crines eius in serpentes ab eadem dea sunt mu- tati: ut quæ petita initio à pluribus prociis esset, obiecta de for- mitate obuios in fugam verteret: Quos serpentes in Aegide portat Pallas, ut hostes terreat.

Dij's tribus ille focos totidem de cespite ponit:
Lenum Mercurio, dextrum tibi, Bellica virgo:
Ara Iouis media est: maclatur vacca Mineræ,
* Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.
Protinus Andromedem, & tanti prænua facti

* Mercurio, ob pedes alatos

* Indo-

LIB. IIII.

* Indotata rapit, tadas Hymeneus Amorque
Precipiunt: largis satiantur odoribus ignes:
760 Sertaque dependent tectis: & ubique lyraque,
Tibiaque, & cantus animi felicia leti
Argumenta sonant: reseratis aurea valuis
Atria tota patent: pulchroque instructa paratis
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
765 Postquam epulis functi, generosi munere Bacchi
Diffudere animos; cultusq; genusq; locorum
Querit Abantiades: * quærenti protinus vnus
* Narrat Lyncides, morisque animosque virorum.
Quæ simul edocuit, Nunc o fortissime, dixit,
770 Fare precor Perseu, quanta virtute, quibusq;
Artibus abstuleris crinita draconibus ora.
Narrat * Abantiades, gelido sub Atlante iacentem
Esse locum solida tutum munimine molis:
Cuius in introitu * geminas habitasse sorores
775 Phorcidas vnus sortitas luminis vsum:
Id se solerti furtim dum traditur, astu
Supposita cepisse manu: perque abdita longè,
Denique, & siluis horrentia saxa fragosis
Gorgoneas tetigisse domos: passimque per agros,
780 Perque vias vidisse hominum simulacra, ferarumque
In silicem ex ipsis visa conuersa Medusa.
Se tamen horrenda clypei, quod leua gerebat,
Aere repercusso formam adspexisse Medusæ.
Dumque grauis somnus colubrasq; ipsamq; tenebat,
785 Eripuisse caput collo: * pennisq; fugacem
Pegason, & fratrem matris de sanguine natos.
Addidit & longi non falsa pericula cursu:
Quæ freta, quas terras sub se vidisset ab alto:
Et quæ iactatis tetigisset sidera pennis.

* non satis pro merito pensant

Nuptiæ Perseæ & Andromedæ
* hæc duo hemistichia omisit Aldus.

Ald. Agenorides.

* Intellige Græcas alteras duas Phorci filias, quæ ambæ vno tantu tebantur oculo. Hesiod.

* Pegasus & Chrysaor de col- lo Medusæ, recia- so capite exsi- hunt.

Ante

Medusa ex
crinibus Gor-
gonibus.

Ante expectatum tacuit. tamen excipit unus 790
 Ex numero procerum, quærens, cur sola sororum
 Gesserit alternis immistos crimibus angues.
 Hospes, ait, quoniam scitaris digna relatu;
 Accipe quæsi causam, clarissima forma,
 Multorumque fuit spes inuidiosa procorum 795
 Illa: nec in tota conspectior vlla capillis
 Pars fuit inueni, qui se vidisse referrent.
 Hanc pelagi rector templo vitasse Minerua
 Dicitur auersa est, & castos Aegide vultus
 Meduse crines 780
 Nata Iouis textit. neue hoc impune fuisset;
 Gorgoneum crimem turpes mutauit in hydros.
 Nunc quoque ut attonitos formidine terreat hostes;
 Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.

Meduse crines
in angues.

P V B.

135
 P. OVIDII NASONIS
 METAMORPHOSEON

LIBER V.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Bellua marina supra dicta perempta, Perseus Andromedam
 ducit uxorem: nuptiarumq; conugalium epulis regalibus prin-
 cipes intererant. Phineus autem Cephæi patris Andromedæ
 frater, cui ipsa Andromeda prius quam bellus obiceretur, de-
 sponsata fuerat, contumeliam sibi existimans grauissimam fieri,
 quod aduenæ ipse confanguineus postoneretur, vescentium a-
 nimos pugna confudit. Et cum res miserabilis dimicantium a-
 geretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quæ casus ob-
 tulisset, cecidissent; nouissimè Perseus aduersariorum multitudi-
 nem timens, imperavit ut sui è conspectu discederent, caputque
 Gorgonis extulit: quo viso, Phineus cum auxiliariis dirigit
 in saxum. Nomina autem eorum qui cecidere, Rhœtus, Arys,
 Lycabas, Phorbas, Amphimedon, Actorides, Eritus, Polydamo,
 Abaris, Lycetus, Elyce, Phlegyas, Clytus, Idas, Clymenus, Prote-
 nor, Hypseus, Lyncides, Emathion, Cromis, Proteas, Ammō, Al-
 phitus, Iapetides, Petralus, Lycormas, Pelates, Coritus, Abas, Me-
 naleus, Dorilas, Alconeus, Clytius, Danus, Celedon, Astreus, E-
 chion, Thoades, Agyrres, Molpheus, Ethemon. In lapides autem
 versi sunt, Thebalus, Amphix, Nileus, Erys, & Astyages. Ac tunc
 autem Persei miles dum per imprudentiam dimicando prospici-
 cit Gorgonis speciem, in lapidem cedit. Nouissimè Phineus cū
 ducentis aliis sociis dirigit in saxum.

D Vmque ea Cephæum medio Danaeus heros
 Agmine commemorat; fremitu regalia turba
 Atria complentur: nec coniugalia festa
 Qui canat, est clamor; sed qui fera nuntiet arma.
 Inque repentinos conuiuia versa tumultus
 Astimulare freto possis: quod seua quietum
 Ventorum rabies motis exasperat undis.
 Primus in his Phineus belli temerarius auctor
 Fraxineam quatiens aratæ cuspide hastam,

Tumulus de-
scriptio.

I †

En,

En, ait, en adsum præcepta coniugis ultior.
 Nec mihi te penna, nec falsum versus in aurum
 Iupiter eripiet. conanti mittere, Cephæus
 Quid facis? exclamat: quæ te germane furentem
 Mens agit in facinus? meritisne hæc gratia tantis
 Redditur? hac vitam servatam dote rependis?
 Quam tibi non Perseus, verum si queris, ademit:
 Sed graue Nereidum numen, sed corniger * Ammon,
 Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
 Ex saturanda meis, illo tibi tempore * rapta est;
 Quo peritura fuit, nisi si crudelis id ipsum
 Exigis, ut pereat; luctuq; leuabere nostro.
 Scilicet haud satis est, quod te spectante reuincta est:
 Et nullam quod opem patruus, sponsæ sue tulisti:
 Insuper à quoquam quod sit servata dolebis?
 Præmiaq; eripies? quæ si tibi magna videntur:
 Ex illis scopulis, ubi erant affixa, petisses:
 Nunc sine, qui petijt, per quem hæc non orba senectus,
 Ferre, quod & meritis, & voce est * pactus: eumq;
 Non tibi, sed certa prælatum intellige morti:
 Ille nihil contra: sed & hunc, & Persea vultu
 Alterno spectans petat hunc, ignorat, an illum.
 Cunctatusq; breui contortam viribus hastam,
 Quantas ira dabat, nequiquam in Persea misit:
 Ut stetit illa toro: stratis tum denique Perseus
 Exsilijt: teluq; ferox inimica remisso
 Pectora rupisset; nisi post altaria Phineus
 Iffet: & indignum, scelèrato profuit ara:
 Fronte tamen Rhæti non irrita cuspis adhaesit.
 Qui postquam cecidit: ferrumq; ex osse reuulsum est;
 Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas.
 Tum vero indignitas ardescit vulgus in iras:

10

19

20

25

30

35

40

Telaq;

* qui monstro
 Cephæos agros
 vastanti respon-
 dit Cassiopæ ob-
 ſidiendam esse.
 * quia dixerat
 versu 10. præ-
 ceptam.
 * dolcas seruata
 esse.

* lib. 4. 702.

Pugna Cephæ-
 morum.

Telaq; conijciunt: & sunt, qui Cephæa dicant
 Cum genero debere mori, sed limine tecti
 Exierat Cephæus, testatus iusq;, fidemq;.
 45 Hospitiq; * Deos, ea se prohibente moueri.
 Bellica Pallas adest: & protegit ægide * fratrem:
 Dantq; animos: erat Indus Atys, quem flumine Gange
 Edita Limniace vitreis peperisse sub undis
 Creditur, ægægius forma; quam diuite cultu
 50 Augebat bis adhuc octonis integer annis,
 Indutus chlamydem Tyriam; quam limbus obibat
 Aureus: ornabant aurata monilia collum;
 Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
 Ille quidem iaculo * quamuis distantia misso
 55 Figere doctus erat: sed tendere doctior arcus.
 Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
 Stipite, qui media positus fumabat in ara,
 Perculit: & fractis * confudit in ossibus ora.
 Hunc ubi fœdatis iactantem in sanguine vultus
 60 Assyrius vidit, Licabas inuictissimus illi
 Et comes, & veri non dissimulator amoris:
 Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
 Deplorauit Atyn: quos ille tetenderat arcus,
 Arripit: & Mecum tibi sint certamina, dixit:
 65 Nec longum pueri fato letabere: quo plus
 Inuidia, quam laudis habes, hæc omnia nondum
 Dixerat: * emicuit neruo penetrabile telum:
 Vitatumq;, tamen sinuosa veste pependit.
 Vertit in hunc * harpen spectatam cæde Medusa
 70 * Acrisioniades adigitq; in pectus: at ille
 Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra,
 Circumspexit Atyn: seque acclinavit ad illum:
 Et tulit ad manes inuictæ solatia mortis.

* in primis Iouē
 Virg. extremo
 1. Acneid.
 * à Ioue, vtriusq;
 patre.

* Iogissimè dif-
 fusa. vide Fat. 4.
 772.

* deformans

* exsiluit. vr l. 4.
 221.

* nomen ensis
 falcati Perseus.
 * Perseus ab aug.
 Danaës patre.

I 5;

Eccc

* Syene Aethio-
piz opp. ad Ni-
lum, Steph.

Ecce * Syenites genitus Methione Phorbas, 75
 Et Libys Amphimedon auidi committere pugnam,
 Sanguine, quo late tellus madefacta tepebat,
 Conciderant lapsi, surgentibus obstittit ensis
 Alterius costis, iugulo Phorbantis adaetus.
 At non Actoriden Exitum, cui lata bipennis
 Telum erat, admoto Perseus petit ense, sed altis 80
 Exstantem signis, multaeque in pondere massae,
 Ingentem manibus tollit cratera duabus:
 Insligitque viro, rutilum vomit ille cruorem:
 Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
 Inde Semiramio Polydamaona sanguine cretum, 85
 Caucaesumque, Abarim, Sperchionidenque Lyceum,
 Intonsumque, comas Elyceen, Phlegiamque, Clytumque
 Sternit: & exstructos morientum calcat acervos.
 Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti,
 Intorquet iaculum: quod detulit error in Idam 90
 * Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
 Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
 Quandoquidem in partes, ait, abstrabor, accipe Phineu,
 Quem fecisti hostem: pensa que hoc vulnere vulnus.
 Iamque remissurus tractum de vulnere telum 95
 Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
 Tum quoque Cephenum post regem primus Odites
 Ense iacet Clymeni: Protenora percutit Hypseus.
 Hypsea Lyncides, fuit & grandaevis in illis
 Emathion equi cultor, timidusque deorum: 100
 Qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
 Pugnat: & incessit, scelerataque deuouet arma.
 Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
 Decutit ense caput: quod protinus incidit arae:
 Atque ibi semianimis verba exsecrantia lingua 105

* immunē belli
Virg. Aeneid. 12

* dignitate & lo-
co regi proxim

Edi-

Edidit: & medios animam exspiravit in ignes.
 Hinc gemini fratres, Broteasque, & castibus Ammon
 Inuicti, vinci si possent castibus enses;
 Phinea cecidere manu: Cerevisque sacerdos
 110 Amphycus albenti velatus tempora vitta.
 Tu quoque laetide non hos adhibendus ad * usus: * pugnas,
 Sed qui pacis opus citharam * cum voce moueres; * sic 332 ad ci-
 Inssus eras celebrare dapes, festumque canendo. tharam vocalia
 Quem procul adstantem, plectrumque imbellem tenentem mouerat oia
 115 Petalys irridens, Stygijs cane caetera, dixit,
 Manibus, & leuo mucronem tempore fixit.
 Concidit, & digitis morientibus ille retentat
 Fila lyrae: casusque fuit miserabile carmen.
 Non finit hunc impune ferox cecidisse Lycornas:
 120 Raptaque de dextro robusta repagula poste
 Osibus illi sit mediae cervicis, at ille
 Procubuit terra maetati more iuueni:
 Demere tentabat leui quoque robora postis
 Cinyphus Pelates: tentanti dextera fixa est
 125 Cuspide Marmaridae Coriti: lignoque cohaesit.
 Haerenti latus hausit Abas: nec corruit ille;
 Sed retinente manu moriens e poste pependit.
 Sternitur & Melaneus Perseia castra secutus,
 Et Nasamoniaci Dorilas ditissimus agri,
 130 Dives agri Dorilas: quo non possederat alter
 Latius: aut totidem tollebat farris acervos.
 Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum:
 (Letifer ille locus) quem postquam vulneris auctor
 Singultantem animam, & versantem lumina vidit
 135 Bracteus Alconeus, Hoc quod premis, inquit, habeto
 De tot agris terra: corpusque ex sanguine reliquit.
 Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam

Vltor

Uxor Abantiades: media qua nare recepta
 Cervice * exacta est, in partesq; eminet ambas.
 Dumq; manum fortuna iuuat; Clytiūq; Claniq; 140
 Matre satos vna diuerso vulnere fudit.
 Nam Clytj per vtrumque graui librata lacerto
 Fraxinus acta femur: iaculum Clani ore momordit.
 Occidit & Celadon Mindesius: occidit Astreus
 Matre Palaestina, dubio genitore creatus: 145
 Aethionque sagax quondam ventura videre,
 Tunc aue deceptus falsa, regisq; Thoactes
 Armiger, & caeso genitore infamis Agyrtes.
 * Plus tamen exhausto superest: nanque omnibus vnum
 Opprimere est animus: coniurata vndique, pugnant 150
 Agmina pro * causa meritum impugnant: fidemque.
 Hac pro parte socer frustra pius, & noua coniux
 Cum genitrice fauent: ululatuque atria complent.
 Sed sonus armorum superat, gemituq; cadentum:
 Pollutosque simul multo Bellona penates 155
 Sanguine perfundit: renouatq; praelia miscet.
 Circumeunt vnum Phineus, & mille secuti
 Phinea: tela volant hyberna grandine plura
 Praeter vtrumque laeuis, praeterq; & lumen, & aures.
 Applicat hic humeros ad magna saxa columna: 160
 * Tutaque terga gerens, aduersaque in agmina versus
 Sustinet instantes, instabat parte sinistra
 Chaonius Molpeus, dextra Nabathaeus Ethemon.
 Tigris ut auditis diuersa valle duorum
 Extimulata fame mugitibus armentorum 165
 Nescit vtro potius ruat; & rucere ardet vtroque;
 Sic dubius Perseus, dextra laeuane feratur,
 Molpea traicelli summonit vulnere curis:
 Contentusq; fuga est: neque enim dat tempus Ethemon:
 Sed

per ceruicem, missa, nempe suspis.

capiedi laboris reliquis occidendis.

Phineo pugnae iuuis. auctore

hic estu colunt.

170 Sed furit: & cupiens alto dare vulnera collo,
 Non circumspicit exactum viribus enses
 Fregit: & extrema percussa parte columna
 Lamina disiluit: dominiq; in gutture fixa est.
 Non tamen ad letum caussas satis illa valentes
 175 Plaga dedit: trepidum Perseus, & inertia frustra
 Brachia tendentem * Cyllenide confodit harpe.
 Verum ubi * virtutem turbae succumbere vidit;
 Auxilium, Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
 Dixit, ab * hoste petam, vultus auerite vestros,
 180 Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.
 Quere alium, tua quem moueant miracula, dixit
 Thessalus: vtiq; manu iaculum fatale parabat
 Mittere; in hoc haesit signum de marmore gestu.
 Proximus huic Ampix animi plenissima magni
 185 Pectora Lyncide gladio petit: inque petendo
 Dexterâ dirigit: nec citra mota, nec ultra est.
 At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
 Ementitus erat; clypeo quoque flumina septem
 Argento partim, partim calauerat auro;
 190 Adspice, ait, Perseu, nostra primordia gentis:
 Magna feret tacitas solatia mortis ad umbras
 A tanto cecidisse viro, pars vltima vocis
 In medio suppressa sono est: ad apertaue velle
 Ora loqui credas: nec sunt ea peruia verbis.
 195 Increpat hos, Vitiouque animi, non viribus, inquit,
 Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum:
 Et prostermite humi iuuenem magica arma mouentem.
 Incursum erat: tenuit vestigia tellus:
 Immotusque silex armataque mansit imago.
 200 Hi tamen ex merito poenas subiere: sed vnus
 Miles erat Persei: pro * quo dum pugnat Argenteus
 Sed

* pro, Cyllenia, i. Mercurij. * se imparē esse multitudini.

* Medusae capite, quae hostis fuerat.

Mutantur in saxa quicumque ausi fuerat cum Perseo cogredi.

* Perseo Gorgo.

Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
 Quem ratus Astyages etiam nunc vivere, longo
 Ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.
 Dum stupet Astyages; naturam traxit eandem: 205
 Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
 Nomina longa mora est media de plebe virorum
 Dicere bis centum restabant corpora pugnae:
 Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.
 Penitet iniusti tunc denique Phinea belli. 210
 Sed quid agat? simulacra videt diuersa figuris:
 Agnoscitque suos: & nomine quenque vocatum
 Poscit opem: credensque parum, sibi proxima tangit
 Corpora: marmor erant, auertitur: atque ita supplex,
 Confessasque manus, obliquaque brachia tendens; 215
 Vincis ait Perseu: remoue tua monstra: tuaque
 Saxificos vultus, quaecunque ea; tolle Medusa:
 Tolle precor, non nos odium; regni que cupido
 Compulit ad bellum: pro coniuge monimus arma.
 Causa fuit meritis melior tua, tempore nostra. 220
 Non cessasse piget, nihil o fortissime praeter
 Hanc animam concede mihi: tua cetera sunt.
 Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,
 Respicere audenti, Quod ait, timidissime Phineu
 Et possum tribuisse; & magnum est munus inertis; 225
 Pone metum, tribuam: nullo violabere ferro:
 Quin etiam mansura dabo monimenta per euum:
 Inque domo soceri semper spectabere nostri:
 Vt mea se sponsi soletur imagine coniux.
 Dixit: & in partem Phorcinida transtulit illam; 230
 Ad quam se trepido Phineus obuenterat ore.
 Tunc quoque conanti sua flectere lumina, ceruix
 Dirigit, saxoque oculorum induxit humor.

miracula. & c. 1 & 2.

quia prius de sponsa

Phineus in saxu.

Sed

Sed tamen os timidum, vultusque in marmore supplex,
 235 Summissaque manus, faciesque obnoxia mansit.
 F A B. I I. A R G V M E N T V M.
 Perseus Abantis pronepos, votorum compos, cum coniuge
 Andromeda Argos patriam suam adiit, Praedumque pulso Acrisio
 fratre, ipsius Persei auo, regnantem ostenso Medusae capite in la-
 pidem vertit, auoque licet immerito (ipsum enim cum Danae ma-
 tre arce impostum in mare proiecerat) regnum restituit.
 Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
 Intrat: & immeriti vindex, vltorque parentis
 Aggreditur Praetum, nam fratre per arma fugato
 Acrisioneas Praetis possederat arces.
 240 Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce
 Torua colubriferi superauit lumina monstri.

se quasi sub i-
cientis, & faten-
tis obnoxium.

Proetus in saxis
* qui non ita
meritus erat do-
nata & nepos:
vt vindicaretur,
* Acrisio.

F A B. I I I. A R G V M E N T V M.

Polydectes rex insulae Seriphi, ad quam Perseus cum Danae
 matre inclusus arca peruenerat, cupiens ablegare Perseum, vt il-
 lius matre liberet potiretur, ad Gorgonis Medusae referendum ca-
 put eum misit, quod ille Minerva volente ad Polydecten pertulit.
 Cui non credenti, factumque inficanti Perseus caput ostendit,
 moxque dirigit.
 Te tamen, o parue rector Polydecte Seriphi,
 Nec iuuenis virtus per tot spectata labores,
 Nec mala molliant: sed inexorabile durus
 245 Exerces odium: nec iniqua finis in ira est.
 Detrectas etiam laudem: sictamque Medusae
 Arguis esse necem: dabimus tibi pignora veni,
 * Parcite luminibus, Perseus ait: oraque regis
 Ore Medusaeo silicem sine sanguine fecit.

Polydectes in
lapidem.

Videtur dictum
adstantibus Po-
lydectae.

F A B. I I I I. A R G V M E N T V M.

Muse cum Panassum montem peterent, aduersis tempesta-
 tibus inuitate a Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat,
 eius recta subierunt, qui pulchritudine captus virginum cum reg-
 iam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem eius
 experirentur, in volucres conuersae sunt. quas dum ille inuolu-
 cris per aera persequi voluit, delapsus est, ita vt toto corpore e-
 lideretur, vitamque finiret.

Hactenus

nato ex auro
per impluvium
illapso.

Virginibus Mu-
sis dicatum.

equi alati, Pega-
si, de quo lib. 4.
786.

Hippocrene.

Musas sic vide-
tur appellasse
fecutus veterem
aliquē poetam,
cuius ratio nos
fugit.

Pyreneus Mu-
sarum violator.

Haecenus aurigenae comitem Tritonia fratri 250
 Se dedit: inde caua circumdata nube Seriphon
 Deserit, à dextra Cythno Gyaróque relictis.
 Quaque super pontum via visa brevissima, Thebas,
 Virgineumque Heliconam petit; quo monte potita
 Constitit: & doctas sic est affata sorores: 255
 Fama novi fontis nostras pervenit ad aures:
 Dura Medusae quem præpetis unguis rupit.
 Is mihi causa via: volui mirabile factum
 Cernere: vidi ipsum materno sanguine nasci.
 Excipit Vranie: Quaecunque est causa videndi 260
 Has tibi diua domos; animo gratissima nostro.
 Vera tamen fama est: & Pegasus huius origo
 Fontis: & ad latices deduxit Pallada sacros.
 Quae mirata diu factas pedis ictibus undas
 Silvarum lucos circumspicit antiquarum, 265
 Antraeque, & innumeris distinctas floribus herbas.
 Felicesque vocat pariter studijque, locique
 Mæonidas: quam sic affata est una sororum:
 O, nisi te virtus opera ad maiora tulisset:
 In partem ventura chori Tritonia nostri, 270
 Vera refers: meritoque probas artemque, locumque:
 Et gratam sortem, tutae modo simus, habemus.
 Sed vetitum est adeo sceleri nihil. omnia terrent
 Virgineas mentes: dirusque ante ora Pyreneus
 Vertitur: & nondum me tota mente recepi. 275
 Daulia Threicio, Phoeaëque milite rura
 Ceperat ille ferox, iniustaque regna tenebat.
 Templâ petebamus Parnassia: vidit euntes:
 Nostraque fallaci veneratus numina vultu,
 Mæonides (agnorat enim) consistite dixit: 280
 Nec dubitate, precor, tecto graue sidus, & imbretem

(Im)

(Imber erat) vitare meo: subiere minores
 Saepè casas superi, dictis, & tempore mota
 Annumusque viro: primasque intravimus ades.
 285 Desierant imbres; victoque Aquilonibus Austro
 Fusca repurgato fugiebant nubila caelo.
 Impetus ire fuit: claudit sua tecta Pyreneus:
 Vimque parat; quam nos sumptis effugimus alis.
 Ipse secuturo similis stetit arduus arce:
 290 Quaque via est vobis; erit & mihi, dixit, eadem:
 Seque iacit vecors è summo culmine turris:
 Et cadit in vultus; discussisque ossibus oris
 Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.

Perinei praerip-
tiam.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Pieri, qui Macedoniam possedit, & Anippes, novem filiz inso-
 lenius dum gloriarentur, Musas in certamina cantus prouocant:
 quarum vna carmen exorsa est, quod gigantes aduersus Deos co-
 tenderint, ex quibus Typhoeus terrigena deformitate terruit
 deos, compulsi que in Aegyptum: vbi Iupiter ob metum in aric-
 tem versus est, Apollo in coruum, Liber in capram, Diana in fe-
 llen, Iuno in vaccam, Venus in piscem. Iouicem autem Musae cum
 Cereris laudem recinissent, & qualiter Typhoeus Aetnae montis
 Siciliae subiectus esset, Pierides vidæ in picas sunt transfiguratae.

Musa loquebatur: penna sonuere per auras:
 295 Voxque salutantum ramis veniebat ab altis.
 Suspicit; & linguæ querit tam certa loquentes
 Vnde sonent; hominemque putat Ioue nata locutum:
 Ales erat: numeroque novem sua fata querentes
 Institerant ramis imitant es omnia pica.
 300 Miranti sic orsa Dea Dea: Nuper & ista
 Auxerunt volucrum victa certamine turbam:
 Pierus has genuit: Pellaes diues in aruis.
 Pæonis Euppe mater fuit: illa potentem
 Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.

Pella Alexan-
dri patria.
Pæonia aliter
Emathia: vrue
que in Mace-
donia.

K

Enth.

Intumuit numero solidarum turba sororum: 305

Perq; tot Hamonias, & per tot Achaïdas urbes

Huc venit; & tali committit praelia voce:

Desinite indoctum vana dulcedine vulgas

Fallere: nobiscum, si qua est fiducia vobis;

Thespiades certate Dea: nec voce, nec arte 310

Vincemur; totidemque sumus. vel cedite victæ

Fonte Medusæo, & Hyantea Aganippe:

Vel nos Emathijs ad Pæonas usque niuosos

Cedemus campis. dirimant certamina nymphæ.

Turpe quidem contendere erat; sed cedere visum 315

Turpius. electa irant per flumina nymphæ,

Factaque de viuo pressere sedilia saxo.

*Tunc sine sorte prior, quæ se certare professa est,

Bella canit superum; falsoque in honore gigantes

Ponit; & extenuat magnorum facta Deorum; 320

Emissumque ima de sede Typhoëa terra

Calitibus fecisse metum; cunctosq; dedisse

Terga fugæ: donec fessos Aegyptiæ tellus

Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.

Hæc quoque terrigenam venisse Typhoëa narrat: 325

Et se mentitis superos calasse figuris:

Deorum variaz
mutaciones
carmina Pieridæ.

Duxq; gregis, dixit, sit Iupiter; unde recuruis

Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.

Delius in coruo, proles Semeleia capro,

Fese soror Phæbi, niuea Saturnia vacca, 330

Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.

Poscimus Aonides. sed forsitan otia non sunt:

Nec nostris præbere vacat tibi cantibus aures.

Ne dubita, vestrumq; mihi refer ordine carmen,

Pallas

Pallas ait: nemorisq; leui consedit in umbra.

Musa refert: Dedimus summam certaminis vni.

Surgit, & immisos hedera collecta capillos

Calliope querulas prætentat pollice chordas.

340 Atque hæc percussis subiungit carmina nervis.

F. A. B. V. I. ARGVMENTVM.

Venus indignata quod & Diana, & Proserpina Cæris filia-
numen suum, conuictaque asperrarentur, Ditem qui territus vi-
ribus Typhonis, mouentis Aetnam, cui subiectus à Dis erat,
ab inferis emerferat, impulit in amorem, vti Proserpinam circa
Aetnam flores legentem cum Minerva atque Diana raperet.
Qua capta, cū properanter curru fugeret, à Cyane nymphæ quæ
dilexerat Anapis amnis intercedente tardatus est. At ille incensus
ira propter moram intercedentis, sceptrum tanta vi iecit in
terram, vt totum conderetur: ista tellus ita hians, vt illac Plu-
tonis currus ad inferos transierit. Cyanen verò, quæ curru ob-
stiterat, in liquorem sui nominis vertit, cuius lacus contiguus
Arethuse videtur.

Prima Ceres vincto glebam dimouit aratro:

Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris:

Prima dedit leges. Cæris sunt omnia munus.

Illa canenda mihi est: vnam modo dicere possim

345 Carmina digna Dea: certè est Dea carmine digna.

Vasta giganteis ingesta est insula membris

Trinacris; & magnis subiectum molibus urget

Aethereas ausum sperare Typhoëa sedes.

Nititur ille quidem; pugnatq; resurgere sæpe:

350 Dextra sub Ausonio manus est subiecta Peloro;

Laua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur:

Degravat Aetna caput; sub qua resupinus arenas

Eieclat, flammamq; sero vomit ore Typhoëus.

Sæpe remoliri luclatur pondera terræ:

K 2

Oppi-

Calliope cætu
Cæris laus.

Aetnæ incendiū

Oppidâque, & magnos deuoluere corpore montes. 355
 Inde tremit tellus & rex patet ipse silentium;
 Ne pateat, latôque solum retegatur hiatu;
 Immissusque dies trepidantes terreat umbras.
 Hanc metuens cladem tenebrosa sede * tyrannus
 Exierat: curruque arorum vectus equorum, 360
 Ambibat. Sicula cautus fundamina terræ.
 Postquam exploratum fatis est loca nulla labare;
 Depositôque metu, videt hunc Erycina vagantem
 Monte suo residens, natumque amplexa Volucrem;
 Arma, manusque mee, mea nate potentia, dixit, 365
 Illa; quibus superas omnes, cape tela, Cupido,
 Inque Dei pectus celes molire sagittas,
 Cui triplicis celsit fortuna nouissima regni.
 Tu superos, ipsumque Iouem, tu numina ponti
 Victa domas, * ipsumque, regit qui numina terræ. 370
 Tartara quid cessant? cur non matrisque, tuumque
 Imperium proferes? agitur pars tertia mundi.
 Et tamen in celo qua iam patientia nostra est?
 Spernimur: ac mecum vires minuuntur Amoris.
 Pallada nonne vides, iaculatricemque Dianam. 375
 * Abscessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,
 Si patiemur, erit: nam spes affectat easdem.
 At tu pro socio, si qua est ea gratia, regno
 Iunge Deam patruo. Dixit Venus, ille pharetram
 Solut: & arbitrio maris de mille sagittis 380
 Vnam seposuit: sed qua nec acutior ulla,
 Nec minus incerta est, nec qua magis * audiatur arcum.
 Oppositôque genu curuauit flexile cornu:
 Inque cor hamata percussit arundine Ditem. 385
 Haud procul Aetnais lacus est a mœnibus alius
 Nomine Pergusa: non illo plura Cayster

Pluto ob terræ motus in Actina superos adit.

Neptunum videtur intelligere, aliquem veterum secutus: iam Hom. terrâ communem facit Iliad. 15.

adstrictas voto virginittis.

quæ facilius editatur, & ceruus feriat, quod eius appetit.

Car.

Carmina cyenorum labentibus audit in undis.
 Silua coronat aquas cingens latus omne; suisque
 Frondibus, ut velo, Phæbeos summouet ignes.
 390 Frigora dant rami, varios humus humida flores.
 Perpetuum ver est quo dum Proserpina luco
 Ludit; & aut violas, aut candida lilia carpit;
 Dumque puellari studio calathosque, sinumque
 Implet; & equales certat superare legendo;
 395 Panem simul visa est, dilectaque, raptaque Diti.
 Vsq; eadem est properatus amor. Dea territa mæsto
 Et matrem, & comites, sed matrem sepius, ore
 Clamat: & ut summa vestem laniarat ab ora;
 Collecti flores tunieis cecidere remissis:
 400 Tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis:
 Hæc quoque virgineum mouit iactura dolorem.
 Raptor agit curius: & nomine quenque vocando
 Exhortatur equos: quorum per colla, iubasque
 Excutit obscura tinctas ferrugine habenas:
 405 Perque lacus altos, & olentia sulfure fertur
 Stagna Palicorum rupta feruentia terra,
 Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
 Inter in equales posuerunt amœnia portus.
 Est medium Cyanes, & * Pifæ Arethusa,
 410 Quod coit angustis inclusum cornibus equor,
 Hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum est,
 Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
 Curgite qua medio summa tenus existit aluo:
 Agnouitque Deam: Nec longius ibitis, inquit:
 415 Non potes inuitæ Cereris gener esse, roganda,
 Non rapienda fuit: quod si componere magnis
 Parua mihi fas est; & me dilexit Anapus:
 Exorata tamen, nec, ut hæc, exterrita, nupsi.

Raptus Proserpine descriptus iisdem pæne verbis Fast. 4.420.

Syracusas intellige conditas ab Archia Bacchiadæ vno, Aetronis interfectore. * quod illi Pifa sit patria ratione vide verb. 424.

Dixit:

Dixit; & in partes diuersas brachia tendens
 Obstitit. haud ultra tenuit Saturnius iram: 420
 Terribilesq; horiatus equos, in gurgitis ima
 Contortum valido sceptrum regale lacerto
 Condidit. ista viam tellus in tartara fecit:
 Et pronos * currus medio cratere recepit.
 At Cyané raptamq; Deam, contemptaq; fontis 425
 Iura sui mærens, inconsolabile vulnus
 Mente gerit tacita; lacrimisq; absumitur omnis:
 Et quadrum fuerat magnum modo numen, in illas
 Extenuatur aquas, mollii membra videres:
 Ossa pati flexus; ungues posuisse rigorem: 430
 Primæque de tóra tenuissima quæque liquefcunt,
 Cerulei crines, digitiq; & crura, pedesq;
 Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
 Transitus est. post hæc humeri, tergumq; latuq;
 Pectoraq; in tenues abeunt euanida riuos. 435
 Denique pro viuo vitiatas sanguine venas
 Lympha subit: restatq; nihil, quod prendere possis.

voragine, liatu.

Cyane prohibi-
tura raptum
Pro. in fontem.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Ceres cum orbem terrarum peragrasset, requirens filiam Proserpinam æstu torrida ad casam cuiusdam anus nomine Misme, aut, vt alij volunt, Megnira, deuenit: petitque ab ea vt sibi aqua ad os colluendum porrigeret. Quæ cum polentam ei portionem dedisset, & illa auidius biberet, puer quidam eiusdem casæ nomine Stelles eam procacius est persecutus, auiditate eius in bibendo cum risu increpans: cuius Dea audacia offensa, in eius malæ partem portionis effudit, fecitq; vt in Stellionem conuerteretur, qui variis maculis portionem polenta sparsum ostenderet.

Cereri Interea pauca nequiquam filia * matri
 Omnibus est terris, omni quæ sita profundo:
 Illam non vdis veniens Aurora capillis 440
 Cessantem vidit, non Hesperus, illa duabus

Flam.

Flammiferas pintus manibus succendit ab Aetna:
 Perq; puinosas tulit irrequieta tenebras.
 Rursus ubi alma dies * hebetarat sidera, natam
 445 Solis ab occasu, solis querebat ad ortus.
 Fessa labore sitim conceperat; oraque nulli
 Colluerant fontes, contectam stramine vidit
 Fortè casam; paruâsq; fores pulsauit, at inde
 Prodit anus: diuamq; videt: lymphamque rogant:
 450 Dulce dedit, tosta quod coxerat antè polenta.
 Dum bibit illa datum; duri puer oris, & audax
 Constitit ante Deam; risitque; auidamq; vocauit.
 Offensa est: neque adhuc epota parte, loquentem
 Cum liquido mista persudit diua polenta:
 455 Combibit os maculas; & quæ modo brachia gessit,
 Crura gerit; cauda est mutatis addita membris:
 Inque breuem formam, ne sit vis magna nocendi;
 Contrahitur; paruâque minor mensura lacerta est.
 Mirantem, stentemque, & tangere monstra pauentem
 460 Fugit animi: latebrasq; petit: aptumq; colori
 Nomen habet varijs stellatus corpora guttis.

* propriè, pro
quo nos, obstat
rarat, ostendit

Puer in stellionem

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Cum Arethusa nympha Siciliæ fontis, qui humo pressus ab Elide fluit, indicauisset Cereri à Dite raptam Proserpinam, illa ab Ioue impetrauit, si fratris nuptiis contenta non esset, ea lege ab inferis reduceret eam, si nihil ibi gustasset. Quam ob causam cum iudicium fieret, Ascalaphus Acherontis filius ad iudicium primus descendit, docuitq; eam mali Punici granum gustasse: quam obrem in aue bubonæ abominandi omnis conuersus est. Iupiter autem ex æquo fratri suo, Cererique tribuit, vt partem anni Proserpina apud virum, partem autem apud matrem ageret.

Quas Dea per terras, & quas errauerit vndas,
 Dicere longa mora est. querenti desuit * orbis.
 Sicaniam repetit; dumq; omnia lustrat eundo;

* orbe per lustrat
to nihil restitit,
quo pergeret.

K 4

Veni

Venit & ad Cyanen: ea, ni mutata fuisset; 463
 Omnia narraffet: sed & os, & lingua volenti
 Dicere non aderant; nec qua loqueretur habebat:
 Signa tamen manifesta dedit: notamque parenti
 Illo forte loco dilapsam in gurgite sacro
 Persephones zonam summis ostendit in undis. 470
 Quam simul agnouit; tamquam tum denique raptam
 Scisset, inornatos lanianit diua capillos:
 Et repetita suis percussit pectora palmis.
 Nescit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omnes:
 Ingratasque vocat, nec frugum murmure dignas: 475
 Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni
 Repperit, ergo illic seua vertentia glebas
 Fregit aratra manu: pariliq; irata colonos,
 Ruricolasque boues leto dedit; aruaq; iussit
 Fallere depositum; vitiatque semina fecit. 480
 Fertilitas terrae latum vulgata per orbem
 *Sparsa iacet: primis segetes moriuntur in herbis:
 Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber:
 Sideraque, ventique nocent: auida q; volucres 485
 Semina iacta legunt: lolium, tribulique fatigant
 Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
 Tum caput Eleis *Alpheias extulit undis:
 Rorantesque comas a fronte remouit ad aures:
 Atque ait: O toto quaesita virginis orbe,
 Et frugum genitrix, immensos siste labores: 490
 Neue tibi fide violenta irascere terra.
 Terra nihil meruit; patuitque inuita rapinae.
 Nec sum pro patria supplex: huc hospita veni.
 Pisa mihi patria est: & ab Elide ducimus ortus:
 Sicaniam peregrina colo. sed gratior omni 495
 Hac mihi terra solo est: hos nunc Aethusa penates,

Cereri primum
fit indicium de
amilla filia.

*Sparsim tamen
se ostendit, nul-
loque est in ho-
more.

*Aethusa, quae
nunc Alpei
quidam quasi
filia videtur,
cum prius fuerit
amica. inf. 633.

Hanc

Hanc habeo sedem: quam tu mitissima serua.
 Mota loco cur sim; tantique per aquoris undas
 Aduerhar *Ortygiam: veniet narratibus hora
 500 Tempestiua meis; cum tu curaque leuata,
 Et vultus *melioris eris: mihi peruia tellus
 Praebet iter: subterque imas ablata caernas
 Hic caput attollo: desuetaque sidera cerno.
 Ergo dum Stygio sub terris gurgite labor;
 505 Visa tua est oculis illic Proserpina nostris.
 Illa quidem tristis, nec adhuc interrita vultu,
 Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
 Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
 Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces:
 510 Attonitaque diu similis fuit: utique dolore
 Pulsa graui grauis est amentia; curribus auras
 Exit in aethereas: ibi toto *nubila vultu
 Ante Iouem passis stetit inuidiosa capillis.
 Proque meo veni supplex tibi Iupiter, inquit,
 515 Sanguine, proque tuo: si nulla est gratia matris;
 Nata patrem moueat; neu sit tibi cura precamur
 Vilior illius; quod nostro est edita partu.
 En quaesita diu tandem mihi nata reperta est:
 Si reperire vocas amittere certius; aut si
 520 Scire ubi sit reperire vocas. quod rapta, feremus;
 Dummodo reddat eam. neque enim praedone marito
 Filia digna tua est; si iam mea filia non est.
 Iupiter excepit; Commune est pignus, onusque
 Nata mihi tecum. sed, si modo nomina rebus
 525 Addere vera placet; non hoc iniuria factum,
 Verum amor est: neque erit nobis gener ille pudori.
 Tu modo diua velis. ut desint cetera: quantum est
 Esse Iouis fratrem? quid, quod non cetera desunt?

*quae insula est
Sicanio praeterea
sua. Virgil. Ae-
neid. extremo 3.
*sedatione ani-
mi magis praefe-
rentis.

*mixta, tristis

K 5

Nes

154 METAMORPH.

*Fast. 4. 59. po-
sita est mihi re-
gia cxlii. Posi-
det alter aquas:
alter inane:
chaos.

Nec cedit nisi forte mihi: sed tanta cupido
Si tibi discidi est; rejacet Proserpina calum,

530

Lege tamen certa: si nullos contigit illic
Ore cibos: nam sic Parcarum fœdere cautum est.

Dixerat. At Cereri certum est educere natam.

Non ita fata sinunt. quoniam ieiunia virgo

Soluerat: & cultis dum simplex errat in hortis;

535

Puniceum curua decerpserat arbore pomum:

Sumptaq; pallenti septem de cortice grana

Presserat ore suo: solusque ex omnibus illud

Ascalaphus vidit; quem quondam dicitur Orphne,

Inter Auernales haud ignotissima Nymphas,

Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.

540

Vidit: & indicio reditum crudelis ademit.

Ingemuit regina Erebi; testemque profanum

Fecit auem: sparsuinq; caput Phlegethontide lymphæ

In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.

545

Ille sibi ablati fuluis amicitur ab alis:

Inque caput crescit; longosque reflectitur ungues:

Vixque mouet natas per inertia brachia pennas:

Fœdæque fit volucris venturi nuntia luctus

Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

550

P A B. I X. A R G V M E N T V M.

Sirenes Acheloi, & Melpomenes Musæ, aut, ut alij volût, Cal-
liopes filiz, Proserpinæ comites fidissimæ, cum Proserpinam rap-
tam requirerent, neque eam vlllo modo possent inuenire, à
Diis impetrauerunt vt versæ in volucres non tantum in terra,
sed etiam in mari requisitam consequi possent. Mansit tamen il-
lis vox humana, faciesque virginea. Nouissimè deueniunt ad
petram maris, quæ imminebat proxima pelago. Harum ita fatû
fuit, quandiu earum vox obaudita non esset mortalibus, mane-
rent iacolumes, fortè Vlysses monitu Circes obturatis auribus
præteruectus est, tum se præcipitauerunt.

Hic tamen indicio pœnam, linguæque videri

Com

Ascalaphus in
suboncin.
* amissa priore
sua forma.

L I B. V.

Commernisse potest. vobis Acheloides vnda
Plumæ, pedesq; auium, cum virginis ora geratis?

An quia cum legeret vernos Proserpina flores;

555 In comitum numero doctæ Sirenes eratis?

Quam postquam toto frustra quæsistis in orbe;

Protinus, vt vestram sentirent æquora curam,

Posse super fluctus alarum insistere remis

Optastis: facilesque Deos habuistis: & artus

560 Vidistis vestros subito flauescere pennis.

Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,

Tantæque dos oris lingua deperderet usum;

Virginei vultus, & vox humana remansit.

* vt possitis eam
dem in aquis
quarere.

Sirenes comites
Proserp. ex parte
in aus.

P A B. X. A R G V M E N T V M.

Iupiter diuisit annum, vt Proserpina partim apud virû, par-
tim apud matrêm moraretur. Ceres pacatâ se recipiens ab Arc-
thusa exegit vt sibi originè suam exponeret. Tum Arcthusa, A-
chaidum nympharum formosissimam se dixere: & me Alpheus
annis mei amore incensus sumpta viri formâ persecutus est. Cu-
ius imperum sù effugere cuperem, inuocaui Dianam, cuius co-
mes, studiijq; æmula fueram, vt laboranti mihi ferret auxilium:
quæ me nube texit, ne in cupis suis conspectum venirem, mutorq;
in fontem: cuius aquas vt vidit Alpheus, cognouit, sompsitque
propriam annis formam, vt se mihi misceret. At Diana rupta
tellure me per obscurum iter in insulam Orygiam Siciliæ adia-
centem admisit: ceterum Alpheus, per subterraneas caernas
me huc vsque persequi non destitit.

At medius fratrisque sui, mæstæque sororis

265 Iupiter ex aquo voluentem diuidit annum.

Nunc Dea regnorum numen commune duorum

Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.

570 Vertitur extemplo facies & mentis, & oris:

Nam modo quæ poterat Diis quoque mæsta videri,

570 Lata Deæ frons est: vt sol, qui tectus aquosis

Nubibus antè fuit, & victis è nubibus exit.

Exigit alma Ceres, nata secuta recepta,

Proserp. partim
apud superos,
partim apud in-
feros.

* dissipatis &
solutis.

Que

156

METAMORPH.

Qua tibi causa fugae? cur sis, Arethusa, sacer fons?

Conticuere unda: quarum Dea sustulit alto

Fonte caput; viridesque manu siccata capillos

Fluminis Alpei veteres narravit amores.

Pars ego Nympharum, quae sunt in Achaide, dixit,

Vna fui: nec me studiosius altera saltus

Legit; nec posuit studiosius altera casses.

Sed quamuis formae nunquam mihi fama petita est;

Quamuis fortis eram; formosae nomen habebam.

Nec mea me facies nimium laudata iuuabat;

Quaque aliae gaudere solent, ego rustica dote

Corporis erubui; crimenque placere putavi.

Lassa reuertebat memini, Stymphalide silua:

Aestus erat, magnusque labor geminauerat aestum.

Inuenio sine vortice aquas, sine murmure euntes,

Per spicuas ad humum; per quas numerabilis alte

Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.

Cana salicta dabant, nutritaque populus unda

Sponte sua natas ripis decliuibus umbras.

Accessi: primumque pedis vestigia tinxer,

Poplite deinde tenuis: neque eo contenta, recingor:

Molliaque impono salici velamina curuae:

Nudaque mergor aquis quas dum ferioque, trahoque;

Mille modis labens; excussa que brachia iacto;

Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur:

Territaque insisto propioris margine fontis.

Quo properas Arethusa? suis Alpheus ab undis,

Quo properas? iterum raucis mihi dixerat ore.

Sicut eram fugio sine vestibus: altera vestes

Ripa meas habuit: tanto magis instat, et ardet.

Et quia nuda fui; sum visa paratior illi.

Sic ego currebam; sic me ferus ille premebat;

Arethusa quem admodum in fontem.

Physice, non enim tam facile oculis aquam peruadimus.

573

580

585

590

595

600

vi

605 Vt fugere accipitrem penna trepidante columba,

Vt solet accipiter trepidas urgere columbas.

Vsque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque;

Menaliosque sinus, gelidumque Erimathon, et Elms

Currere sustinui: nec me velocior ille.

610 Sed tolerare diu cursus ego viribus impar

Non poteram: longi patiens erat ille laboris.

Per tamen et campos, per opertos arbore montes,

Saxa quoque, et rupes, et qua via nulla, cucurri.

Sol erat a tergo, vidi precedere longam

615 Ante pedes umbram; nisi si timor illa videbat.

Sed certe, sonitumque pedum terrebat: et ingens

Crimales virtutes afflabat anhelitus oris.

Fessa labore fugae, Fer opem, deprendimur, inquam,

Armigerae Diana tua: cui saepe dedisti

620 Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharetra.

Mota Dea est; spissaque ferens e nubibus unam

Me super iniecit: lustrat taligine tectam

Annus; et ignarus circum caua nubila quaerit.

Bisque locum, quo me Dea texerat, inscius ambit:

625 Et bis id Arethusa, id Arethusa vocauit.

Quid mihi tunc animi misera fuit? anne quod agnoscit?

Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?

Aut lepori; qui vepre latens hostilia cernit

Ora canum; nullosque, audet dare corpore motus?

630 Non tamen abscedit; neque enim vestigia cernit:

Longius vlla pedum; seruat nubemque, locumque;

Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus:

Ceruleaque cadunt toto de corpore guttae:

Quaque pedem moni, manat locus; eque capillis

635 Ros cadit; et citius, quam nunc tibi facta renarro;

In latice mutor, sed enim cognoscit amatas

Annus

*sic lib. 1, 54. 2.

Annis aquas: positoque viri, quod sumpserat, ore,
Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
Delia rupit humum: cæcisque ego mersa cavernis
Aduerbor Ortygiam; quæ me cognomine Diuæ
Grata meæ superas eduxit prima sub auras.

*Ortygia n. &
Delia ab eadem
insula dicta est.
Diana.

640

FAB. II. ARGUMENTVM.

Triptolemo Ceres currum draconibus iuam dedit, quo per
terras vêtus agriculturâ, frugumq; vsum mortales doceret. Per
Europam, Asiamque vêtus, nouissimè delatus in Scythiâ, à Lyn-
co rege susceptus est hospitio: cui, cum exposuisset, aduentus sui
causam, inuidia tanti honoris instinctus, dormientem vt inter-
ficeret aggressus est: Dea sui nuntij memor, quem diuini hono-
ris dignam habuerat, eum conseruauit, Lynceum regem in Lyn-
cem feram, ne Triptolemum occideret, conuertens.

Hæc Arethusa tenuis geminos Dea fertilis angues
Curribus admouit; frenisque coercuit ora:
Et medium cæli, terræque per aera vecta est.
Atque leuem currum Tritonida misit in urbem
Triptolemo: partimque rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa reculta.
Iam super Europen sublimis, & Asida terram
Vêtus erat inuenis; Scythicâsq; aduertitur oras.
Rex ibi Lynceus erat: regis subit ille penates.

645

650

Quâ veniat, causamq; via, nomemque rogatus,
Et patriam, Patria est clara mihi, dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.
Dona fero Ceres; latos que sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentaque mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantique vt muneris auctor
Ipse sit; hospitio recipit somnoque gravatum
Aggreditur ferro, conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit; rursusque per aera iussit

Triptolemus;
agriculturam
docuit iussu
Ceresis.

Lynceus eadem
parans Tripto-
lemo in Lyncem
feram.

*Mopsop-

660

*Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales.
Fimerat doctos è nobis maxima cantus.
At nymphæ vici se Deas Heliconæ colentes
Concordi dixere sono, conuitia victæ

*Ab Attica, quæ
Mopsopia à suo
rege dicta est.

665 Cum facerent; quoniam, dixi, certamine vobis
Supplicium meruisse parum est; maledictaque culpa
Additis; & non est patientia libera nobis;
Ibimus in pœnas; & quæ vocat ira, sequemur.
Rident Pœonides: spernuntque minantia verba;
670 Conatæque loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manu; pennas exire per unguis
Adspexere suos; operiri brachia plumis:
Alteraq; alterius rigido concretere rostro
Ora videt; volucresque nouas accedere siluis.

Pierides in picæ

675 Plangere dumque volunt, per brachia mota leuata,
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucæque garrulitas, studiumque immane loquendi.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER VI.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Arachne Lydia Idmonis filia, cuius mater Hypæpi vrbe par-
ua genita, studio lanificij famam quæstierat, cum materna indu-
stria cunctas præcessisset in opere faciendo, gloriabunda insolē-
tius, quam mortalem decuit, elocuta est. Nam Mineruam à qua
edocta fuerat, ad certamen prouocauit. Quæ in animum versa, in
hoc ad eam venit, vt audacia impetum compesceret. Quâ cum
in certaminis proposito vidisset permanentem, reuersa in suam
speciem, opere proposito in certamen descendit, & singula, quæ
sequuntur, inseruerunt telæ: prior Minerua, dehinc Arachne.

Rebuerat dictis Tritonia talibus aures:

Carminaq; Aonidum, iustamq; probauerat iram.

Minerua in anî,

Tym

Tum secum; Laudare parum est; laudemur & ipsae:
 Numina nec sperni sine poena nostra sinamus.
 Meoniaq; animum fatis intendit Arachnes:
 Quam sibi lanifica non cadere laudibus artis
 Audierat non illa loco, nec origine gentis
 Clara, sed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon,
 Phocaeo bibulas tingebat murice lanas.
 Occiderat mater: sed & haec de plebe, suoq;
 Aequa viro fuerat. Lydas tamen illa per vrbes
 Quaesierat studio nomen memorabile: quamuis
 Orta domo parua, paruis habitabat Hypapis.
 Huius ut adspicerent opus admirabile, saepe
 Deserueret sui Nympha vincta Tymoli:
 Deserueret suas Nympha Paclolides undas.
 Nec factas solum vestes spectare iuabat;
 Tunc quoque cum fierent: tantus decor affuit arti.
 Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes:
 Sen digitis subigebat opus; repetit aequo longo
 Vellera mollibat nebulas equantia tractus;
 Siue leui teretem versabat pollice fusum;
 Seu pingebat acu; scires a Pallade doctam.
 Quod tamen ipsa negat: tantaq; offensa magistra,
 Certet, ait, mecum: nihil est quod victa recusem.
 Pallas in anuum: Pallas anum simulat, falsoque in tempora canos
 Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.
 Tunc sic orsa loqui: Non omnia grandior aetas,
 Quae fugiamus, habet: seris venit usus ab annis.
 Consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
 Inter mortales faciendae maxima lana.
 Cede Deae: veniamq; tuis temeraria dictis
 Supplice voce roga, veniam dabit illa roganti.
 Adspicit hanc toruus, inceptaq; fila relinquit:

Arachne lanifi-
ca: peritissima.

Lydiae vrbs
Timo- adiacet,
vnde nomen
αἰθρα ἰστρος.

Lanificij partes,
quae etiam lib. 4
v. 34. attinguntur

Pallas in anuum

Vix

35 Vixq; manus retinens, confessaq; vultibus iram,
 Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
 Mentis inops, longaque venis confecta senecta:
 Et nimium vixisse diu nocet: audiat istas,
 Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.
 40 Consilij satis est in me mihi: neue monendo
 Profecisse putes: eadem est sententia nobis.
 Cur non ipsa venit? cur haec certamina vitat?
 Tum Dea, Venit, ait: formamque remouit anilem:
 Palladaque exhibuit, venerantur numina Nymphae,
 45 *Mygdonidesq; nurus: sola est interrita virgo.
 Sed tamen erubuit: subitusq; inuita notauit
 Ora rubor: rursusq; euannit, ut solet aer
 Purpureus fieri; cum primum Aurora mouetur;
 Et breue post tempus candescere solis ab ortu.
 50 Perstat in incepto: stolidaq; cupidine palma
 In sua fata ruit; neque enim Ioue nata recusat:
 Nec monet ulterius: nec iam certamina differt.
 Haud mora, consistunt diuersis partibus ambae,
 Et gracili geminas intendunt stamine telas.
 55 Tela iugo iuncta est: stamen secernit arundo:
 Inseritur medium radijs subtemen acutis;
 Quod digiti expediunt, atque inter stamina dudum
 Percusso feriunt inserti pectine dentes.
 Vtraque festinat, cinctaq; ad pectora vestes,
 60 Brachia docta mouent, studio fallente laborem.
 Illic, & Tyrium quae purpura sensit aenum,
 Texitur; & tenues parui discriminis umbræ:
 Qualis ab imbri solet percussus solibus arcus
 Inscere ingenti longum curuamine caelum:
 65 In quo diuersi niteant cum mille colores;
 Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.

* anus in forma
latentem

* quam ostendit
sup. vers. 25.

* quae ex vicinia
accurrerant, vt
Phrygiae, fortasse
& Macedoniae.

Certamen Pal-
ladis & Ara-
chnes.

Tela lanæ de-
scriptio.

* fila purpurea: in
Tyro enim in-
uenta est purpu-
ra. Pollux 7, 4.

L

V. que

* cum colores paulatim magis & magis euariet, ea varietas non percipitur nisi extrema inter se conferas.

Vsque adeo * quod tangit, idem est; tamen ultima distant. Illic & lentum filis immittitur aurum: Et vetus in tela deducitur argumentum.

ARGUMENTVM FAB. IIII, IN TELA MINERVAE.

Minerva incipit itaque telae suae intexuit conuentionem Athenarum inter se, Neptunumque habitam, qui lacu falso in arce edito suam processionem vendicabat: ipsa vero oliua arbore a se inuenta. Itē Aemum regem, reginamque, Rhodopen, Threiciam, qui pari infania, & amore conjugij Iouis & Iunonis abusi erant nominibus, in motes transfiguratos. Item Pygmaem ab Iunone in gruam versam. Item Antigone Laomedontis filiam, quae cum Ioue coierat, quam ob admissum scelus Iuno transfigurauit in ciconiam. Item Cynaræ regis Assyriorum filias ob insolentiam ab eadem Dea in graduam templi sui lapides mutatas: per quas exempla frangi possent de Mineræ numine: finemque operi suo, oliua arbore sua picta, imposuit.

Fab. r. in Palladis tela. Ariopagum sic dictum ob Harthotium Neptuni sibi à Marte interfectum ita viuide exprimit ut non fuerit opus nomine. salix aquae scaturiginem.

Cecropia Pallas * scopulum Mauortis in arce Pingit, & antiquam de terra nomine litem. Bis sex caelestes medio Ioue sedibus altis Augusta grauitate sedent, sua quemque Deorum * Inscibit facies: Iouis est regalis imago. Stare Deum pelagi, longoq; seruire tridente Aspera saxa facit; med. oq; e vulnere saxi Exsiluisse * fretum; quo pignore vindicet urbem. At sibi dat clypeum; dat acuta cuspidis hastam: Dat galeam capitis; defenditur ægide pectus: Percussamq; sua simulat de cuspidis terram: Edere cum baccis fetum canentis oliuae: Mirarique Deos: operis victoria finis. Ut tamen exemplis intelligat amula laudis, Quod pretium speret pro tam furialibus ausis; Quattuor in partes certamina quattuor addit, Clara colore suo, breuib; distincta sigillis. Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Hannum, Nunc gelidos montes, in rta. in corpora quondam,

Nomina

Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum. 90 Altera Pygmaea fatum miserabile matris Pars habet, hanc Iuno victam certamine iussit. Esse gruam; populisq; suis indicere bellum. Pinxit & Antigone ausam contendere quondam. Cum magni consorte Iouis; quam regia Iuno. 95 In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi. Laomedonue pater; sumptis quin candida pennis Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. Qui superest solus Cinyran habet angulus orbum: Isq; * gradus templi natarum membra suarum. 100 Amplectens, saxoq; raris lacrimare videtur. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Is modus est; operisq; sua facit arbore finem.

* Iouis, & Iunonis: quod ipsi ex eodē patre nati eorum instar se mutuo turpiter amarent. Fab. 12 11.

Fab. v. * in quos eos Iuno se se ipsi praferentes commutauit.

FAB. XX. PICTAE IN TELA ARACHNES.

Arachne autem ut videretur per opera respondisse, sequentia telae intexuit: Iouem in taurum versum ob Europæ amorem. Item in aquilam, ut comprimeret Asterionem. Itē in olorem, ut Lédam Thestij filiam comprimeret. Item in Iasyonem, ut Nyctei filiam comprimeret. Item in Amphitryonem, ut Alcmenam Electionis filiam comprimeret. Item in aurum, ut Danaë Acrisij filiam comprimeret: in ignem, ut Alcopidam: duo sensus isti vltimi vno in versu continentur. Item in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret in serpentem, ut Deoidam. & hi duo sensus in vno versum veniunt. Neptuni præterea cupiditates inseruit: ita ut doceret eum in iuencum esse mutatum, ut Aeoli filiam Arne: aut, ut alij volunt, Menalippen, stupraret: in Enipeum, ut Iphimediā, ex qua nati Aloidæ in arietem, ut Bitalidem comprimeret. hi tres sensus in tribus versibus. Item in equum, ut Cererem: in equum volucrem, ut Gorgonem Medusam, ex qua equus Pegasus proditur natus: in delphinum, ut Deucalionis filiam Melantho. hi sensus continentur in tribus versibus. Apollinis præterea in eadē tela amoris furta intexuit, indicās eum in accipitrē, interdū in leonem fuisse conuersum. In pastorem quoque, ut Isem Macharæ filiam comprimeret. Item Liberum patrem in vuam, ut Erigonen comprimeret. Itē Saturnum in equum, ut Philyrā Oceani filiam, ex qua Chiron Centaurum dicitur procreasse, comprimeret.

L 2 Maonis

*Arachne Lydia
*Lib. 2. 879.
Iouis adulteria

*Meonis elusam designat imagine tauri
*Europam verum taurum, freta vera putares.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas; tactumque vereri
Asilientis aquae; timidisque recondere plantas.
Fecit & Asterien aquila luctante teneri.
Fecit & orinis Ledam recubare sub alis.
Addidit ut Satyri calatus imagine pulchram
Iupiter implet gemino *Nyctleida setu:
Amphitryon fuerit; cum te *Tynthia cepit:
Aureus ut Danden, *Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, varius *Deoïda serpens.
Te quoque mutatum toruo, Neptune, iuuenco
Virgine in Aeolia posuit, tu visus Empeus
Gignis Aloïdas: aries Bisaltida fallis.
Et te flava comas frugum, missima mater
Sensit equum: te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris: sensu delphina Melantho.
Omnibus his faciēque suam, faciēque locorum
Reddidit, est illic agrestis imagine Phæbus:
Utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Gesserit: ut pastor Machareïda luserit Iffen.
Liber ut Erigonen falsa deceperit vna:
Ut Saturnus equo geminum Chirona creavit.
Ultima pars telæ tenui circumdata limbo,
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

*Antiopam Ni-
cei filiam.
*Alcmena ab
vrbe cognomi-
na forori Am-
phytrionis.
*Aeginam Asopi
filiam.
*Proserpinam
F. Deus, i. Cere-
ris.
Neptuni adalte-
ria.
Apollinis adul-
teria.
Liberi & Sa-
turni.
*in equum mu-
tatus.

105

110

115

120

125

FAB. I. ARGUMENTVM.

Arachne, ordita tela, à Minerua cum contumella percussa, su-
spendio se affecit. Sed in ultimo casu propter studium, quod à Dea
acceperat, in araneam versa est, vt opere inutilli nullū sibi esse ad
capere posset. Plura verò opera Arachnes poeta retulit fuisse,
quàm Mineruæ, vt hanc scientia artis, quæ potior est, illam labo-
re contendisse demonstraret.

Non

Non illud Pallas, non illud carpere Linor
130 Possit opus, doluit successu flaua virago:
Et rupit pictas caelestia crimina vestes.
Vtq; Cyroniaco radium de monte tenebat:
Ter quater Idmoniæ frontem percussit Arachnes.
Non tulit infelix: laqueoque animosa ligavit
135 Gutturæ: pendentem Pallas miserata leuauit:
Atque ita, Viue quidem, pende tamen improba, dixit:
Lexque eadem pœnæ, ne sis secura futuri;
Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.
Post ea discedens succis *Hecateïdos herba.
140 Sparsit, & extemplo tristi medicamine tacta
Defluxere comæ; cum queis & naris, & aures:
Fitq; caput minimum; toto quoque corpore parua est.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent:
Cetera venter habet, de quo tamen illa remittit
145 Stamen; & antiquas exeret aranea telas.

Arachne in ara-
neam.

*aconiti, quod
Hecate F. Per-
mater Medæ
prima inuenis
Diodor. 5.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Niobe Tantalii filia Sipyllo vrbe Lydiæ orta, ob insolentiam A-
pollinis, ac Dianæ numen experta est. Nam ex Amphione septem
filiis, totidemque virginibus editis dum comitata pãderet, &
quodam tempore Manto Tirefiz filia responso monuisset Theba-
nos, vt Latonæ, & liberis eius per preces, thura redderēt, sola ex-
stitit, quæ sacrificio interesse noluerit, prædicans se potētiorē
esse numine Dæ, ac liberis eius. Itaq; oratione instructa Latona,
quæta cum filiis quod suarum iniuriarum ultores non essent, A-
pollo igitur & Diana teçi nubibus, vt præceperat genitrix, The-
bas venerunt, ac Niobes filios cū in campo equis exercerētur,
sagittis necauerunt. Quorum nomina hæc sunt: Ilienus, Sipylus,
Phædimus, Tantalus, Alphenor, Damastion, Ilioneus. Pater Am-
phion post necem filiorum ferro se interfecit. Nec minor violen-
tia desit esse Niobæ, quod Diana indignè tulit: nam virgines pa-
ri calamitate affecit. Vita nouissimè Niobe flens decessit, turbi-
neque ventorum in patriam Sipylum delata est, celsisque in fili-
cem voluntate Apollinis & Dianæ.

Lydia tota fremit: Phrygiæq; per oppida facti

L 3

Rumor

Rumor it; & magnum sermonibus occupat orbem.
 Ante* suos Niobe thalamos cognouerat illam,
 Tunc cum Mæoniæ virgo, Siphylumque colebat.
 Nec tamen admonita est pæna popularis Arachnes
 Cedere calitibus, verbisque minoribus uti. 150
 Multa dabant animos: sed enim nec coniugis * arces,
 Nec genus amborum, magnique potentia regni,
 Sic placuere illi, quamuis ea cuncta placerent;
 Ut sua progenies: & felicissima matrum
 Dicta foret Niobe; si non sibi visa fuisset. 155
 Nam fata Tiresia venturi præscia Manto
 Per medias fuerat, diuino concita motu,
 Vaticinata vias: Ismenides ite frequentes:
 Et date Latona, * Latonigenisq; duobus, 160
 Cum prece tura pia; lauroq; innectite erinem.
 Ore meo Latona iubet paretur: & omnes
 Thebaides in suis sua tempora frondibus ornant:
 Turaq; dant sanctis, & verba precantia flammis.
 Ecce venit comitum Niobe: cece berrima turba;
 Vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro,
 Et, quantum ira finit, formosa: mouensq; decoro
 Cum capite immisos humerum per utrumq; capillos,
 Constitit: utq; oculos circumtulit alta superbos;
 Quis furor auditos, inquit, præponere visis
 Celestes? aut cur colitur Latona per aras? 170
 Numen adhuc sine ture meū est? mihi Tantalus auctor:
 Cui licuit soli superiorum tangere mensas.
 Pleiadum soror est * genitrix mea; maximus Atlas
 Est auus; æthereum qui fert ceruicibus axem. 175
 Iupiter * alter auus; socero quoque gloriōr illo.
 Me gentes metuunt Phrygiæ; me regia Cadmi
 Sub domina est; fidibusq; mei * commissa mariti

*antequam Amphioni nuptum tradereur.

*Amphion Iouis ex Antiope F. Thebanæ arcis cōditor. Horat.

*Apollini & Dianæ.

Tantantia Niobes.

*Taygeta. *paternus, nam Tantalus Iouis fuit filius ex Plote. *faxis ipsius citharam sequentibus ad locum usque moenium, ubique vocatis.

Menia

Mænia cum populis à meq; viroq; reguntur.
 180 In quacumque domus adueri lumina partem;
 Immensa spectantur opes. accedit eodem
 Digna Dea facies. huc natas adijce septem,
 Et totidem iuuenes, & mox generosq; nurusq;
 Querite nunc habeat quam nostra superbia caussam.
 185 Quoq; modo audetis gentam Titanida Ceo
 Latonam præferre mihi; cui maxima quondam
 Exiguam sedem paritura terra negauit?
 Nec celo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta est.
 Exsul erat mundi; donec miserata vagantem,
 190 Hospita tu terris erras, ego, dixit, in vndis,
 *Instabilemq; locum Delos dedit, illa duorum
 Facta parens: uteri pars est hæc septima nostri.
 Sum felix: quis enim neget hoc? felixq; manebo.
 Hoc quoque quis dubitat? tutam me copia fecit.
 195 Maior sum, quam cui possit fortuna nocere.
 Multaq; ut eripiat; multo mihi plura relinquet.
 Excessere metum mea iam bona, fingite demi
 Huic aliquid populo natorum posse meorum:
 Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum.
 200 I te satis properé sacris; laurumq; capillis
 Ponite, deponunt; & sacra infecta relinquunt:
 Quodq; licet, tacito venerantur murmure numen
 Latonæ turba quantum distabat ab orba,
 Indignata Dea est; summoq; in vertice Cynthi
 205 Talibus est dictis gemina cum prole locuta:
 En ego vestra parens, vobis animosa creatis,
 Et nisi Iunoni, nulli cessura Dearum,
 An dea sim dubitor: perq; omnia secula cultis
 Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
 210 Nec dolor hic solus; diro conuicia facta

*ob frequentes ibi terræ motus

L 4

Tai talis

Tantalus cum
deorum epulis
adhibitus esset,
eorum arcana
vulgavit.

Mors filiorum
vix Niobes.

Equum cursui
permisit, tanquam
aufugiturus.

ad cursum in-
citata.

Tantalus adiecit: vosq; est postponere natis.
 Ausa suis: & me, quod in ipsam recidat, orbam;
 Dixit; & exhibuit linguam scelerata *paternam.
 Adiectura preces erat his Latona relatis:
 Desine Phœbus ait; pœna mora longa querela est. 215
 Dixit idem Phœbe; celeriq; per aëra lapsu:
 Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
 Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus;
 Assiduis pulsatus equis; ubi turba rotarum,
 Durâque mollierat subiectas ungula glebas. 220
 Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
 Conscendant in equos; Tyriôque rubentia succo
 Terga premunt; auro granidis moderantur habenis.
 E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
 Prima sue fuerat, dum certum flectit in orbem 225
 Quadrupedis cursus; spumantiâque ora coërcet;
 Hæc mihi conclamat; mediôque in pectore fixa
 Tela gerit; frenisq; manu moriente remis
 In latus à dextro paulatim destitit armo.
 Proximus audito sonitu per mane pharetræ 230
 *Frena dabit Sipylus; vebuti cum præsciis imbres
 Nube fugit visa; pendentiâque undique rector
 Carbasa deducit; nequa levis effluat aura.
 Frena tamen dantem non euitabile telum
 Consequitur; summâque tremens ceruice sagitta 235
 Hæsit; & exstabat nudum de gutture ferrum.
 Ille, ut erat pronus, per crura *admissa, iubasq;
 Voluitur; & calido tellurem sanguine fœdat.
 Phœdimus infelix, & auri nominis heres
 Tantalus, ut solito finem imposuere labori; 240
 Transferant ad opus nitide iuvenile palæstræ;
 Et iam contulerant arcto luctantia nexu

Pectora

Pectora pectoribus; cum tento concita neruo,
 Sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta.
 245 Ingemuere simul: simul incuruata dolore
 Membra solo posuere; simul suprema iacentes
 Lumina versarunt; animam simul exhalarunt.
 Adspicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
 Euolat; ut gelidos complexibus alleuet artus:
 250 Inq; pio cadit officio. nam Delius illi
 Intima fatifero rupit præcordia ferro.
 Quod simul eductum est; pars est pulmonis in hamis
 Eruta: cuiq; anima: cruor est effusus in auras. *cum cruore
 At non inotsum simplex Damasciorum vulnus anima.
 255 Afficit; ictus erat quæ crus esse incipit, & quæ
 Mollia nervosus facit internodia poples.
 Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum;
 Altera per iugulum pennis tenuis acta sagitta est.
 Expulit hanc sanguis; qui se iaculatus in altum
 260 Emitat; & longe terebrata prosilit aura.
 Vltimus Ilioneus non profectura precando
 Brachia sustulerat; Diiq; ô communiter omnes
 Dixerat; ignarus non omnes esse rogandos; *Tum rogandæ
 Parcite. motus erat, cum iam reuocabile telum erant Latona,
 265 Non fuit, Arcitenens. minimo tamen occidit ille Diana, Apollo.
 Vulnere, non alte percusso corde sagitta.
 Fama mali, populiq; ue dolor, lacrimaq; suorum
 Tam subita matrem certam fecere ruina,
 Mirantem potuisse, irascentemque, quod ausi
 270 Hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.
 Nam pater Amphion ferro per pectus adacto,
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
 Hæc quantum hæc Niobe Niobe distabat ab illa;
 Quæ modo Latonis populum summonerat aris:

L 5

Et mediam tulerat gressus resupina per urbem 275
 Inuidiosa suis: at nunc miseranda vel hosti,
 Corporibus gelidis incumbit; & ordine nullo
 Oscula dispensat natos suprema per omnes.
 A quibus ad caelum liuentia brachia tollens,
 Pascere crudelis nostro Latona dolore, 280
 Pascere, ait; satiaq; meo tua pectora luctu:
 Corq; ferum satia; dixit: per funera septem
 *Efferor: exsulta; victrixq; inimica triumphat.
 Cur autem victrix? misera mihi plura supersunt,
 Quam tibi felici; post tot quoque funera vinco. 285
 Dixerat. & sonuit contento neruus ab arcu:
 Qui, prater Nioben vnā, conterruit omnes.
 Illa malo est audax. stabant cum vestibus atris
 Ante toros fratrum demisso crine sorores.
 E quibus vna trahens haerentia viscere tela, 290
 *Imposito fratri moribunda relanguit ore.
 Altera solari miseram conata parentem,
 Conticuit subito; *duplicataq; vulnere caco est:
 Oraq; compressit; nisi postquam spiritus ibat.
 Hæc frustra fugiens collabatur: illa sorori 295
 Immoritur; latet hæc; illam trepidare videres.
 Sexq; datis leto, diuersaq; vulnera passis,
 Vltima restabat; quam toto corpore mater,
 Tota veste tegens, Vnam, minimamq; relinque:
 De multis minimam posco, clamauit, & vnā: 300
 Dumq; rogat; pro qua rogat, occidit. orba resedit
 Exanimis inter natos, natasq; virumq;
 Dirigitq; malis: nullos mouet aura capillos:
 In vultu color est sine sanguine; lumina mæstis
 Stant immota genis; nihil est in imagine viuum. 305
 Ipsa quoque interius cum duro lingua palato

*dolore vicia morior.

Mors vij. filiarū Niobæ.

*lectulos, quibus erant efferendi.

*applicans illi os veluti osculatura.

*incuruata

Niobe in mar- mor.

Con-

Congelat; & venæ desistunt posse moueri.
 Nec flecti ceruix, nec brachia reddere motus,
 Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.
 310 Flet tamen; & validi circumdata turbine venti
 In patriam rapta est. ibi fixa cacumine montis
 Liquitur, & lacrimis etiam nunc marmora manant.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Latona: Cæi filia cum Iunonis ira ob adulteriū ex Ioue cō-
 ceptos Apollinem & Dianam parere nō posset, & nulla eam er-
 rantem regio reciperet, nouissimè venit in Lyciam. & cum ex
 ardore ætus, ac longitudine viæ sitim sedare veller, ab iis qui
 vluam, & iuncum secundum lacum legebant, prohibita est pro-
 pius accedere. Quamobrem accensa ira digrediens petit à Deis,
 vt accolere nunquam stagno carerent. Auditis itaque precibus e-
 ius, Iupiter agricolas in speciem ranarum transfigurauit.

Tunc vero cuncti manifestam numinis iram
 Femina, virq; timent: cultuq; impensius omnes
 315 Magna gemelliparæ venerantur numina diuæ.
 Vtq; sit, à facto propiore priora renarrant.
 E quibus vnus ait: Lycia quoque fertilis agris
 Non impune Deam veteres spreuere coloni.
 Res obscura quidem est ignobilitate virorum:
 320 Mira tamen vidi præsens stagnumq; locumq;
 Prodigio notum. nam me iam grandior æuo,
 Impatiensq; via genitor, deducere lectos
 Iusserat inde boues; *gentisq; illius eunti
 Ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustris;
 325 Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
 Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
 Restitit; & pauido, faueas mihi, murmure dixit
 Dux meus: & simili, Faueas mihi, murmure dixi.
 Naiadum, Faunine foret tamen ara rogabam,
 330 Indigenæue Dei; cum talia rettulit hospes:
 Non hac ô inuenis montanum numen in ara est.

*Lycium

*sacrificiorum ciacere.

III

Xarona, sup. 126 Illa suam vocat hanc; cui quondam regia conitæ
Orbem interdixit: quam vix erratica Delos

Errantem accepit, tunc cum leuis insula nabat.

Illic incumbens cum Palladis arbore palma;

Edidit inuita geminos Latona nouerca.

Hinc quoque lunonem fugisse puerpera fertur:

Inq; suo portasse sinu duo numina natos.

Iamq; Chimærifera, cum sol grauis vreret aruas;

Finibus in Lycia, longo Dea fessa labore,

Sidereo siccata sitim collegit ab æstu:

Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati.

Fortè lacum mediocris aquæ prospexit in imis

Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant

Vimina cum iuncis, gratamque paludibus vluam:

Acceßit, positoque genu Titania terram

Preßit; vt hauriret gelidos potura liquores.

Rustica turba vetat: Dea sic affata vetantes:

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Nec solem proprium natura, nec aëra fecit;

Nec tennes vndas ad publica munera veni.

Que tamen vt detis, supplex peto, non ego nostros

Abluere hic artus, lassataque membra parabam;

Sed releuare sitim, caret os humore loquentis:

Et fauces arent: vixq; est via vocis in illis.

Hautus aquæ mihi nectar erit: vitamque fatebor

Accepisse; simul vitam dederitis in vndis.

Hi quoque vos moueant; qui nostro brachia tendunt

Parua sinu: & casu tendebant brachia nati.

Quem non blanda Dea potuissent verba mouere?

Hi tamen orantem perstant prohibere: minasq;

Ni procul abscedat, conuiciaq; insuper addunt.

Nec satis est: ipsos etiam pedibusq; manuque

Turba-

Accessu vnde.

335

340

345

350

355

360

Turbauere lacus; imoq; è gurgite mollem

365 Huc, illuc limum saltu mouere maligno.

Sustulit ira sitim; neque enim iam filia Cæi

Supplicat indignus; nec dicere sustinet vltra

Verba minora Dea: tollensq; ad sidera palmas,

Aeternum stagno, dixit, viuatis in isto.

370 Eueniunt optata Dea: iuuat esse sub vndis:

Et modo tota caua summerge membra palude;

Nunc proferre caput; summo modo gurgite naues;

Sæpe super ripam stagni consistere; sæpe

In gelidos resilire lacus: sed nunc quoque turpes

375 Litibus exercent linguas; pulscq; pudore,

Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.

Vox quoque iam rauca est; inflataq; colla tumescunt:

Ipsaq; dilatant patulos conuicia rictus:

Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:

380 Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:

Limosq; nouæ saliant in gurgite ranae.

F A B. V. A R G V M E N T V M.

Satyrus nomine Marfyas, dum cum Apolline tibiis contendis, (quas Minerva inuenisse proditur) per audaciam, quod Deo cedendum non putaret, suspensus est, ac cure nudatus: quem nymphæ, ac Satyri, ceterique ruris incolæ ita fletu profecuti sunt, quod eius cantu carituri essent, vt lacrymis eorum flumen increuerit, quod eius nomine in Phrygia à prioribus nostris nuncupari videtur.

Sic ubi nescio quis Lycia de gente virorum

Rettulit; exitium Satyri reminiscitur alter:

Quem Tritoniaca Latons arundine victum

385 Affecit pœna, quid me mihi detrahis? inquit.

Ah piget: ah non est, clamabat, tibia tanti.

Glamanti cutis est summos direpta per artus:

Nec quicquam nisi vulnus erat, cruor vndique manat:

De-

* sup. 185.

Lycij rustici in ranas.

Nympharum, satyrorum, rusticorumque lacrimæ ob excoriatum Marfyam in flumen. tibia, cuius inuentio debetur Palladi. Fast. 6, 697. Apollo Latons filius

Detectiq; patent nervi: trepidaq; sine vlla
 Pelle micant vena; salientia viscera posses, 390
 Et pellucentes numerare in pectore fibras.
 Illum ruricola silvarum numina Fauni,
 Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
 Et Nympha stierunt: & quisquis montibus illis
 Lanigerosq; greges, armenta; & buccera pavit. 395
 Fertilis immaduit, madefactaq; terra caducas
 Concepit lacrimas, ac venis perbibit inuis.
 Quas ubi fecit aquas; vacuas emisit in auras.
 Inde petens rapidum ripis declivibus equor,
 Marsya nomen habet, Phrygia liquidissimus annis. 400

*cornuta.de bu-
 bus dicitur
 Fest.& Lucret.5.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Tantalus epulis Iouis cum interesset, velleq; experiri an fu-
 tura prospiceret, inuitato ad epulas Pelopis filij interempti vi-
 scera reliquis dapibus immista apposuit. Quo pro merito puni-
 to, Dij misericordia moti, qui conuiuij participes fuerant, par-
 tes viscerum Pelopis composuerunt, & humerus qui deerat, de
 ebore effectus est.

Talibus exemplis redit ad presentia dictis.

Pelopis humerus 405
 e carneo in ebur
 neum.
 *Tantali F. Nio-
 bz frater.
 Vulgus: & extinctum cum stirpe Amphiona luget.
 Mater in inuidia est: hanc tunc quoque dicitur vnus
 Fleisse *Pelops: humeroq; suas a pectore postquam
 Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
 Concolor huic humerus nascendi tempore dextro,
 Corporeusq; fuit. manibus mox caesa *paternis
 Membra ferunt iunxisse Deos; aliisq; repertis,
 Qui locus est iuguli medius, summisq; lacerti,
 Desuit. impositum est non comparentis in usum
 Partis ebur; factosq; Pelops fuit integer illo. 410

*a Tantalos, qui
 ea Diis apposuit,
 vt experiretur,
 num omnia
 scirent.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Tereus Marcis filius Thracum rex, cum auxilia multis regibus
 ferret, Pandioni quoque Athenis regnanti cum a proximis ciui-
 tibus oppugnaretur, no desuit. Quamobrem filiam suam Pro-
 gnes

gne illi in matrimonium dedit. Quae deportata in mariti regnu
 cum ex intercapediac sororem Philomelam desideraret, petit a
 Tereo, vt proficisceretur Athenas, sorore sibi ad solenne sacrificiu
 adducturus. Qui vt Athenas peruenit, soceri vsus hospitio in Ph
 lomela incidit amorem, quam secum digressus madato coniu-
 gis duxit in Thraciam. Stabulis autem suis violatam claudit, vt
 sine cuiusquam suspitione ad eam sepius conueneret. Linguam,
 ne commissa elequi posset, ei truncauit. Vxori vero mētibus est
 dixit enim sororem eius interisse. At Philomela, quae lingua
 proderere non poterat, vesti iniecit notis literarū, quam vni de-
 dit perferenda sorori. Qua inspecta, cum coniugis libidinem, ca-
 sumque germanae comperisset, conditit sacra celebrare Libero
 pari, moreq; bacchantis ad stabula venit, ac sorore raptam in
 regiam ducit. Iym filium interemit, & epulandum patri appo-
 suit. Quo expleus Tereus, filium Iym desiderat: eius caput in
 Terei sinum abiecerunt, dicentes: Intus habes quem desideras.
 Tereus cum intellexisset scelus fecere vltum esse, coniugem so-
 roremque coniugis persequitur: deorum autem voluntate versi
 sunt in aues, Progne in hirundinem, Philomela in luciniam, Te-
 reus in epopem, Iys in plianum, Pandion dolore natarum actus
 caruit vita: regnum eius filius Erichtheus possedit.

Finitimi proceres coeunt; vrbesq; propinqua
 Orauerē suos ire ad *solatia reges,
 Argosq; & Sparte, *Pelopeiadesq; Mycenae,
 415 Et nondum toruē Calydon *inuisa Diana,
 Orchomenosq; *ferax, & nobilis ere Corinthos,
 Messeneq; *ferox, Patrāq; *humilesq; Cleonae,
 Et Nelea Pylos, nec adhuc *Pittheia Træsen,
 Quaeq; vrbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo,
 420 Exteriusq; sita bimari spectantur ab Isthmo.
 Credere quis posset? sola cessastis Athenae.
 Obstetit officio bellum: subuectaq; Ponto
 Barbara Mosopios terrebant agmina muros.
 Threicius Tereus haec auxiliariibus armis
 425 Fuderat: & clarum vincendo nomen habebat.
 Quem sibi Pandion opibusq; virisq; potentem,
 Et genus a magno ducentem sorte Gradino;
 Connubio Prognēs iunxit, non pronuba Iuno,

*Pelopis, cuius
 soror cum om-
 nibus liberis
 fuerat extincta
 *quod eas Pello-
 pidæ postea au-
 xerint. Strabo 8.
 *ob Oenea regē
 *Arcadix opp.
 Homero
 πολλύμνων.
 *ob suscepta to-
 ties bella pro li-
 bertate.
 *ob quantitatem
 nō ob situm, est
 enim in monte.
 *a Pittheo P.
 Aethæ, aut The-
 sei.

Not

*Omnia nuptiarum
inauspicata.*

Non Hymeneus adest, non illi Gratia lecto.

430

Eumenides tenere faces de funere raptas:

Eumenides struere torum: tectoque profanus

Incubuit bubo: thalamiq; in culmine sedit.

Hac aue coniuncti Progne, Tereuq; parentes

Hac aue sunt facti: gratata est scilicet illis

Thracia: Dii: que ipsis grates egere: diemq;

435

Quoque data est claro Pandione nata tyranno:

Quoque erat ortus Ilys: festum iussere vocari.

Vsque adeo latet utilitas. iam tempora Titan

Quinque per autumnos repetitis duxerat annis;

Cum blandita viro Progne, Si gratia, dixit,

440

Vlla mea est; vel me visendam mitte sorori:

Vel soror huc veniat: redituram tempore paruo

Promittes socero: magni mihi muneris instar

Germanam vidisse dabis. iubet ille carinas

In freta deduci: veloque, & renige portus

445

Cecropios intrat: Pyreaque litora tangit.

Vt primum soceri data copia; dextera dextra.

Iungitur: infauslo committitur omine sermo.

Cæperat aduentus causam mandata referre

Coniugis; & celeres missæ spondere recursu.

450

Ecce venit magno diues Philomela paratu,

Diuitior forma: quales audire solemus

Naidas, & Dryadas mediis incedere siluis:

Si modo des illis cultus, similisque paratus.

Non secus exarsit conspecta virgine Tereus:

455

Quam si quis canis ignem supponat aristis:

Aut frondem, positasq; cremet fenilibus herbas.

Digna quidem facies: sed & hunc innata libido

Exstimulat: pronumq; genus & regionibus illis

In Venerem est: flagrat vitio genitricis, suoque.

460

*Vnde & hono-
ris loco ducunt
multiplex con-
iugii. Solin. 16.*

Imp

Inapetus est illi, comitum corrumpere curam,

Nutricisq; fidem; nec non ingenibus ipsam

Sollicitare datis, totumq; impendere regnum;

Aut rapere, & seuo raptam defendere bello.

muneribus

465 Et nihil est, quod non effreno captus amore

Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammæ.

Iamq; moras male fert: cupidoq; reuertitur ore

Mandata ad Prognem: & agit sua vota sub illa.

Facundum faciebat amor: quotiesque rogabat

470 Vltimus iusto, Prognem ita velle ferebat.

Addidit & lacrimas; tamquam mandasset & illas

Pro superi, quantum mortalia pectora cæca

Noctis habent? ipso scelere molimine Tereus

Creditur esse pius: laudemque à crimine sumit.

475 Quid quod idem Philomela cupit? patriosq; lacertis

Blanda tenens humeros, ut eat visura sororem,

Petque suam, contrahq; suam, petit illa, salutem.

Spestat eam Tereus: præconrectatque videndo:

Osculaque, & collo circumdata brachia cernens,

480 Omnia pro stimulis, facibusq; , ciboq; furoris

Accipit, & quoties amplectitur illa parentem;

Esse parens vellet: neque enim minus impius esset.

Vincitur amborum genitor prece, gaudet, agitq;

Illam patri grates: & successisse duabus

485 Id putat infelix; quod erat lugubre duabus.

Iam labor exiguus Phæbo restabat: equique

Pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi:

Regales epulæ mensis, & Bacchus in auro

Ponitur. hinc placido dantur sua corpora somno.

490 At rex Odrysus, quamuis secersit, in illa

Aestuat: & repetens faciem, motusque, manusq;

Qualia vult, singit, quæ nondum vidit: & ignes

*etiam ipsi si
esset pater.*

*pro ipsorum,
vide quæ anno-
tauimus ad Fast.
2. 891.
* ab Odrysa Thra-
cia vrbe, & ei
cognomine po-
pulo.*

M

Ips

Philomena cō-
spicitur Tereo.

Ipsē suos nutrit, cura remouente soporem.
 Lux erat: & generi dextram complexus euntis
 Pandion, comitem lacrimis commendat obortis: 495
 Vt voluere amba, voluisti tu quoque Tereus;
 Hanc ego care gener, quoniam pia causa coegit,
 Do tibi: perq; fidem, cognataq; pectora supplex,
 Per superos oro; patrio ut tuearis amore:
 Et mihi sollicito lenimen dulce senecta 500
 Quam primum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
 Tu quoque quam primum (satis est vidisse sororem)
 Si pietas vlla est; ad me Philomela redito.
 Mandabat; pariterq; sua dabat oscula nata:
 Et lacrimae mites inter mandata cadebant. 505
 Utq; fide pignus dextras utrasq; poposcit;
 Inter seq; datas iunxit; natamq; nepotemq;
 Absentes pro se memori, rogat, ore saluent:
 Supremumq; vale, pleno singultibus ore,
 Vix dixit: timuitq; suae praesagia mentis. 510
 At, simul imposta est picta Philomela carinae;
 *Admotumq; fretum remis, tellusq; repulsa est;
 Vicinus exclamat: mecum mea vota feruntur:
 Exultatq; & vix animo sua gaudia differt
 Barbarus: & nusquam lumen deorquet ab illa. 515
 Non aliter, quam cum pedibus praedator aduncis
 Deposuit nido leporem Iouis ales ab alto:
 Nulla fuga est capto: spectat sua premia raptor.
 Iamq; iter effectum est: iamq; in sua litora sessis
 Puppibus exierant; cum rex Pandione natam 520
 In stabula alta trahit, siluis obscura vetustis.
 Atque ibi pallentem, trepidamq; & cuncta timentem,
 Et iam cum lacrimis ubi sit germana rogantem,
 Includit: fassusq; nefas, & virginem, & unam

*dixit ut confet
antithesis in ad-
moto mari &
repulsa tellure.

*sic sup. 512.
& l. 2. 720.
*exadum, con-
fectum.

Vi

525 Vi superat, frustra clamato saepe parente,
 Saepe sorore sua, magnis super omnia diuis.
 Illa tremit, velut agna panens, quae saucia cani
 Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur:
 Utq; columba suo madefactis sanguine plumis
 530 Horret adhuc, auidosq; timet, quibus haeserat, unguis.
 Mox ubi mens redijt; passos laniata capillos,
 Lugeni similis, caesis plangore lacertis,
 Intendens palmas, o diris Barbare factis,
 O crudelis ait; nec te mandata parentis
 535 Cum lacrimis mouere pijs, nec cura sororis;
 Nec mea virginitas, nec coniugalia iura.
 Omnia turbasti. pellex ego facta sororis:
 Tu geminus coniux. non haec mihi debita poena.
 Quin animam haec (ne quod facinus tibi perfide restet)
 540 Enpis? atq; utinam fecisses ante nefandos
 Concubitus: vacuas habuissem criminis umbras.
 Si tamen hoc superi cernunt; si numina diuum
 Sum aliquid; si non perierunt omnia mecum,
 *Quandocunq; mihi poenas dabis: ipsa pudore
 545 Proiecto tua facta loquar: si copia detur,
 In populos veniam: si siluis clausa tenebor;
 Implebo siluas: & conscia saxa mouebo.
 Audiet haec aether, & si Deus vllus in illo est.
 Talibus ira feri postquam commota tyranni;
 550 Nec minor hac metus est. causa stimulatus utraq;
 Quo fuit accinctus, vagina liberat ense:
 Arreptamq; coma, flexis post terga lacertis
 Vincula pati cogit. iugulum Philomela parabat:
 Spemq; suae mortis viso conceperat ense.
 555 Ille indignantem, & nomen patris vsque vocantem,
 Luclantemq; loqui, comprehensam forcipe linguam

*quandoque. Sic
contra interdum
quandoque pro
quandocunq;
vsurpant.

M 2

Ab-

Tereus linguam
Philomelæ ex-
secas.

Abstulit ense fero radix micat ultima lingua:
 Ipsa iacet: terraq; tremens innummurat atræ:
 Utque salire solet mutilata cauda colubræ;
 Palpitat: & moriens dominæ vestigia querit. 560
 Hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur
 Sæpe sua lacerum repetisse libidine corpus.
 Sustinet ad Prognen post talia facta reuerti.
 Coniuge quæ viso, germanam querit: at ille
 Dat genitus fictos: commentaque funera narrat. 565
 Et lacrimæ fecere fidem. Velamina Progne
 Deripit ex humeris auro fulgentia lato:
 Induiturque atras vestes: & inane sepulcrum
 Constituit: falsisque piacula manibus infert:
 Et luget non sic lugendæ fata sororis.
 Signa Deus bis sex actō lustrauerat anno. 570
 Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit:
 Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo:
 Os matum facti caret indice grande doloris
 Ingenium est: miserisque venit solertia rebus. 575
 Stamina barbarica suspendit candida tela:
 Purpureasque notas filis intexuit albis,
 Indicium sceleris: perfectaque tradidit vni:
 Utque ferat dominæ gestu rogat. illa rogata
 Pertulit ad Prognem: nec scit quid tradat in illis. 580
 Evoluit vestes seui matrona tyranni:
 Fortunaque suæ cæcæ miserabile legit.
 Et (mirum est potuisse) silet. dolor ora repressit:
 Verbaque querenti satis indignantia linguæ
 Desuerant: nec flere vacat: sed fasque nefasque 585
 Confusura ruit: pœnaque in* imagine tota est.
 Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
 Sithonia celebrare nurus. nox conscia sacri:

*cenotaphium.

ipsi clausæ pro-
hibet.

ut consequatur
cogitatione cõ-
modâ & dignâ
eo pœnæ formâ.

Noctæ

Noctæ sonat Rhodope tinnitibus æris acuti:
 Noctæ sua est egressa domo regina: Deique 590
 Ritibus instruitur: furialiaque accipit arma.
 Vite caput tegitur: lateri ceruina sinistro
 Vellera dependent: humero leuis incubat hasta.
 Concita per silvas turba comitante suarum
 595 Terribilis Progne, furisq; agitata doloris,
 Bacche tuas simulat: venit ad stabula auia tandem:
 Exululatque: euoëque sonat: portasque refringit:
 Germanamque rapit: raptæque insignia Bacchi
 Induit: & vultus hederarum frondibus abdit:
 600 Attonitamque trahens intra sua mœnia ducit.
 Ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam;
 Horruit infelix: totoque expalluit ore.
 Nacta locum Progne, sacrorum *pignora demit:
 Oraque deuclat miseræ pudibunda sororis:
 605 Amplexumque petit. sed non attollere contra
 Sustinet hæc oculos, pellex sibi visa sororis:
 Deiectoque in humum vultu iurare volenti,
 Testarique Deos, per vim sibi dedecus illud
 Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
 610 Non capit ipsa suam Progne: fletumque sororis
 Corripit: Non est lacrimis hoc, inquit, agendum,
 Sed ferro; seu si quid habes, quod vincere ferrum
 Possit. in omne nefas ego me germana paravi.
 Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo:
 615 *Artificem mediis immittam Tereæ flammis:
 Aut linguam, aut oculos, & quæ tibi membra pudorem
 Abstulerant ferro rapiam: aut per vulnera mille
 Sontem animam expellam. magnū est quodcumq; paravis
 Quid sit, adhuc dubito. peragit dum talia Progne;
 620 Ad matrem veniebat Itys. quid possit, ab illo

Baccharum ha-
bitus.

*insignia Bacchi

autorem scele-
ris tanta arte og
cultati.

M 3

Ad

Admonita est: oculisq; tuens immitibus, Ah quam
 Es similis patri, dixit. nec plura locuta,
 Triste parat facinus, tacitaq; exaestuat ira.
 Vt tamen accessit natus; matrisq; salutem
 Attulit; & paruis adduxit colla lacertis;
 Mistaq; blanditiis puerilibus oscula iunxit;
 Mota quidem est genitrix: infractaq; constitit ira:
 Inuitiq; oculi lacrimis maduere coactis.
 Sed simul ex nimia mentem pietate labare
 Sensit; ab hoc iterum est ad vultus versa sororis;
 Inq; vicem spectans ambos, Cur admouet, inquit,
 Alter blanditias? rapta filet altera lingua?
 Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?
 Cui sis nupta vide Pandione nata marito:
 Degeneras: scelus est pietas in coniuge Tereo.
 Nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica cerua
 Lactentem fetum per silvas Tigris opacas.
 Utq; domus alta partem tenuere remotam;
 Tendentemq; manus, & iam sua fata videntem,
 Et mater, mater clamantem, & colla petentem
 Ense ferit Progne, lateri qua pectus adharet.
 Nec vultum vertit. satis illi ad fata vel unum
 Vulnus erat: iugulum ferro Philomela resoluit:
 Viuaq; adhuc, animiq; aliquid retinentia membra
 Dilaniat. pars inde cauis exultat aenis:
 Pars verubus stridet. manant penetralia tabo.
 His adhibet coniux ignatum Terea mensis:
 Et patrij moris sacrum mentita, quod uni
 Fas sit adire viro, comites, famulosq; remouit.
 Ipse sedens solio Tereus sublimis auito
 Vescitur: inq; suam sua viscera congerit aluum.
 Tantaq; nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.

Hypallage, pro
lacertos collo
adducit

Progne Ityn
filium appo-
nit Tereo patri
genorandum.

625

630

635

640

645

650

Disi-

Disimulare nequit crudelia gaudia Progne:
 Iamq; sua cupiens existere nuntia cladis,
 655 Intus habes, quem poscis, ait. circumspicit ille:
 Atque ubi sit, querit. querenti, iterumq; vocant
 Sicut erat sparsis furiali cade capillis,
 Prosiluit: Ityosq; caput Philomela cruentum
 Misit in ora patris: nec tempore maluit vello
 660 Possit loqui: & membris testari gaudia dictis.
 Thracius ingenti mensas clamore repellit:
 Vipereasq; ciet Stygia de valle sorores:
 Et modo, si posset, resecat pectore diras
 Egerere inde dapes, demersaq; viscera gestit:
 665 Flet modo: seq; vorat bustum miserabile nati:
 Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.
 Corpora Cecropidum pennis pendere putares:
 Pendebant pennis: quarum petit altera silvas:
 Altera tecta subit: neque adhuc de pectore cadis
 670 Excessere nota: signataq; sanguine pluma est.
 Ille dolore suo, pœnæq; cupidine velox
 Vertitur in volucrum: cui stant in vertice cristæ:
 Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum.
 Nomen Epops volueri: facies armata videtur.
 675 Hic dolor ante diem, longæq; extrema senectæ
 Tempora, Tartareas Pandionæ misit ad umbras.

Progne in hircum
dinem, Philome-
la in lusciniam,
Tereus in v. pupa

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Aquilo cum Orithyiam Erichthei filiam diligeret, neq; vllis
 precibus a parentibus puella impetrare potuisset, ut se in affoi-
 tatem reciperent, suis viribus vsus Athenas venit; puellamq; ra-
 ptam in Thraciam pertulit, ibique gravidam fecit: ex qua gemit-
 nos Zetem & Calain procreauit: quorum postea humeris alq; in-
 creuerunt, per quas parentis imaginem referrent.

Sceptra loci, rerumq; capit moderamen Erichtheus,
 Iustitia dubium, validisne potentior armis.

M 4

Quat-

Quatuor ille quidem iuuenes, totidemque creatat
Femineæ sortis: sed erat par forma duarum. 680

^{Deionci F.}
^{Aeoli N.}
^{Fama Thraciz}
^{crudelitatis de-}
^{terreas Orithyia}
^{à nuptiis Boreæ.}
E quibus *Aeolides Cephalus te coniuge felix
Procri fuit. Boreæ Terens, *Thracæque nocebant:

Dilectaque diu caruit Deus Orithyia;
Dum rogat, & precibus manult, quam viribus uti.

Ast ubi blanditq; agitur nihil; horridus ira
Que solita est illi, nimumque domestica vento;

^{careo mea di-}
^{lecta.}
Et æmerno, dixit: quid enim mea tela reliqui?
Seuitiam, & vires, iramque, animosque minaces?

Admouiq; preces; quarum me dedecet usus?
Apta mihi vis est: hac tristia nubila pello: 690

Hac freta concutio, nodosaque robora verto,
Induroque niues, & terras grandine pulso.

Idem ego, cum fratres celo sum nactus aperto:
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor;

^{con-}
^{molimine}
^{tormentis}
^{atq;}
^{uigilantibus}
Ut medius nostris concursibus insonet æther;
Exiliantque cauis elisi nubibus ignes. 695

Idem ego, cum sub conuexa foramina terræ;
Supposuique ferox mis mea terga cauernis;

Sollicito manes, totumque tremoribus orbem
Hac ope debueram thalamos petisse: socerque 700

Non orandus erat mihi, sed faciendus Erichtheus.
Hæc Boreas aut his non inferiora locutus,

Excussit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata est: tellus: lat umque perhorruit æquor.

^{ob pulueres}
^{qui eius sicca-}
^{te plurimi exti-}
^{sentur.}
^{Orithyiam Bo-}
^{reas rapit.}
*Pulueremque trahens per summa cacumina pallam, 705
Verrit humum: pauidamque metu caligine tectus

Orithyiam adamans suluis complectitur alis.
Dum volat, arserunt agitati fortius ignes.

Nec prius aeris cursus suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos; & mœnia raptor. 710

Illic

Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
Et genitrix facta est, partus enixa gemellos;

Cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
Non tamen has una memorant cum corpore natas:

715 Barbæque dum rutilis aberat subnixæ capillis;
Implumes Calaisq; puer, Zetesq; fuerunt.

Zetes & Calais
ex parte aues.

Mox pariter pennæritu cæpere volucrum
Cingere utrumque latus: pariter *flauescere mala.

*nascente lanu-
gine.

Ergo ubi concessit tempus puerile iuuentæ;
720 Vellera cum Minyis nitido radiantia villo

*Argo Cauit.

Per mare non notum prima petiere carina.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER VII.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Iason Aesonis filius missus à Pelia Neptunæ filio cum proce-
ribus Graiorum Colchon ad pellem auream apportandam, ad-
iutricibus Iunone, & Minerva, vt Aætræ Solis filij contigit re-
giam, pulchritudine sua percussit Medeam, auertitque à patre, vt
sibi potius, quam patriæ consuluerit. Ergo obligatum Iasonem
coëgit, vt fidem præstaret coniugij erga se. Itaque tauros spirâ-
tes ignem, & draconem custodientem templum venenis, atque
carmibus coëgit parere Iasoni, vt proficisso solo dentes obsere-
ret serpentis, ex quibus seges armatorum procreferet: inter quos,
vt ei præceptum erat à Medea, iactato silice coëgit eos inter se
dimittere, qui mutuo bello conciderunt. His gestis Iason cum
Medea Colcon abiit.

*fabricata iuxta
promontorium

Thessaliæ, sic di-

ctum ἀπό τῆς

Παγναίας τῆς

ἀπύου.

*excitate, quam
illi Dij intulerūt
ob execratos in-
gratiam nouer-

I Amque fretum Minyæ Pagasæ puppe secabant:
Perpetuæque trahens inopem sub nocte senectam

Visus erat Phineus: iuuenesq; Aquilone creati
Virgineas volucres miseri senis ore fugarant:

5 Multaque perpessi clato sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.

M. 5

Dumque

*Medea Acc-
ze f.

Medea amor.

et sua femente
draconis nemp-
plentibus.

Dumq; adeunt regem; Phryxæq; vellera poscunt;
 Voxq; datur Minyis magnorum horrenda laborum;
 Concipit interea validos Aetias ignes:
 Et lactata diu, postquam ratione furorem
 Vincere non poterat: frustra Medea repugnas:
 Nescio quis Deus obstat, ait: mirumq; quid hoc est:
 Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
 Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?
 Sunt quoq; dura nimis, cur quem modo denique vidi,
 Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
 Excute virgineo conceptas pectore flammæ,
 Si potes, infelix, si possem, sanior essem.
 Sed trahit inuitam noua vis: aliudq; Cupido,
 Mens aliud suadet. video meliora, proboq;
 Deteriora sequor, quid in hospite regia virgo
 Vreris? & thalamos alieni concipis orbis?
 Hæc quoq; terra potest, quod ames dare: viuat, an ille
 Occidat, in Dijs est, viuat tamen: idq; precari
 Vel sine amore licet: quid enim commisit Iason?
 Quem nisi crudelem non tangat Iasonis atas?
 Et genus, & virtus? quem non, ut cetera desint,
 Forma mouere potest? certe mea pectora mouit.
 At nisi opem tulerò; taurorum afflabitur ore:
 Concurrètq; sua segeti, tellure creatis
 Hostibus: aut auido dabitur fera præda draconi.
 Hoc ego si patiar; tum me de Tigride natam,
 Tunc ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
 Cur non & specto pereuntem? oculosq; videndo
 Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?
 Terrigenasq; feros, in sopitumq; Draconem?
 Dij meliora velint, quamquam non ista precanda,
 Sed facienda mihi, prædamne ego regna parentis?

10

15

20

25

30

35

Atq;

Atque ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
 40 Ut per me sospes sine me det lintea ventis?
 Virq; sit alterius? pœna Medea relinquet?
 Si facere hoc, aliamue potest proponere nobis?
 Occidat ingratus, sed non is vultus in illo,
 Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ;
 45 Ut timeam fraudem, meritiq; obliuia nostræ.
 Et dabit antè fidem: cogamq; in fœdera testes
 Esse Deos, quid tuta times? accingere: & omnem
 Pelle moram, tibi se semper debebit Iason.
 Te face solenni iunget sibi, perq; Pelasgas
 50 Seruatricem vrbes matrum celebrabere turba.
 Ergo ego germanam, fratremq; patremq; Deosq;
 Et natale solum ventis ablata relinquam?
 Nempe pater seuis, nempe est mea barbara tellus,
 Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis:
 55 Maximus intra me Deus est, non magna relinquam:
 Magna sequar, titulum seruatæ pûbis Achivæ,
 Notitiamq; loci melioris, & oppida, quorum
 Hic quoque fama viget, cultusq; artesq; virorum,
 Quemq; ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
 60 Aesoniden mutasse velim; quo coniuge felix
 Et Diis cara ferar, & vertice sidera tangam:
 Quid? quod nescio qui mediis incurrere in undis
 Dicuntur montes? ratibusq; inimica Charybdis.
 Nunc sorbere fretum, nunc reddere? cinctaq; sauis
 65 Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
 Nempe tenens quod amo, gremioq; in Iasonis hærens,
 Per freta longa ferar: nihil illum complexa verebor.
 Aut si quid metuam, metuam de coniuge solo.
 Coniugiumne putas? speciosaq; nomina culpa
 70 Imponis Medea tua? quin aspice quantum

*Absyrtum

*Chalciope nup-
ptæ Phryxo, quæ
solicita erat de
filiis qui è Col-
chis Græciâ pe-
tentes iuxta Are-
tiadem insulam
nauem fregerat.
redemisse, ut po-
te iis omnibus
cariorem.

Aggri-

Aggrediare nefas: & dum licet, effuge crimen.
 Dixit: & ante oculos rectum, pietasq; pudorq;
 Constiterant: & victa dabat iam terga Cupido.
 Ibat ad antiquas Hecates * Perseidos aras:
 Quas nemus umbrosum, secretaque silua tegebat. 75
 Et iam fortis erat; pulsusque resederat ardor;
 Cum videt Aesoniden: extinctaque flamma reluxit.
 Erubere gena: totoque recanduit ore:
 Utq; solet ventis alimenta assumere, quaque
 Parua subindu Ela. latuit scintilla fauilla, 80
 Crescere; & in veteres agitata resurgere vires:
 Sic iam lenis amor, iam quem languere putares,
 Ut vidit iuuenem, specie presentis inarsit.
 Et casu, solito formosior Aesone natus
 Illa luce fuit, posses ignoscere amanti. 85
 Spectat: & in vultu, veluti tum denique viso,
 Lumina fixa tenet: nec se mortalia demens
 Ora videre putat: nec se declinat ab illo.
 Ut vero cepitq; loqui, dextramque prehendit
 Hospes; & auxilium summissa voce rogauit; 90
 Promisitq; thorum; lacrimis ait illa profusis:
 Quid faciam video: nec me ignorantia veri
 Decipiet, sed amor, seruabere munere nostro:
 Seruatus promissa dato, per sacra triformis
 Ille Dea, ludoq; foret quod numen in illo, 95
 Perq; * patrem soceri cernentem cuncta futuri,
 Euentusq; suos, & tanta pericula iurat.
 Creditus, accepit cantatas protinus herbas:
 Edidicitq; vsu: letusq; in tecta recessit.
 Postera depulerat stellas auroa micantes: 100
 Conueniunt populi sacrum Mauortis in aruum:
 Consistuntq; iugis: medio rex ipse resedit

* quae Perse fuit
 F. Solis N. Diod.
 5.

Solem parētem
 Aetiz & Perse.

* capum, qui di-
 uersus erat à lu-
 co, ubi vellus
 seruabatur à
 dracone.

Agmine

Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno.
 Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
 105 Aeripedes tauri: tactaq; vaporibus herbe
 Ardent: utque solent pleni resonare camini;
 Aut ubi terrena silices fornace soluti
 Concipiunt ignem liquidarum adspersione aquarum:
 Pectora sic intus clausas voluentia flammis,
 110 Gutturaque vsta sonant. tamen illis Aesone natus
 Obuius it. vertere truces venientis ad ora
 Terribiles vultus, prefixaque cornua ferro:
 Pulueremque solum pede pulsauere bisulcos.
 Fumificisq; locum mugitibus implenerunt.
 115 Dirigere metu Minya: subit ille: nec ignes
 Sensit anhelatos. (tantum medicamina possunt)
 Pendulaque audaci mulcet palearia dextra:
 Suppositosq; iugo, pondus graue cogit aratri
 Ducere: & insuetum ferro profcindere campum.
 120 Mirantur Colchi: Minya clamoribus augent,
 Adijciuntq; animos. galea tum sumit aena
 * Vipereos dentes: & aratos spargit in agros.
 Semina mollit humus valido pretincta veneno:
 Et crescunt. fiuntque sati noua corpora dentes.
 125 Utque hominis speciem materna sumit in aluo;
 Perque suos intus numeros componitur infans;
 Nec misematurus communes exit in auras:
 Sic ubi visceribus grauidae telluris, imago
 Effecta est hominis, feto consurgit in aruo:
 130 Quodque magis mirum est, simul edita cocurrit arma:
 Quos ubi viderunt peracutae cuspidis hastas
 In caput Hemonij iuuenis torquere parantes;
 Demisere metu vultumque, animumque Pelasgi.
 Ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum:
 Utque

* Dentes serpen-
 tis interemptae
 I. 3. v. 103: qui à
 Marte & Pallade
 partim Cadmo
 traditi sunt, par-
 tim Aetiz Colo-
 chorum regis
 Apollon. 3.

Vtq; peti vidit iuuenem tot ab hostibus unum;
Palluit: & subito sine sanguine frigida sedit:

Cataz herbz. Néue parum valeant a se data gramina; carmen
Auxiliare canit; secretasq; aduocat artes.

Ille grauem medios silicem iaculatus in hostes,
A se depulsum Martem conuertit in ipsos.

Terrigena pereunt per mutua vulnera fratres:
Ciuihq; cadunt acie. gratantur Achiu:

Victoremq; tenent: auidisq; amplexibus haerent.
Tu quoque victorem complecti barbara velles:

Obstitit incepto pudor: & complexa fuisses:
Sed te, ne faceres, tenuit reuerentia fama.

Quod licet, affectu tacito letaris: agisq;
Carminibus grates, & Dñs auctoribus horum.

Draco Hesperis. Peruigilem superest herbis sopire draconem:
Qui crista, linguisq; tribus praesignis, & uncis

Dentibus horrendus, custos erat arboris aurea.
Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi;

Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos;
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt:

peruigiles, quæ somnū nūquam prius viderant. Somnus in ignotos oculos ubi venit; & auro
Heros Aesonius potitur: spoliq; superbus,

Muneris auctorem secum spolia altera portans,
Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

F A B. I I. A R G V M E N T V M.

Iason postquam Medeam abductā in Græciam duxit, & promisso coniugio sibi copulauit, multis rebus expertus ingenium eius, petit parentē Aesonem senectute elisum in adolescentiam reduceret: At illa amore nondum deposito; quem ex iuuentute ceperat, nihil negando ei ahenum constituit, herbarumq; genera, quarū scientiā habebat, variis regionibus quæ sita incoquens, postquam animaduertit stipitem, quo versabat herbas, in arborem oleam ornatam baccis esse conuersum, quæ quoque ex despumato ahenō in terram deciderant, in herbam lætissimā esse conuersā, maturum tempus existimans, Aesonem interemptum tradens.

135

140

145

150

155

madentibus herbis immiscuit: & vt promiserat coniugi, ex senectute in pristinum vigorem perduxit.

Hæmonia matres pro natis dona receptis,

160 Grandæniq; serunt patres: congestaq; flamma,
Tura liquefaciunt; indutaq; cornibus aurum

Victima, vota facit. sed abest gratantibus Aeson,
Iam propior leto, fessusq; senilibus annis.

Tum sic Aesonides: O cui debere salutem
165 Confiteor coniux, quanquam mihi cuncta dedisti:

Excessitq; fidem meritorum summa tuorum:
Si tamen hoc possunt (quid enim nō carmina possunt?)

Deme meis annis: & demptos adde parenti.
Nec tenuit lacrimas. mota est pietate rogantis:

170 *Disimilemq; animum subijt pater Aeta relictus.
Non tamen affectus tales confessa, Quod, inquit,

Excidit ore tuo coniux scelus? ergo ego cuiquam
Posse tuæ videor spatium transcribere vitæ?

Non sinat hoc Hecate. nec tu petis aqua: sed isto,
175 Quod petis, experiar maius dare munus Iason.

A te mea soceri longum tentabimus ænum,
Non annis renouare tuis; modo diua * triformis

Adiuuet; & præsens ingentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes, vt cornua tota cõrent,

180 Efficerentq; orbem. postquam plenissima fulsit,
Et solida terias spectauit imagine luna;

Egreditur tectis vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:

Fertq; vagos mediæ per muta silentia noctis
185 Incomitata gradus. homines, volucresq; ferasq;

Soluerat alta quies: nullo cum murmure serpens
Sopitæ similis nullo cum murmure serpit:

Immotæq; silent frondes: si et humidus aër:

* erga se impiis, qui erga alium esset pius.

* transiuere, differre. Met. ab iis qui nomina siue pecuniam aliis creditoribus transcribunt.

* Hecate beneficiorum auctor, quæ Luna, Proserpina, Diana.

Sidera

Sidera sola micant ad quae sua brachia tendens,
 Ter se conuertit: ter sumptis flumine crinem 190
 Irrorauit aquis: ternis & hiatibus ora
 Soluit: & in dura summisso poplite terra,
 Nox, ait, arcanis fidißima, quaeque diurnis
 Aurea cum Luna succeditis ignibus astra,
 Tuque triceps Hecate, quae caeptis conscia nostris, 195
 Adintrixque Venis, cantusque, artesque Magorum,
 Quaeque Magos Tellus pollentibus instruis herbis,
 Aureque, & venti, montesque, amnesque, lacusque,
 Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis adeste:
 Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus amnes 200
 In fontes rediere suos: concussa que sisto;
 Stantia concutio cantu freta: nubila pello;
 Nubilaque induco: ventos abigoque, vocoque:
 Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces:
 Vinaque saxa, sua conuulsaque robora terra, 205
 Et siluas moueo: iubeoque tremiscere montes:
 Et mugire solum, manesque exire sepulcris:
 Te quoque Luna traho, quamuis Temesae labores
 Aera tuos minuunt: currus quoque carmine nostro
 Pallent: & pallet nostris Aurora venenis. 210
 Vos mihi taurorum flammis hebetastis: & vnco
 Impatiens oneris, collum prestistis aratro.
 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis:
 Custodemque rudem somno sopistis: & aurum
 Vindice decepto Graias misistis in urbes. 215
 Nunc opus est succis; per quos renouata senectus
 In florem redeat, primosque recolligat annos.
 Et dabitis: neque enim micuerunt sidera frustra:
 Nec frustra volucrum tractus ceruice draconum
 Currus adest, aderat demissus ab aethere currus. 220

Temesa opp.
 Fructuorum & is
 fodinis celebri.
 Fab. 5. 471. &
 Plin. 3. 5.

Quo

Quo simul ascendit; frenataque colla draconum
 Permulsit; mambusque leues agitauit habenas:
 Sublimis rapitur: subiectaque Thessala Tempe
 Despicit, & visis regionibus applicat angues:
 225 Et quas Ossa tulit, quasque altus Pelion herbas,
 Othrysque, & Pindus, & Pindo maior Olympus,
 Perspicit; & placitas partim radice reuellit;
 Partim succidit curuamine falcis aeneae.
 Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,
 230 Multa quoque Amphrysi: nec eras immunis Enipei:
 Necnon Peneus, necnon Sperchraides vnda
 Contribuere aliquid, iunctosque litora Baebes.
 Carpsit & Euboea viuae Amphedone gramen
 Nonduin vulgatum mutato corpore Glauci.
 235 Nona dies illam curru, pennisque draconum,
 Nonaque nox omnes lustrantem viderat agros:
 Cum redijt, neque erant tacti, nisi odore dracones:
 Et tamen annosae pellem posuere senectae.
 Constitit adueniens citra limenque foresque:
 240 Et tantum calo regitur, refugitque viriles
 Contactus: statuitque aras e cespite binas,
 Dexteriore Hecates, at lana parte iuuenta.
 Has ubi verbenis, siluaque incinxit agresti;
 Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
 245 Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atrii
 Coniicit: & patulas perfundit sanguine fossas.
 Tum super inuergens liquidi carchesia vini,
 Alteraque inuergens tepidi carchesia lactis,
 Verba simul fundit, terrenaque numina lenit:
 250 Vmbrarumque rogat raptam coninge regem,
 Ne properent artus anima fraudare senili.
 Quos ubi placavit precibusque, & mimumure longo;

* lib. 13. extremo

* herbarum quas
 conquilerat.

N Aesonis

Aesonis effretum proferri corpus ad aras
 Iussit: & in plenos resolutum carmine somnos
 Exanimi similem stratis porrexit in herbis: 255
 Hinc procul Aesoniden, procul hinc iubet ire ministros:
 Et monet arcanis oculos remouere profanos.
 Diffugiunt iussu passis Medea capillis:
 Bacchantum ritu flagrantem circuit aras:
 Multifidasq; faces in fossa sanguinis atrii 260
 Tingit: & infectas geminis accendit in aris.
 Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.
 Interea calido positum medicamen aeno
 Feruet: & exsultat: spumisque tumentibus albet.
 Illic Haemoria radices valle resectas, 265
 Seminaque, & flores, & succos incoquit atros.
 Adiecit extremo lapides Oriente petitos,
 Et, quas Oceani refluxum mare lauit, arenas.
 Addidit exceptas luna de nocte pruinas,
 Et strigis infames ipsis cum carnibus alas, 270
 Inque virum soliti vultus mutare ferinos
 Ambigui profecta lupi, nec desuit illis
 Squamea Cinyphæ tenuis membrana chelydri,
 Viuacisque iecur cervi: quibus insuper addit
 Ora, caputque nouem cornicis secula passæ. 275
 His & nulle alijs postquam sine nomine rebus
 Propositum instruxit mortali Barbara munus;
 Arenti ramo iam pridem mitis oliuæ
 Omnia confudit: summisque immiscuit ima.
 Ecce vetus calido versatus stipes aeno 280
 Fit viridis primo: nec longo tempore frondes
 Induit: & subito grauidis oneratur oliuis.
 At quacumque caro spumas eiecit aeno
 Ignis, & in terram gutta cecidere calentes;

Medea Aesoni reparat iuuentutem.

*Libyci, Nam Cinyphæ Libyæ Suius.

* mox deinde.

Vet.

285 Vernat humus: floresque, & mollia pabula surgunt.
 Quæ simul ac vidit, stricto Medea recludit
 Ense senis iugulum: veteremque exire cruorem
 Passa, replet succis. quos postquam combibit Aeson:
 Aut ore exceptos, aut vulnere; barba, comaque
 290 Canicie posita nigrum rapuere colorem.
 Pulsa fugit macies: abeunt pallorque, stusque:
 * Adiectoque caua suppleuntur corpore rugæ:
 Membræque luxuriant. Aeson miratur, & olim
 Ante quater denos hunc se reminiscitur annos.

* augecente adiectione carnis.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Liber Pater ut animaduertit Aesonis senectutem, remediis Medeam expulisse, petit ut suis quoque nutricibus ferret auxilium, easque in adolescentiæ vigorem reduceret: cuius auctoritate compulsa eisdem remediis, quibus Aesonem, in præmitias reduxit, Liber quoque æternum beneficium dedit.

295 Viderat ex alto tanti miracula monstri
 Liber; & admonitus iuuenes *nutricibus annos
 Posse suis reddi, capit hoc à Colchide munus.

Liberi nutrice in iuuentutea reductæ. Nyscidibus, lib. 3. 314.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Peliades, Pelix filius, ut viderunt arietem ætate grauatum herbis à Medea in agnum transfiguratum, ambitiosius ab ea perere ceperunt, ut Pelix parenti restitueret quam temporis processione amisisset iuuentutem. Quod ut illa accepit, cupiens inimicum Iasonis data occasione, punire, impulit eas parentem interficere, laceraumque in ahenum feruens dimittere. Quod ut factum est, currum draconibus iunctum conscendit, & per aëra & lara conspectum inimicorum profugit.

Nene doli cessent: odium cum coniuge falsum
 Phastus a simulat: Peliaq; ad limina supplex:
 300 Confugit: atq; illam (quoniam grauis ipse senecta est)
 Excipiunt nata: quas tempore callida parua
 Colchis amicitie mendacis imagine cepit.
 Dumq; refert inter meritorum maxima, demptos
 Aesonis esse *stus; atque hac in parte moratur;

* squalor, ruga senium.

N 2

Spe

Spes est virginibus Pelia subiecta creatis,
 Arte suum patri revirescere posse parentem:
 Idque petunt: pretiumque inibent sine fine pacisci.
 Illa breui spatio silet: & dubitare videtur:
 Suspenditq; animos, ficta gravitate, rogantum.
 Mox ubi pollicita est, Quo sit fiducia maior
 Muneris huius, ait: qui vestri maximus auro est
 Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.
 Protinus innumeris effetas laniger annis.
 Attrahitur flexo circum caeva tempora cornu:
 Cuius ut Hæmonia marcentia guttura cultro
 Fodit: & exiguo maculavit sanguine ferrum;
 Membra simul pecudis, validosque venefica succos
 Mergit in ære cauo, minuunt ea corporis artus:
 Cornuæque excurrunt, necnon cum cornibus annos:
 Et tener auditur medio balatus æno.
 Nec mora balatum mirantibus, exsilii agnus:
 Lasciuitque fuga: lactantiaque ubera querit.
 Obstupere satæ Pelia: promissaque postquam
 Exhibuere fidem: tum vero impensius instant.
 Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine mersis
 Dempserat; & quarta radiantia nocte micabant
 Sidera: cum rapido fallax Acetias igni
 Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.
 Iamque neci similis; resoluta corpore, regem,
 Et cum rege suos custodes somnus habebat:
 Quem dederat cantus, magicæque potentia lingua.
 Intrarant iussæ cum Colchide limina nata:
 Ambierantque torum: Quid nunc dubitatis inertes?
 Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem;
 Ut repleam vacuas iuuenili sanguine venas.
 In manibus vestris vita est, etasque parentis.

Aries in agnum.
 qualberus ma-
 re Atlanticum
 adluit.

Si pietas vlla est, nec spes agitatis inanes,
 Officium præstate patri: relisque senectam
 Exigite: & sanient coniecto emittite ferro.
 His, ut quæque pia est, hortatibus, impia prima est:
 Et ne sit scelerata, facit scelus, haud tamen ictus
 Vlla suos spectare potest: oculosq; reflectunt:
 Cecaque dant seuis averse vulnere dextris.
 Ille cruore fluens subito tamen attenuat artus:
 Semilacæque toro tentat consurgere: & inter
 Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
 Quid facitis natæ? quis vos in fata parentis
 Armat, ait? cecidere illis animique, manusque.
 Plura locuturo, cum verbis guttura Colchis
 Abstulit, & calidis laniatum mersit in undis.

Pelias astu Medæ
 dex à narabus
 suis interimisq;

FAB. V. VI. VII. VIII. ET IX.
 ARGUMENTVM.

Medea fugiens, ut docet Hæliodorus, Othryn montē Thessaliæ
 petiit, in quem diluio Deucalionis Cerambus nympharū au-
 xilio pennis delatus fuit, & in montem Parnassum, qui est altis-
 simus Hinc Petanen Aeolix urbem relinquens, vidit draconem
 in saxum esse transfiguratum. Deinde Idæum nemus adiit, in
 quo Liber Pater Thyeæneum filium, qui a pastoribus Phrygiis in-
 uencum abegerat, in venatorem vertit, ne a pastoribus perse-
 quentibus agnosceretur: iuuenem verò in cæri effigiem trā-
 figuravit. Transit & quæ Coryri pater paruo conditus est sepul-
 chro: & quæ Mæra in canis figuram est conuersa.

Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras,
 Non exempta foret pœnæ, fugit alta, superque
 Pelion umbrosū, Philyraæque tecta, superque
 Othryn, & euentu veteris loca nota Cerambi.
 Hic ope nympharum sublatus in aera pennis,
 Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto;
 Deucalionæas effugit in obrutus undas.
 Aeoliam Pitane a lana parte reliquit,

Cerabus in æge
 nep. a. p. 608,
 xax. p. 208,
 ergo in Scara-
 heum, qui etiam
 volant Helych.
 Fab. vi.
 Fab. vij.
 Facta-

Fab. viij.
Fab. ix.

Factaque de saxo longi simulacra draconis.

Idemque nemus, quo nati furta, iuuenctum

Occulit Liber falsi sub imagine cervi:

Quaque pater Coryti parua tumulatus arena est:

Et quos Mera nouo latratu terruit agros:

FAB. X. XI. ET XII.

ARGUMENTVM.

Ab his regionibus digressa Eurypyli urbem contigit, in qua Junone Coe matronae in cornibus boues transfiguratae sunt, cui conuictabantur, aegre ferentes illius impulsu armata Geryonia, rapta ab Hercule, per suos agros acta fuisse. Dehinc Telchinas, Ialysios transgressa est: quos, quod fascinatores essent, & malefici, suo aspectu omnia in peius commutantes, Iupiter in scopulos versos subiecit mari. Horum regione relicta peruenit in Cerauriam urbem, in qua Alcidas vidit ex filia procreatam columbam.

Fab. x.

Eurypylique urbem, qua Coe cornua matres
Gesserunt, tunc cum discederet Herculis agmen:

Fab. xj.

Phoebeamque Rhodon, & Ialysios Telchinas,
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Iupiter exosus, fraternis subdidit undis.

Fab. xij.

Transit & antiqua Carthaea moenia Cera,
Qua pater Alcidas placidam de corpore nata
Miraturus erat nasci potuisse columbam.

FAB. XIII. ET XIII.

ARGUMENTVM.

Post huc lacum Hyries, & Cycni Tempe vidit: in quibus locis cum Phyllius quidam graui amore Cycni Hyries filij teneretur, eiusque imperio volucres indomitas, ac leonem cepisset, ac ubi manum pati coegisset, ei tradidisset, neque ideo poritus eo fuisset, indignatus, cum nouissimè taurum vicisset, petenti puero negauit. Quod aegre ferens puer, cum se ex praecipiti loco iaceret, in volucrem olorem conuersus est. Hyrie autem mater eius stendo assidue casum filij sui, in stagnum Deorum misericordia deliuit, quod sui nominis est.

Inde

Inde lacus Hyries videt, & Cyencia Tempe,
Quae subitus celebravit olor, nam Phyllius illic
Imperio pueri volucresque, ferumque leonem

375 Tradiderat domitos: taurum quoque vincere iussus
Vicerat: & stricto toties iratus amore

Premia poscenti taurum suprema negabat.

Ille indignatus, Cupiens dare, dixit: & alto

Desiluit saxo, cuncti cecidisse putabant:

380 Factus olor niueis pendebat in aere pennis.

At genitrix Hyrie seruatum nescia, stendo

Deliuit: stagnumque suo de nomine fecit.

FAB. XV. XVI. XVII. XVIII. ET XIX.

ARGUMENTVM.

Ab his locis digressa Medea Pleurona peruenit, in qua vrbe Combe ne a filiis (centum enim peperisse fertur) occideretur, Deorum misericordia effectum est, ut in aure transformaretur. Dein Calauriam, ubi Latona maxime colebatur, cuius rex cum coniuge in volucres versi sunt. Adit & Cyllene, ubi Menephron, ne cum matre concumberet, a Ioue in feram speciem transfiguratus est. Inde profecta vidit Cephisum nepotis sui exitum desentem, qui ab Apolline in phocam transfiguratus fuerat. Vidit & domum Eumeli Admeti regis filij, lugentis filiam in volucrem celsisse.

Adiacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorem vulnera Combe.

385 Inde Calauria Latoidos adspicit arua,

In volucrem versi cum coniuge conscia regis.

Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron

Concubitus erat seruatum more ferarum.

Cephisum procul hinc desentem fata nepotis

390 Respicit in tumidam Phocem ab Apolline versi:

Eumeliq; domum lugentis in aere natam.

FAB. XX. & XXI. ARGUMENTVM.

Corinthum quoque, ubi Pirene fons est, curru alatis Draconibus regressus accessit, ubi olim e fungis ortos homines ferunt. Reuersus

* dicuntur ea a
bi Teumesia.
epitheton auctor
ab euentu addidit
* Phyllius dolens
non se inuicem
amari, amori
viam intercipit.
Cycnus Hyries
filius in olorum
Fab. xiiij.

Combe in aere
Fab. xvj.
* quod hae insu-
la primo Latonae
fuerit decreta, et
si postea eam cum
Delo commutarit,
Fab. xvij.
Fab. xvij.
Fab. xix.
* Patras, ubi pri-
mus regnavit
Eumelus.

tandem, vt vidit ab Iafone Creusam Creontis Corinthiorū regis filiam sibi prælaram, regiam incendit, arsitq; Creusa cū patre: natos quoque suos ex Iafone susceptos interemit. Inspectis itaq; miserorum casibus, Athenas fugit: quæ quidem Athenæ Phineū, Periphā, neptemq; Polyphemonis volantes videre; ibi enim olim in aues conuersi fuerant.

Pluuiiales fungi in homines. Fab. xxj.

Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis

Contigit. hic veteres auo mortalia primo Corpora vulgarunt pluuiialibus edita fungis.

Sed postquam Colchis arsit noua nupta venenis; 395

Flagrantemq; domum regis male vidit; utroque Sanguine natorum perfunditur impius ensis:

Vtq; se male mater Iasonis effugit arma.

quos vnā cum curru dicitur à Sole seu Titane accepisse.

Hinc Titaniacis ablata Draconibus, intrat

Palladias arces: quæ te iustissime Phineu,

400

Teq; senex Peripha pariter videre volantes,

Innexamq; nouis neptem Polyphemonis alis.

FAB. XXII. ARGUMENTVM.

Medeam Athenas ingressam, hospicioq; susceptam Aegeus rex matrimonio sibi iunxit. Inter hæc Theseus Aegei filius, quem nunquam antea viderat pater, errore, & laboribus plenus aduenit. Quem verita Medea protinus ei venenum parat, quod aconitum appellant. Hercules enim cū ad inferos descendisset, missus ab Eurytheo vt canē tricipitem ad superos perduceret, cum eum in regionē Ponticam perduxisset, territum ex nouitate aeris vomitum animaduertit profudisse. Notato itaque loco, spumam eius conuersam inuenerunt in præsentissimi veneni herbā, quam aconitum nominant, quod in cautibus nascitur.

Spuma Cerberi in Aconitum.

Excipit hanc Aegeus factō damnandus in vno: Nec satis hospitium est: thalami quoque sedere iungit.

id est, ignota. Sic saepe Tacit. Cerberi, quem ex Echidna mōstro natum esse, auctor est Herodotus.

Iamq; aderat Theseus proles ignara parenti: 405

Et virtute sua bimarem pacauerat Isthmon.

Huius in exitium miscet Medea, quod olim

Attulerat secum Scythicis Aconiton ab oris.

Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum

Esse

410 Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatus:

Est via decliuis, per quam Tirynthius heros

Restantem, contraq; diem, radiosq; micantes

Obliquantem oculos, nexis adamante catenis

Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira

415 Impleuit pariter ternis latratibus auras:

Et sparsit virides spumis albetibus agros.

Has concreuisse putant; nactasq; alimenta feracis,

Fecundiq; soli vires cepisse nocendi.

Quæ quia nascuntur dura vinacia caute,

420 Agrestes Aconita vocant, ea coniugis astis

Ipse parens Aegeus nato porrexit, vt hosti.

Sumpserat ignara Theseus data pocula dextras,

Cum pater in capulo gladij cognouit eburno

Signa sui generis: facinusq; excussit ab ore.

425 Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

nata in aconit cautibus. Plin.

excutiendo venenum facinoris instrumentum.

FAB. XXIII. ARGUMENTVM.

Aegeus agnito filio Theseo ingenti lætitia perfusus dies festos indixit, quos agentes Thesei laudes referunt. quemadmodum taurum Marathonium interemisset: vt suam scruissimam apræ Calydonij, ac Erymanthij matrem iuxta Cremyona: vt Procrusten: vt Peripheiam latronem Vulcani filium iuxta Epidaurū: vt Scionem quoque latronem. Referunt præterea Cercionis necem: qui trabes opponebat postibus, ita vt vici exanimarentur ab eis. Scironem quoque Neprui filium, solitum iter faciētibus insidiis tendere: qui postquam à Theseo est interfectus, eius filibus agitur propter crudelitatem scopulo inhæsit: vnde Scironides petrae sunt nominatæ ab eius nomine.

At genitor quanquam lætatur fossite nato:

Attonitus tamen est ingens discrimine paruo

Committi potuisse nefas, fouet ignibus aras:

Muneribusq; Deos implet, feriuntque secures

430 Colla torosa bouum victorum cornua vittis.

Nullus Erichthidis fertur celebratio illa

Atheniensibus Erichthep regis.

Inuissis

N 5

Illuxisse dies. agitant conuiuia patres,
 Et medium vulgus: nec non & carmina, vincto
 Ingenium faciente, canunt. te: maxime Theſeu
 Mirata eſt Marathon. Cretæi ſanguine Tauri.
 Quodque ſuam ſecurus arat Cromyona colonus,
 Munus, opusque tuum eſt. tellus Epidauria per te
 *Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
 Vidit & immitem Cephifias * ora Procruſten.
 Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.
 Occidit ille Scinis, magnis male viribus uſus:
 Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto
 Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
 Tutus ad *Alcaithoen Lelegeia mœnia limes
 *Compoſito Scirone patet: ſparſiſq; latronis
 Terra negat ſedem, ſedem negat oſibus vnda:
 Que iactata diu fertur duraffe vetuſtas
 In ſcopulos. ſcopulis nomen Scironis inheret.
 Si titulos, annosq; tuos numerare velimus,
 Facta prement annos: pro te fortiſſime vota
 Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
 Conſonat aſſenſu populi, precibusq; fauentum
 Regia: nec tota triſtis locus ullus in vrbe eſt.

Theſei geſta.

*oam & Clauz
 ſuz Corynz no-
 men Periphetas
 indidit.
 *qua Cephifus
 Eleuſin præterit
 *Megaram ſic
 didam ab Alca-
 thoo eius inſtau-
 ratore.
 *proieſto de ru-
 pt in mare locū
 dignum.

Sciron in petrâ.

*Cretæſium rex.
 rex inuidia per
 ſidias interfe-
 cit ab Ageo.

F. A. B. XXIII. ARGUMENTVM.

Arne cum inſulam Scithona, in qua genita eſſet, hoſti Minos
 capta pulchritudine auri vendidiſſet, ne pro meritis ſupplicia
 penderet, in volucrem monedulam eſt tranſfigurata, quæ adhuc
 amore ſplendoris eius tenetur.

Nec tamen (uſque adeo nulla eſt ſincera voluptas:
 Sollicitumque aliquid latis interuenit) Aegæus
 Gaudia percepit nato ſecura recepto.

Bella parat *Minos, qui quamquam milite, quamquam
 Claſſe valet: patria tamen eſt firmiſſimus ira:
 *Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.

433

440

448

450

458

Anti

Antè tamen bello vires acquirit amicas:
 Quaque patent aditus volucris freta claſſe pererrat.
 Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleia regna:
 Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleia bello.
 Hinc humilem Myconen, cretoſaque rura Cimoli,
 Florentemq; *Cythnon, Scyron, planamq; Seriphon,
 Marmoreamq; Paron, quamq; impia prodidit Arne
 Sithonis accepto, quod auara popoſcerat auro:
 Mutata eſt in auem, que nunc quoque diligit aurum,
 Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

*Tyron. vnde
 Micyll. auro
 Siphnon: vel, vi-
 ris Siphnon: vel
 Syron.
 *Arne in Mont
 dulam.

F. A. B. XXV. ARGUMENTVM.

Aeacus Iouis & Aeginæ filius cum Oenopiam, quam poſtea
 de matris nomine Aeginam appellauit, incoleret, & graui peſti-
 lentia Iunonis ira populam amiſſiſſet: precibus à Ioue impetra-
 uit, vt quot formicæ in quercu apparuiſſent, tot verſa in homi-
 num facies deſideratam multitudinem explerent. Qui quoniam
 ex huiusmodi animalibus creuerant, Myrmidones ſunt appellati
 formicæ enim Græcè myrmecæ appellantur. Porro ſenſus hos
 Cephælo ſciſcitanti narrat Aeacus.

At non Oliaros, Didymaq; & Tenos, & Andros,
 Et Cyaros, nitidæque ſeræ Peparethos oliua
 Gnoſtiacas iuueſſe rates: latere inde ſiniſtro
 Oenopiam Minos petit, Aeacideia regna.
 Oenopiam veteres appellauere: ſed ipſe

Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
 Turba ruit, tantaque virum cognoſcere famæ
 Expetit. occurrunt illi, Telamonq; minorq;
 Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
 Ipſe quoque egreditur tardus grauitate ſenili

Aeacus: & quæ ſit veniendi cauſſa requirit.
 Admonitus patrij luctus, ſuſpirat: & illi
 Dicta refert *rector populorum talia centum:
 Arma iuues oro pro nato ſumpta: piæq;
 Pars ſis militia tumulo ſolatia poſco.

*in Minos ob
 interfectum fi-
 lium. 459.
 *Minos rex Cre-
 tæ, quæ hecaton-
 polis, ob centum
 vrbes ſuas, audis

Huic

Aeacus Aegine Huic * Afopiades, Petis irrita, dixit, & vbi
 Afopi N. Non facienda mee: neque enim coniunctior vlla
 Cecropidis hac est tellus: ea fœdera nobis.
 Tristis abit, Stabuntq; tibi tua fœdera magno,
 Dixit: & vtilius bellum putat esse minari,
 Quam gerere, atque suas ibi præ consumere vires. 485
 a Lycto Crete
 rbc. Classis ab Oenopys etiam nunc * Lyctia muris
 Spectari poterat: cum pleno concita velo
 Attica puppis adest: & portus intrat amicos;
 Atheniensem
 rocry's mariti, Quæ * Cephalum, patriq; simul mandata ferebat,
 ratorum. Aeacide longo iuvenes post tempore visum 495
 Agnouere tamen Cephalum: dextrasq; dederunt:
 Inq; patris duxere domum. spectabilis heros;
 * Et veteris retinens etiam nunc pignora forma
 eius enim for-
 ra capta est Au-
 ra, cisi repulla.
 in Attica sua
 ita. Ingreditur, ramumq; tenens * popularis oliuæ:
 Et dextra, læuâque duos ætate minores 500
 Maior habet, Clyton, & Buten Pallante creatos.
 Postquam congressi, primi sua verba tulerunt
 Cecropidæ: Cephalus peragit mandata, rogatq;
 Auxilium: fœdusq; refert, & iura parentum:
 a Minoë Imperiumq; peti totius * Acheidos addit. 505
 Sic vbi mandatam iuuit facundia causam;
 Aeacus in capulo regni nitente sinistra,
 Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athena.
 Nec dubie vires, quas hac habet insula, vestras
 Ducite, & omnis eat rerum status iste mearum. 510
 Robora non desunt: superat * mihi miles, & hosti.
 Gratia Djs, felix, & inexcusabile tempus.
 Immo ita sit Cephalus, crescat tua ciuibus opto
 Vrbs, ait. adueniens equidem modo gaudia cepi;
 Cum tam pulchra mihi, tam par ætate iuuentus 515
 Obuia processit: multos tamen inde requiro,

Quos

Quos quondam vidi vestra prius vrbe receptus.
 Aeacus ingemuit: tristiq; ita voce locutus:
 Flebile principium melior fortuna secuta est.
 520 Hanc vinam vobis possem memorare: sine vlllo
 Ordine nunc repetam: neu longa ambage morer vos;
 Ossa, cinisq; iacent, memori quos mente requiris:
 Et * quota pars illi rerum periere mearum.
 Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
 525 Incidit exosa dictas a * pellice terras.
 Dum visum est * mortale malum: tantâq; latebat
 Causa nocens cladis: pugnatum est arte medendi.
 Exitium superabat opem; quæ victa iacebat.
 Principio calum spissa caligine terras
 530 Pressit: & ignauos inclusit nubibus æstus.
 Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem.
 Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem;
 Latiferis calidi spirarunt æstibus Austri.
 Constat, & in fontes vitium venisse lacusq;
 535 Milliaque incultos serpentum multa per agros
 Errasse: atque suis fluuios temerasse venenis.
 Strage canum primo, volucrumq; auumq; boumq;
 Inq; feris subiti deprensa potentia morbi.
 Concidere infelix validos miratur arator
 540 Inter opus tauros; mediog; recumbere sulco.
 Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros,
 Sponte sua lanâq; cadunt, & corpora tabent.
 Acer equus quondam, magnâq; in puluere fame,
 Degenerat, palma, veterumq; oblitus honorum:
 545 Ad præsepe gemit morbo moriturus inerti.
 Non aper irasci meminit; nec fidere cursu
 Cerua; nec armentis incurrere fortibus vrsi.
 Omnia languor habet: siluisq; agrisq; vrsq;

minima Pona
2, 10.

* Aegina. l. 6, n
* humanitas ad
cidens.

Per illethi caus
& descriptio.

Co

Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus aure.
 Mira loquar: non illa canes, avidæq; volucres, 550
 Non cani terigere lupi: dilapsa liquecunt:
 Afflatûque nocent: & agunt contagia latè.
 Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
 Pestis, & in magna dominatur mœnibus urbis.
 Viscera torrentur primo: flammæque latentis 555
 Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni.
 Aspera lingua tumet: tepidisq; arenia ventis
 Ora patent: auræque graues captantur hiatu.
 Non stratum, non vlla pati velamina possunt:
 Dura sed in terra ponunt precordia: nec fit 560
 Corpus humo gelidum: sed humus de corpore seruet.
 Nec moderator adest: inque ipsos fœua medentes
 Erumpit clades: obsuntque auctoribus artes.
 Quò propior quisque est: seruitque fidelius egros;
 In partem leti citius venit: atque salutis 565
 Spes abiit: finemque vident in funere morbi.
 Indulgent animis: & nulla, quid vtile, cura est.
 Vtile enim nihil est, passim, positòque pudore
 Fontibus, & fluuijs, puteis que capacibus herent.
 Nec sitis est exstincta prius, quam vita, bibendo. 570
 Inde graues multi nequeunt consurgere: & ipsis
 Immoriantur aquis, aliquis tamen haurit & illas.
 Tantæque sunt miseris inuisi rædia lecti:
 Profiliunt: aut, si prohibent, consistere vires;
 Corpora deuoluunt in humum: fugiuntque penates 575
 Quisque suos: sua cuique domus funesta videtur.
 Et quia caussa latet; locus est in crimine notus.
 Semianimes errare vijs, dum stare valebant,
 Adspiceres; flentes alios, terræque iacentes,
 Lassæque versantes supremo limina motu. 580

*morbum defurum in funus & mortem.

Mem-

Membræque pendentis tendunt ad sidera cæli,
 Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalant es.
 Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse?
 Ni vitam odissem? & cuperem pars esse meorum?
 585 Quo se cumque acies oculorum flexerat; illic
 Vulgus erat stratum, veluti cum putria motis
 Poma cadunt ramis, agitaturque ilice glandes.
 Tempa vides contra gradibus sublimia longis.
 Iupiter illa tenet. quis non altaribus illis:
 590 Irrita tura dedit? quoties pro coniuge coniux,
 Pro nato genitor, dum verba precantia dicit,
 Non exoratis animam finiuit in aris?
 Inque manu turis pars inconsumpta reperta est?
 Admoti quoties templis, dum vota sacerdos
 595 Concipit; & fundit purum inter cornua vinum?
 Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?
 Ipse ego sacra Ioui pro me, patriæque, tribusq;
 Cum facerem natis; mugitus victima diros
 Edidit: & subito collapsa sine ictibus ullis.
 600 Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
 Fibra quoque ægra notas veri, monitusque Deorum
 Perdiderat, tristes penetrant ad viscera morbi.
 Ante sacros vidi proiecta cadauera postes.
 Ante ipsas, quò mors foret inuidiosior, aras.
 605 Pars animam laqueo claudunt: mortisque timorem
 Morte fugant: ultròque vocant venientia fata.
 Corpora missa neci nullis de more feruntur
 Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
 Aut inhumata premunt terras: aut dantur in altos
 610 Indotata rogos. & iam reuerentia nulla est:
 Deque rogis pugnant: alienis que ignibus ardent.
 Qui lacrimant, desunt: indesletaq; vagantur

*vnde viscera penitè vitiatas, in ipsis fibris notas, quibus aruspicum coniecturæ nituntur, non ostendunt.

*sine vilo honore sepultura.

Nato

Natorumq; virumq; animae, iuuenumq; senumq;
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.

Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Iupiter o, dixi, si te non falsa loquuntur
Iffe sub amplexus Asopidos Aeginae;
Nec te magne pater nostri pudet esse parentem;
Aut mihi redde meos: aut me quoque conde sepulcro.

615

Ille notam fulgore dedit, tonitruq; secundo.
Accipio, sintque ista precor felicia mentis
Signa tua, dixi, que das mihi pignoris omen.
Fortè fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Ioui quercus de semine Dodoneo.

620

Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugosq; suum seruantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem pater optime; dixi,
Tu mihi da ciues: & inania mania supple.

625

Intremuit, ramisq; sonum sine flamine motis
Alta dedit quercus, pauido mihi membra timore
Horruerant: stabantq; comæ: tamen oscula terræ,
Roboribusq; dedi: nec me sperare fatebar:
Sperabam tamen: atque animo mea vota fouebam.

630

Nox subit: & curis exercita corpora somnus
Occupat, ante oculos eadem mihi quercus adesse,
Et rami totidem, totidemq; animalia ramis
Ferre suis visa est; pariterq; tremiscere motu;
Graniferumq; agmen subiectis spargere in aruis.

635

Crescere quod subito, maius, maiusque videtur;
Ac se tollere humo; rectoque assistere trunco;
Et maciem, numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere; & humanam membris inducere formam.
Somnus abit: damno vigilans mea visa: querorq;

640

640

645 In superis opis esse nihil, at in adibus ingens
Murmur erat; vocésque hominum exaudire videbar
Iam mihi desuetas, dum suspicor, has quoque somni
Esse; venit Telamon properus: foribusque reclusis,
Spéque, fidéq; pater, dixit, maiora videbis.

650 Egredere, egredior, qualesq; in imagine somni
Visus eram, vidisse viros, ex ordine tales
Adspicio, noscoque, adeunt, regémque salutant.
Vota Ioui soluo; populisque recentibus urbem
Partior, & vacuos priscais cultoribus agros:

655 Myrmidonasque voco; nec origine nomina fraudo.
Corpora vidisti; mores, quos antè gerebant,
Nunc quoq; habent, parçū genus est, patiensq; laborū,
Quæsitique tenax, & quod quæsitâ referuet.
Hi te ad bella pares annis, animisque sequentur;

Formicæ in Myrmidona

660 Cùm primùm, qui te feliciter attulit, Euris
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.

F. A. B. XXVI. ARGUMENTVM.

Cephalus refert inuicem Aeaco de donis, Procris coniuge,
& cur, aut vnde telum gereret. Cùm enim Cephalus in monte
Hymetto Atticæ regionis venaretur, ab Aurora ob speciem ra-
pius est: quem vt comperit Dea Procridis prioris coniugis a-
more implicum à se velle diuertere, fecit vt mutata specie re-
missis Athenas contenderet, eamq; pollicitis, muneribusq; ten-
saret, an pudicitiam puram posset seruare. Pluribus itaq; rebus
ad vsum feminarum cõparatis, quibus capi posset, fallacia men-
tem Procridis elicit: Quod vt illa cõperit à marito se esse de-
ceptam, pudore exterrita, vt conspectum eius vitaret, altis se re-
condidit salicibus. Cephalus autem amoris impatientia, cū eius
absentiam ferre non posset, precibus impetrauit, vt ad se redi-
ret: reuersaque canem ei dedit velocissimum, & iaculum in cuius
sabile, quod nunquam frustra iaceretur.

Talibus, atque alijs longum sermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima mensa
Est data; nox somnis, iubar aureus extulerat sol:

Cephalus in aliâ figuram ab Au- rora mutatus.

O

Fla

Flabat adhuc Eurys; redituraq; vela tenebat.
 Ad Cephalum Pallante sati, cui grandior aetas,
 Ad regem Cephalus, simul & Pallante creati
 Conueniunt, sed adhuc regem sapor altus habebat.
 Excipit Aeacides illos in limine Phocus:
 Nam Telamon, fratérque viros ad bella legebat:
 Phocus in interius spatium, pulcrosque recessus
 Cecropidas duxit; cum queis simul ipse resedit.
 Adspicit Aeolidem ignota ex arbore factum
 Ferre manu iaculum; cuius fuit aurea cuspis.
 Pauca prius medijs sermonibus ille locutus,
 Sum nemorum studiosus, ait, cædisque ferinæ.
 Qua tamen è silua teneas hostile recisum,
 Iamdudum dubito: certè, si fraxinus esset;
 Fulua colore foret: si cornus; nodus inesset.
 Vnde sit ignoro: sed non formosius isto
 Viderunt oculi telum iaculabile nostri.
 Excipit Aëcis è fratribus alter; & Vsum
 Maiorem specie mirabere, dixit, in isto.
 Consequitur quodcumq; petit; fortunaq; missum
 Non regit; & reuolat nullo referente truentum.
 Tum vero iuuenis Nereius omnia querit:
 Cur sit, & vnde datum; quis tanti muneris auctor.
 Quæ petit, ille refert, & cetera nota: pudore,
 Qua tulerit mercede, silet: tactusque dolore
 Coniugis amissa, lacrimis ita satur obortis:
 Hoc me nate Dea (quis posset credere?) telum
 Flere facit; faciétque diu; si viuere nobis
 Fata diu dederint, hoc me cum coniuge cara
 Perdidit: hoc vinam carnissem munere semper.
 Procris erat, si forte magis peruenit ad aures
 Orithyia tuas; magna soror Orithyia.

Cephalo Deio-
re F. Acoli N.

Phocus Psama
ches F. Nerei N.

pudebat dicere
se ob pulchritu-
dinem suam ab
viro accepisse.

lib. 6, 607.

665

670

675

680

685

690

695

Si faciem, moresq; velis conferre duarum,
 Dignior ista rapi. pater hanc mihi iunxit Erechtheus:
 Hanc mihi iunxit amor, felix dicebar, eramq;
 700 Non ita dijs visum est: & nunc quoque forsitrã essem.
 Alter agebatur post sacra iugalia mensis;
 Cum me cornigeris tendentem retia cervis
 Vertice de summo semper-florentis Hymetti
 Lutea mane videt pulsas Aurora tenebris:
 705 Inuitumq; rapit, liceat mihi vent referre
 Pace Deæ: quod sit roseo spectabilis ore;
 Quod teneat lucis, teneat confinia noctis;
 *Nectareis quod alatur aquis: ego Procrin amabam:
 Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.
 710 Sacra tori, coitusq; novos, thalamosq; recentes,
 Primaq; deserti referebam sœdera lecti.
 Mota Dea est, & siste tuas ingrate querelas:
 Procrin habe, dixit, quod si mea prouida mens est;
 Non habuisse voles, meq; illi irata remisit.
 715 Dum redeo; mecumq; Deæ memorata retracto;
 Esse metus cœpit, ne iura iugalia coniux
 Non bene seruasset, facies, etasque iubebant
 Credere adulterium: prohibebant credere mores.
 Sed tamen absueram: sed & hæc erat, vnde redibam,
 720 Criminis exemplum: sed cuncta timemus amantes.
 Querere quod doleam, statuo: donisq; pudicam
 Sollicitare fidem, fauet huic Aurora timori:
 Immutatq; meam (videor sensisse) figuram.
 Palladias in eo non cognoscendus Athenas:
 725 Ingrediorq; domum, culpa domus ipsa carebat:
 Castaq; signa dabat: dominoque erat anxia rapto.
 Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus.
 Vt vidi; obstupui; meditatãque penè reliqui

Procris Cephalis
vxor.

*rore, vnde mel-
la, & alia dulciss.
medicamenta.

permisit ad Pro-
crin meam re-
direm.

*Procrin Ere-
cti F.

Tentid-

pro fidei, vt li. 3:34: Tentamenta * fide: male me, quin vera faterer, Continui: male quin, vt oportuit, oscula ferrem.

730

Tristis erat: sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi; desiderioque dolebat.
Coniugis erepti, tu collige, qualis in illa,
Phoce, decor fuerit; quam sic dolor ipse decebat.
Quid referam; quoties tentamina nostra pudici
Reppulerint mores? quoties ego, dixerit, vni
Senior, ubicunque est: vni mea gaudia seruo.

735

ut. modò. 729. Cui non ista * fide satis experientia sano
Magna foret? non sum contentus: & in mea pugno
Vulnera: dum census dare me promitto; loquendo,

740

Muneraque augendo, tandem dubitare coegi.
Exclamo, mala pectora detego. fictus adulter,
Verus eram coniux: me perfida teste teneris.
Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit:
Offensa que mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat studijs operata Diana.

745

Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Peruenit: orabam veniam; & peccasse fatebar,
Et potuisse datis simili succumbere culpe
Me quoque muneribus; si munera tanta darentur.

750

Hec mihi confesso lesum prius vltima pudorem
Redditur; & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi preterea, tanquam si parua dedisset
Dona, canem munus; quem cum sua traderet illi
Cynthia; Currendo superabit, dixerat, omnes.
Dat simul & iaculum; quod nos, vt cernis, habemus.

755

FAB. XXVII. ARGUMENTVM.

Thebani, Naiadibus, nymphisque futura pradicentibus, The- midis Dea obscura dantis responsa templum euerterunt. Indi- gnata

gnata Dea feram vulpem immisit, quæ pecora, & agrestes vexa- bar. Ad quam opprimendam cum reliqua Græciæ iuuetute co- uenit Cephalus cum iaculo & Lalape cane à Procride accepto. Qui cum missus vulpem persequeretur, essetque Cephalus telum conieciturus, utrumque adspexit in saxum commutatam.

Muneris alterius quæ sit fortuna requiris?
Accipe mirandum: nouitate mouebere facti.

760 Carmina Naiades non intellecta priorum
* Soluunt ingenijs; & * præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum,
Scilicet alma Themis; nec talia liquit inulta.
Protinus * Aonyx immissa est bellua Thebis:

*explicant
*despecta negle-
ctum habebatur

765 Cessit & exitio multis, pecorique sibi que,
Ruricolæ pauere feram. vicina inuentus
Venimus; & latos indagine circumimus agros.
Illa leni velox superabat retia saltu:
Summâque transibat postitarum lina plagarum.

*Brotis, cuius
Aonia pars est.
sunt verò mul-
ta: eo que distin-
guit

770 Copula detrahitur canibus; quos illa sequentes
Effugit; & cæterum non segnior alite ludit.
Pescor & ipse meum consensu * Lalapa magno.
(Muneris hoc nomen) iam dudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi: colloque morantia tendit.

*ab impetu eius
simili turbinis
qui lætæ

775 Vix bene missus erat; nec iam poteramus, vbi esset,
Scire: pedum calidus vestigia puluis habebat:
Ipse oculis ereptus erat. non ocyor illo
Hasta, nec * exuta contorto verberare glandes,
Nec Gortyniaco calamus lenis exit ab arcu.

*emissæ funga

780 * Collis apex medijs subiectis imminet aruis.
Tollor in hunc: capioque noui spectacula cursus:
Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est; nec limite callida recto,
In spatiumque fugit: sed decipit ora sequentis:

*Temnessas no-
minatur apud
Paul. Bzot.

785 Et redit in gyrum, * ne sit suus impetus hosti.

* vt vim canis in
celeritate postea
flexionibus fran-
gat & cludat.

Imminet hic: sequiturq; parem: similisq; tenent
 Non tenet; & vanos exercet in aera morsus.
 Ad iaculi vertebat opem: quod dextera librât
 Dum mea; dum digitos amentis addere tento;
 Lumina deflexi: reuocatâque rursus eodem
 Rettuleram: medio (mirum) duo marmora campo.
 Adspicio: fugere hoc, illud latrare putares.
 Scilicet inuictos ambos certamine cursus
 Esse Deus voluit; si quis Deus affuit illis.

790

Canes & vulpes in saxa.

FAB. XXVIII. ARGUMENTVM.

Cephalus cum Dianæ studio feras assidue persequeretur, saepeque ex nimio æstu refrigerari cupiens auram inuocaret, nympham aliquis arbitratus vocari, Procris eius uxori indicauit. At illa in virgulis se recondidit, vt specularetur an esset aliqua auram nomine, cuius ille cupiditate impulsus à se alienaretur. Cephalus procul speculatus moueri virgula, dum latere feram existimat eo loco, reconditam iaculo emisso coniugem imprudens interfecit. Itaque teli, quod marito dederat, Procris ob iram Aurora vim maximo cum ipsius vii luctu experta est.

quia Cephalus se ab eo dixerat perditum. 694.

Haecenus: & tacuit. Iaculo quod crimen in ipso est? 793
 Phocus ait. iaculi sic crimina reddidit ille.
 Gaudia principium nostri sunt, Phoece, doloris.
 Illa prius referam. iuuat o meminisse beati
 Temporis, Aeacide: quò primos rite per annos
 Coniuge eram felix; felix erat illa marito.
 Mutua cura duos, & amor socialis habebat:
 Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori:
 Nec me quæ caperet, non si Venus ipsa veniret,
 Vlla erat: æquales vrebant pectora flamma.
 Sole ferè radijs feriente cacumina primis
 Venatum in siluas iuueniliter ire solebam:
 Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
 Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.
 Tyrus eram iaculo. sed cum satiata ferinæ

800

805

Dextera

10 Dextera cædis erat; repetebam frigus, & umbram,
 Et quæ de gelidis exibat vallibus, auram.
 Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:
 Auram expectabam: requies erat illa labori.
 Aura (recordor enim) venias, cantare solebam:
 15 Meq; inues: intresq; sinus gratissima nostros:
 Vtq; facis, releuare velis, quibus vrimur, æstus.
 Forsitan* addiderim (sic me mea fata trahebant)
 Blanditias plures: & Tu mihi magna voluptas,
 Dicere sum solitus: tu me reficisq; fouesq;
 20 Tu facis, vt siluas, vt amem loca sola: meoq;
 Spiritus iste tuus semper capiat ab ore.
 Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
 Nescio quis: nomenq; auræ tam saepe vocatum
 Esse putat Nymphæ. Nympham mihi credit amari.
 25 Criminis extemplo fecti temerarius index
 Procrin adit: linguaq; refert audita susurra.
 Credula res amor est. subito collapsa dolore,
 Vt mihi narratur, cecidit: longoque refecta
 Tempore se miseram, se fati dixit iniqui.
 30 Deiq; fide quæta est: & crimine concita vano,
 Quod nihil est, metuit: metuit sine corpore nomen:
 Et dolet infelix: veluti de pellice vera.
 Sæpe tamen dubitat: speratq; miserima falli:
 Indiciòque fidem negat: & nisi viderit ipsa,
 35 Damnatura sui non est delicta mariti.
 Postera depulerant aurora lumina noctem:
 Egredior: siluasq; peto: *victorq; per herbas,
 Aura veni dixi, nostròque medere labori.
 Et subito gemitus inter mea verba videbat
 40 Nescio quos audisse. Veni tamen optima dicens,
 Fronde leyem rursus strépitum faciente caduca

*potui addidit

*voti compo. cum satiata ferinæ Dextera cædis erat. 809

Sunt

Sum rattus esse feram: telumque volatile misi.
 Procris erat; medioque tenens in pectore vulnus,
 Hei mihi, conclamat. vox est ubi cognita fide
 Coniugis; ad vocem præcepit, amensque cucurri. 845
 Semianimum & sparsas sedantem sanguine vestes,
 Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem.
 Inuenio: corpusque meo mihi carius vlnis
 Mollibus attollo: scissaque a pectore veste
 Vulnere sua ligo: conorque in hiberno cruorem:
 Ncu me morte sua sceleratum deserat, oro.
 Viribus illa carens, & iam moribunda coegit
 Hac se pauca loqui: Per nostri fœdera lecti,
 Perque Deos supplex oro, superosque, meosque, 855
 Per si quid merui de te bene, perque manentem
 Nunc quoque cum pereo, causam mihi mortis, amorem,
 Ne thalamis Auram patiare* in nubere nostris.
 Dixit, & errorem tum denique nominis esse
 Et sensi, & docui, sed quid docuisse inuabat?
 Labitur; & parue fugiunt cum sanguine vires: 860
 Dúmque aliquid spectare potest; me spectat; & in me
 Infelicem animam, nostroque exhalat in ore.
 Sed vultu meliore mori secunda videtur.
 Flentibus hæc lacrimans heros memorabat; & ecce
 Acæcus ingreditur duplici cum prole, nouoque 865
 Milite; quem Cephalus cum sortibus accipit armis.

ne in meo thalamo colloces.
 lib. 2, 526.

P V B.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Minos Iouis & Europæ filius, cum propter Androgeum filium
 interemptum ab Atheniensibus poenas repeteret; Megarâ, qua in
 vrbe regnabat Nisus, accessit. animo enim cõceperat, ea expu-
 gnata, occisisq; hostium præfidiis, se facile victoriâ consecuturum.
 Inter quæ Scylla Nisi filia sæpe murum ascendit delectandi gra-
 tia, propter lapides eius vocales: siquis enim eos calculo per-
 cussisset, haud aliter ac pulsata cithara insonabant: Apollo enim
 ædificando muro nauaturus operâ, lyram super lapides deposuit:
 cuius sonus in eos transit. E muro igitur Minos vrbi absidentem,
 cultu regali bellicis rebus interesse vt animaduertit, pulchritu-
 dine eius exarsit. & cû potiundi nullâ viam inueniret aliâ, vi-
 ctorem hostem fecit, purpureum patri dormienti crinem abscin-
 dens, quo patris fata continebantur: quem cum referatis portis
 accepto hoste ad Minos pertulisset, ille impium facinus auerfa-
 tus est. Nouissimè eam nauigio recipere noluit, patre iam in a-
 uem transfigurato, qui Græcis halyæctus dicitur, & persequente
 filiam illa quoque in volucrem Cirin verâ est.

I Am nitidum retegente diem, noctisque fugante
 Tempora Lucifero; cedit Eurus; & humida surgunt
 Nubila; dant placidi cursum redeuntibus austrum
 * Acacidis, Cephaloque; quibus feliciter acti
 Ante expectatum portus tenuere petitos.
 Interea Minos. Lelegeia litora vastat:
 Præsentatque sui vires Mauortis in vrbe
 Alcathoe; quam Nisus habet; cui splendidus ostro
 Inter honoratos medio de vertice canos
 10 Crinis inherebat magni fiducia regni.
 Sexta resurgebant orientis cornua Lunæ:
 Et pendeat adhuc belli fortuna: diuque
 Inter utrumque volat dubijs victoria pennis.
 Regia turris erat vocalibus addita muris:
 15 In quibus auratam* proles Latonia fertur

* conscripto in
 Oenopia militi.
 * Megaricia ædi-
 ficata à Lelege
 Aegyptio, ibidem
 rege. Pauf. vide
 sup. l. 7. 444.

* operam ad m-
 rum ædificandû
 Alcathoo præsti-
 turus.

Depo-

Deposuisse lyram: saxo sonus eius inhaesit.
 Sape illuc solita est adscendere filia Nisi;
 Et petere exiguo resonantia saxa lapillo;
 Tunc cum pax esset, bello quoque saepe solebat
 Spectare ex illa rigidi certamina Martis:
 Iamque mora belli procerum quoque nomina norat,
 Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras.
 Nouerat ante alios faciem ducis Europaei,
 Plus etiam, quam nosse sat est, hac indice, Minos,
 Seu caput abdidit cristata casside pennis
 In galea formosus erat; seu sumpserat aere
 Fulgentem clypeum; clypeum sumpsisse decebat.
 Torserat adductis hastilia lenta lacertis:
 Laudabat virgo iunctam cum viribus artem.
 Imposito calamo patulos sinuauerat arcus:
 Sic Phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
 Cum vero faciem dempto nudauerat aere;
 Purpureusque, albi stratis insignia pictis
 Terga premebat equi; spumantiaque ora regebat;
 Vix sua, vix sane virgo Niseia compos
 Mentis erat, felix iaculum, quod tangeret ille,
 Quaque manu premeret, felicia frena vocabat.
 Impetus est illi: (liceat modo) ferre per agmen
 Virgineos hostile gradus: est impetus illi
 Turribus è summis in Gnoesia mittere corpus
 Castra; vel eratas hosti recludere portas:
 Vel si quid Minos aliud velit, utque sedebat
 Candida. Dicit, spectans tentoria regis;
 Leter, ait, doleamine geri lacrimabile bellum,
 In dubio est, doleo, quod Minos hostis amanti est.
 Sed nisi bella forent; numquam mihi cognitus esset.
 Me tamen accepta poterat depouere bellum

Cretenfes ab
 opp. Cydonia.
 Minois à ma-
 Europa.

Scylla in Minois
 aurorem incidit.

Cretenfis à
 Dide monte
 Creta.

Obsi-

Obside me comitem, me pacis pignus haberet.
 Si qua te peperit, talis, pulcherrime regum,
 Qualis es ipse, fuit; merito Deus arsit in illa.
 O ego ter felix, si pennis lapsa per auras
 Gnostiaci possem castris insistere regis:
 Passaque, me flammisque, meas, qua dote, rogarem
 Vellet emi: tantum patrias ne posceret arces.
 Nam pereant potius sperata cubilia; quam sim
 Proditione potens, quamuis saepe utile vincit
 Victoris placidi fecit clementia multis.
 Iusta gerit certe pro nato bella perempto:
 Et caussaque, valet, caussamque, tuentibus armis.
 Ut puto, vincemur, qui si manet exitus urbem,
 Cur suus hæc illi referet mea mania Manors?
 Et non noster amor? melius sine cade, moraque,
 Impensaque, sui poterit superare cruoris.
 Nam metuo certe, nequis tua pectora, Minos,
 Vulneret imprudens: quis enim tam durus; ut in
 Dirigere immitem non inscius audeat hastam?
 Cæpta placent: & stat sententia, tradere mecum
 Dotalem patriam: sinemque, imponere bello.
 Verum velle parum est, aditus custodia seruat.
 Claustraque, portarum genitor tenet, hunc ego, solum
 Infelix timeo: solus mea vota moratur.
 Dii facerent sine patre forem, sibi quisque profecto
 Est Deus: ignavis precibus fortuna repugnat.
 Altera iamandum succensa cupidine tanto
 Perdere gauderet, quodcumque, obstaret amori.
 Et cur vlla foret me fortior? ire per ignes,
 Et gladios ausim, neque ad hoc tamen ignibus vllis,
 Aut gladijs opus est, opus est mihi crine paterno.
 Ille mihi est auro preciosior: illa beatam

fic lib. 6, 450
 & alibi saepe.

sc. voti. l. 660
 voti. sic Pall. 3.
 169. & hæc inf.
 29.

Purpa

Purpura me, votique mei factura potentem. 80
 Talia dicenti curarum maxima nutrix
 Nox interuenit: tenebrisque audacia creuit.
 Prima quies aderat: qua curis fessa diurnis
 Pectora somnus habet. thalamos taciturna paternos
 Intrat: & (heu facinus) fatalia nata parentem 85
 Crine suum spoliat: praedaque potita nefanda
 Fert secum *spolium sceleris; progressaque porta
 Per medios hostes (meriti fiducia tanta est)
 Peruenit ad regem. quem sic affata pauentem est:
 Sitasit amor facinus: proles ego regia. Nisi 90
 Scylla tibi trado patriamque; meosque penates.
 Premia nulla peto, nisi te. cape pignus amoris
 Purpureum crimem: nec me nunc tradere crinem,
 Sed patrium tibi crede caput. sceleratamque dextra
 Munera porrexit. Minos porrecta refugit: 95
 Turbatus que noui respondit imagine facti:
 Dij te summoueant o nostri infamia secli
 Orbe suo: *tellus que tibi, pontus que negetur.
 Certè ego non patiar Iouis incunabula Creten,
 Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum. 100
 Dixit: & ut leges captis iustissimus auctor
 Hostibus imposuit; classis retinacula solui
 Iussit; & aratas impleri remige puppes.
 Scylla, freto postquam deductas nare carinas,
 Nec praesiare ducem sceleris sibi premia vidit; 105
 Consumptis precibus violentam transit in iram:
 Intendensque manus passis furibunda capillis,
 Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta,
 O patri & pralate mea, pralate parenti?
 Quo fugis inimitis; cuius victoria nostrum 110
 Et scelus, & meritum est. nec te data munera, nec te
 Noster

Acceleratum mu-
sus. vers. 94.

Alludit ad legem
Pompeiam, qua
paricidæ cum si-
mia, gallo, &
serpente inluti-
culeo in mare
proiiciebantur.

Noster amor mouit. nec quod spes omnis in unum
 Te mea congesta est? nam quo deserta reuertar?
 In patriam? superata iacet. sed finge manere:
 115 Proditione mea clausa est mihi. patris ob ora,
 Quem tibi donauit? ciues odere merentem:
 *Finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem:
 Terrarum nobis; ut Crete sola pateret.
 Hanc quoque si prohibes; & nos ingrata relinquis;
 120 Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syris,
 Armeniæq; Tigres, Austroq; agitata Charybdis.
 Nec Ioue tu natus: nec mater imagine tauri
 Lusa tua est: generis falsa est ea fabula. Verum:
 Et ferus; & captus nullius amore iuuenca
 125 Qui te progeniuit, taurus fuit. *exige pœnas
 Nise pater; gaudete malis modo prodita nostris:
 Mœnia: nam fateor, merui: & sum digna perire.
 Sed tamen ex illis aliquis; quos impia laesis:
 Me perimat. cur qui vicisti crimine nostro,
 130 *Insequeris crimen? scelus hoc patriæque patrique;
 Officium tibi sit. te vero coniuge digna est:
 *Que toruum ligno decepit adultera taurum:
 Discordemque utero fetum tulit: ecquid ad aures
 Perueniunt mea dicta tuas? an inania venti
 145 Verba ferunt; iidemque tuas ingrata carinas?
 *Iam iam Pasiphaen non est mirabile taurum:
 Preposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.
 Me miseram: properare iubet; diuisaque remis
 Vnda sonat: mecumque simul * mea terra recedit.
 140 Nil agis o frustra meritorum oblite meorum:
 Insequar inuitum: puppimque amplexa recuruam:
 Per freta longa trahar. vix dixerat: insilit undis:
 Consequiturque rates faciente Cupidine vires:
 Gnosia

*quia re ipsa o-
dio sum digna.
* Finitimi timēs:
ne idem apud
iplos perpetrem.

*gaudendo de
infelici & di-
gno exitu mea
proditionis.

*damnas, & ve-
luti vlciferis.

*Pasiphae matris
Minotauri.

*Sic Catull. in
Nuptiis Pelei:
Iam iam nulla
viro, &c.

*quia videtur
recedere nauis
bus ab euntibus.

Gnosiacæq; haret comes inuidiosa carina.

Quam pater ut vidit (nam iam pendebat in auras, 145

Minus rex in Ha
lyetum.
Scylla in Cirim.

Et modo factus erat fuluis Halyetus in alis)

Ibat; ut harentem rostro laceraret adunco.

Illa metu puppim dimisit: & aura cadentem.

Sustinuisse levis, ne tangeret aquora, visa est.

Pluma fuit: plumis in avem mutata vocatur

270 28. nespq.

Ciris: & a tonso est hoc nomen adepta capillo. 150

FAB. II. ARGUMENTVM.

Minos victor cum Atheniensibus stipendium imposuisset: & nobilium liberi quotannis ad Labyrinthum à Dædalo factum mitterentur; qui Minotauro obicerentur; quem Pasiphaë Solis filia Minois vxor eiusdem Dædali fabri ope iuncta tauro enixa fuerat; tertio stipendio Theseus Aegæi & Acthræ filius in insulam Cretam deuectus, Ariadnes Minois & Pasiphaë filiz, quæ eius pulchritudine exarserat, amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum virgine abducta, in Diam insulam apulit: ibique Ariadnen dormientem inde soluens reliquit. Deferam autem à Theseo Liber Pater sibi copulauit: utque sui in eam moris memoria existeret, eius coronam in cælum transtulit.

Mezatonbe.

Vota Ioui Minos taurorum sanguine* centum

Soluit: & egressus ratibus Creteida terram

Contigit: & spolijs decorata est regia fixis.

Creuerat opprobrium generis: scedumq; patebat 155

Matris adulterium monstri nouitate biformis.

Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem:

Multipliciq; domo, cæcisq; includere tectis.

Dædalus ingenio fabra celeberrimus artis

*signa ea quibus
loca facile dif-
cernuntur, effi-
cit ut incerta
sint & dubia.

Ponit opus: *turbatq; notas: & limina flexu 160

Ducit in errorem variarum ambage viarum.

Non secus ac liquidis Phrygius Meander in undis

Ludit: & ambiguo lapsu refluitq; fluitq;

Occurrensq; sibi venturas adspicit undas:

Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum. 165

In

Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet

Innumeras errore vias: vixq; ipse reuerti

Ad limen potuit. tanta est fallacia tecti.

Quo postquam geminam tauri, iuuenisq; figuram

170 Clausit; & Actæo bis pastum sanguine monstrum

Tertia* fors annis domuit repetita nouenis;

Utq; ope virginea nullis iterata priorum

Ianua difficilis filo est inuenta relicto;

Protinus Aegides rapta Minoidæ Diam

175 Vela dedit: comitemq; suam crudelis in illo

Litore destituit. desertæ, & multa * querenti

Amplexus, & opem Liber tulit. utque perenni

Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam

Immisit calo: tenues volat illa per auras:

180 Dumq; volat; gemma nitidos vertuntur in ignes:

Consistuntq; loco, specie remanente corona,

Qui medijs nixiq; genu est, anguemq; tenentis.

*fortiione enlm
tertia. i. nono
anno, eductus est
Theseus.

*Elegantissim
querelâ eius & c.
exsequitur. Fast.
3. 471.
Corona Ariad-
nes in sidus con-
leste.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Dædalus Eupalami filius supradictus, cum propter commissis Minoëo, à quo clausus tenebatur, fugere vellet; pœnas sibi, & filio Icaro aptauit, quibus ut volucres profugerent regis imperium. Quorum Icarus, quia præceptis parentis obtemperare nequiuit, in mare decidit, quod eius nomine Icarium dictum est. Dædalus autem in Siciliam ad Cocalum regem profugit, seipso filio in insula illi mari in quod ceciderat, vicina: quæ de eius quoque nomine Icaros dicta est. Patrem autem filium seipellientem vidit Perdix, sororis ipsius Dædali filius, eiusq; casum cum gaudio tulit. nam cum a matre fratri datus esset in discipulo nam, quia primus ferram inuenerat: ob inuidiam ingenij ex muro à Dædalo præcipitatus est. cui Minerua opem tulit: antè enim quam terram contingeret, ab ea in volucrem est versus, quæ à nomine eius perdix vocatur.

Dædalus intèrèa Creten, longumq; perosus

Exilium, tactusq; loci natalis amore,

185 Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, & undas

Ob

Obstruat: at caelum certe patet: ibimus illae.
 Omnia possideat: non possidet aera Minos.
 Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
 Naturamque nouat nam ponit in ordine pennas.
 A minima ceptas, longam breuiore sequente,
 Vt cliuo creuisse putes, sic rustica quondam
 Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
 Tunc lino medias, & ceris alligat imas.
 Atque ita compositas paruo curuamine flectit;
 Vt veras imitetur aues, puer Icarus una
 Stabat: & ignarus sua se tractare pericla,
 Ore reudenti, modo quas vaga mouerat aura,
 Captabat plumas: flauam modo pollice ceram
 Mollibat; lusuque suo mirabile patris
 Impediebat opus, postquam manus ultima cepto
 Imposita est: geminas opifex librauit in alas
 Ipse suum corpus: motaque pependit in aura.
 Instruit & natum: Medioque ut limite curras,
 Icare, ait, moneo, ne, si demissior ibis,
 Vnda grauet pennas, si celsior, ignis adurat.
 Inter utrumque vola: nec te spectare Booten,
 Aut Helicen iubeo, strictumque Orionis enses:
 Me duce carpe viam, pariter praecepta volandi
 Tradit; & ignotas humeris accommodat alas.
 Inter opus, monitusque genae maduere seniles:
 Et patria tremuere manus, dedit oscula nato
 Non iterum repetenda suo: pennisque leuatus
 Antè volat: comitique timet, velut ales, ab alto.
 Quae teneram prolem produxit in aera nido.
 Hortaturque sequi: damnosasque erudit artes:
 Et mouet ipse suas, & nati respicit alas.
 Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces:

Daedalus volu- cer.

ipse ipsum erant in viri pericu- lum adductura.

Nolo voles mi- hi vel ad vnum latus, vbi Bootes & Helice, vel ad alterum, vbi Orion, sed sequere me. Vel ne dirigas cursum tuum ad astra quomo- do nauigantes.

190

195

200

205

210

215

Aut

Aut pastor baculo, siueque innixus arator
 Vidit: & obstupuit: quique aethera carpere possent,
 220 Credidit esse deos. & iam Iunonia leua
 Parte Samos fuerat, Delosque, Parosque relictae:
 Dextra Lebyntos erat, secundaque melle Calymna:
 Cum puer audaci cepit gaudere volatu:
 Deseruitque ducem: calique cupidine tactus
 225 Altius egit iter rapidi vicinia solis
 Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
 Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:
 Remigioque carens non vllas percipit auras:
 Oraque cerulea patrum clamantia nomen
 230 Excipiuntur aqua: quae nomen traxit ab illo.
 At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
 Icare, dixit, ubi es? quia te regione requiram?
 Icare, dicebat: pennas adspexit in undis:
 Denouitque suas artes: corpusque sepulcro
 235 Condidit: & tellus à nomine dicta sepulti.
 Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
 Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix:
 Et plausit pennis: testatque gaudia cantu est,
 Vmca tunc volucris, nec visa prioribus annis,
 240 Factaque nuper auis, longum tibi Dedaë crimen.
 Namque huic tradiderat satorum ignara docendam
 Progenicem germana suam, natalibus actis
 Bis puerum senis, animi ad praecepta capacis.
 Ille etiam medio spinas in pisce notatas
 245 Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto
 Perpetuos dentes: & serra repperit usum
 Primus. & ex uno duo ferrea brachia nodo
 Lunxit; ut equali spatio distantibus illis
 Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

Icari volatus.

Icarium mare. Icaros insula.

non intermo- ritarum.

Perdix in auē.

Serra defesi- ptio.

P

Da.

Dædalus inuidit: sacraque ex arce Mineræ.
 Precipitem misit lapsum mentitus. at illum,
 Quæ fauet ingenis, excepit Pallas: auemque
 Reddidit: & medio velauit in aere pennis.
 Sed vigor ingenij quondam velocis in alas,
 Inque pedes abiit nomen, quod & ante, remansit.
 Non tamen hæc alte volucris sua corpora tollit:
 Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos:
 Propter humum volitat: ponitque in sepibus oua:
 Antiquique memor metuit sublimia casus.

250

255

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Oeneus Parthaonis filius quia in sacrificio cogendorum fructuum consulto præterierat Dianam; aper ab ea missus est, qui Calydonia: agros vastaret. Perseuerante Oeneo, in despectu dex; Meleager eius filius conuocatis Græciæ principibus, aprum patris iussu venari ingressus est: cui quibus Aralanta Iahj Arcadiæ regis filia, ex Arcadia digressa est, quæ prima aprum vulnerauit. Cuius virtutem & spacium miratus Meleager, intercepto aprum exuias ei concessit: quas Plerippus, Foxeus, Agenor, Meleagri auunculi, virgini ereptas cum interitu rependerunt. At Althea mater Meleagri ut fratrum cædem accepit; stipitem fatalem conditum à Paris, in quo vita Meleagri continebatur, flamma percussit. Quo consumpro, Meleager extinctus est: cuius interitu sorores inter se adum in volucres conuersæ, è fratris nomine Meleagrides, cognominantur.

*facinore The- sei laudabili.

Iamque fatigatum tellus Aetnea tenebat
 Dædalon: & sumptis pro supplice Cocalus armis
 Mitis habebatur iam lamentabile Athena
 Pendere desierant The'ea: *laude tributum.
 Temp'la coronantur bellatricemque Mineruam
 Cum Ioue, Diisque vocant alius: quos sanguine voto,
 Muneribusque datis, & acerris turis honorant.
 Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes
 Theseos: & populi, quos diues Achæia cepit,
 Huius opem magnis implorauere periculis.

260

265

Huius

270 Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
 Sollicita supplex petit prece causa petendi
 Sus erat infesta famulus, vindicæque Diana.
 Oenea namque ferunt plenis succibus anni
 Primitias frugum Cereri, sua vna Lyæo,
 275 *Palladios stauæ latices libasse Mineræ.
 Cæptus ab agricolis speros peruenit ad omnes
 Ambitiosus honor: solas sine ture relictus
 Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.
 Tangit & ira Deos: At non impune feremus,
 280 Quæque inhonorata, non & dicentur inulta,
 Inquit: & Oeneios ultorem spreta per agros
 Misit aprum: quanto maiores herbida tauros
 Non habet Epirus: sed habent Sicula arua minores.
 Sanguine & igne micant oculi: riget horrida ceruix:
 285 *Et setæ rigidæ similes hastilibus horrent:
 St. intque velut valbum, velut alta hastilia setæ.
 Feruida cum rauco latos stragere per armos
 Spuma sicut dentes æquantur dentibus Indis:
 Eulinen ab ore venit frondes afflatibus ardent.
 290 Is modo crescentes segetes proculcat in herba:
 Nunc maturas metit steruri vota coloni:
 Et Cererem in spicis interceptit. area frustra,
 Et frustra expectant promissas horrea messes.
 Sternuntur grauidi longæ cum palmitæ fetus,
 295 Baccæque cum ramis semper frondentis oliuæ.
 Sæuit & in pecudes non has pastorue canisue,
 Non armenta truces possunt defendere auri.
 Diffugiunt populi: nec se nisi incensibus orbis
 Esse putant tutos: donec Meleagros, & vna
 300 Lectæ manus iuuenum caluere cupidine laudis.
 Tyndarida gemini præstantes, castibus alter,

*oleum à Palladæ inuentum rusticis numinibus, vt Pans &c.

*patiemur abire impunitum.

Calydonij aprum descriptio.

*Abest hic versus ab Albi editione.

*herbescentes.

*Toreus & Ple-
sippus Thestij
filij.

*Euryo & Crea-
tus, filij Aetoris
cognomento
Neptuni fami-
liares amici
Phylei. Paul. in
Eliacis.
*Admeto Phe-
ceus filio.

*Atalaa patria
Tegeatis. Paul.
Arcad.

*Et sep. 196.

Alter equo, primaque natus molitor Iason,
Et cum Pamboo felix concordia Thestus,
Et duo Thestiade, & proles Aphareia Lynceus,
Et velox Idas, & iam non femina Ceneus,
Leucippusque ferox, iaculoque insignis Acastus,
Hippobothusque, Dryasque, & ceterus Amyntore Phœnix,
* Acloriadaque parens, & missus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aherat, magnique creator Achillis,
Cumque Pheretiade, & Hyanteo Iolao
Impiger Eurytion, cui suque iunctus Echion,
Neritusque Lelex, Panopeusque Hyleusque, feroxque
Hippasus, & primus etiam nunc Nestor in annis,
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,
Penelopésque socer, cum Parrhasio Anceo,
Ampycidesque sagax, & adhuc à coniuge tutus
Oeclides, nemorisque decus Tegeæa Lycei.
Rasilis huic summam mordebat sibiula vestem;
Crinis era: simplex nodum collectus in unum:
Ex humero pendens resonabat eburnea lauro
Telorum custos: arcum quoque leua tenebat.
Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optavit rennente Deo: flammæque latentes
Hansit, & O felix si quem dignabitur, inquit,
Ista virum: nec plura sinit tempusque pudorque.
Dicere: maius opus magni certaminis orget.
Silua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas;
Incipit à plano: de nexaque prospicit arua.
Quo postquam venerè viri: pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars pressa sequuntur
Signa pedum: cupiuntque suum reperire periculum.

Com.

Concava vallis erat: quò se dimittere rivi
335 Assuerant pluvialis aquæ tenet una lacuna
Lenta salix, olivæque leues, iunctique palustres,
Viminæque, & longæ parva sub arundine canna.
Hinc aper excitus mediis violentus in hostes
Fertur, ut excussis elisus nubibus ignis.
340 Sternitur incursum nemo: & propulsa fragorem
Silua dat, exclamant iuvenes: protentæque fortè
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit: spargitque canes, ut quisque furenti
Obstat: & obliquolatrantes dissipat ictu.
345 Cuspis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit: truncòque dedit leue vulnus acerno.
Proxima si nimis mittentis viribus visa
Non foret, in tergo visa est hæsuræ petito:
Longius it: auctor teli Pagæus Iason.
350 Phœbe, ait, Ampycides, si te coluque, coloque;
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
*Qua potuit precibus Deus annuit ictus ab illo est,
Sed sine vulnere, aper: ferrumque Diana volanti
Abstulerat iaculo: lignum sine acumine venit.
355 Ira feri mota est: nec fulmine lenius arsit.
*Emicat ex oculis spirat quoque pectore flammæ.
Utque volat moles adducto concita neruo;
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres;
In iuvenes certo sic impete vulnificus sus
360 Fertur: & Eupalamon, Pelagonaque dextra tuentes
Cornua prosternit: socij rapuere iacentes.
At non letiferos effugit Enxismus ictus
Hippocoonte satius trepidantem, & terga parantem
Vertere, succiso liquerunt poplite nexi.
365 Forsitan & Pylius citra Troiana perisset

Cum apro pu-
gna
*pro turbata &
pro sternenda.
Et lib. 3, 80.

*sic l. 2, 105.
pro, quantum
feri poterat.

*emicare in ca-
videtur oculi. i.
flamæ instar
subflire & scin-
tillare.

*Nestor à Pyle |
vrbe Messeniz,
cui imperabas
ante bellum
Troianum.

P. 3

Tem-

Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta,
 Arboris insiluit; quæ stabat proxima, ramis
 Despexitque loco ruitus, quem fugerat, hostem.
 Dentibus ille ferox in quærno stipite tritis
 Imminet exitio: fidensque recensibus armis. 470
 Orithyæ magni rostro femur hausit adunco.
 At geminanondum cælestia sidera fratres,
 Ambo conspicui, nunc candidioribus ambo
 Vectabamur equis: ambo vibrata per arvas
 Hastarum tremulo quatiebant spicula motu. 375
 Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas
 Nec iaculis isset, nec equo loca per uia siluas.
 Persequitur Telamon: studioque incautus eundi
 Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
 Dum leuat hunc Peleus: celerem Tegeæa sagittam 380
 Imposuit neruo, sinuatque expulit arcu.
 Fixa sub aure feri summum distinxit arundo
 Corpus: & exiguo rubefecit sanguine setas.
 Nec tamen illa sui successu letior ictus,
 Quam Meleager erat, primus uidisse putatur; 385
 Et primus secus visum ostendisse cruorem:
 Et meritum dixisse feræ virtutis honorem.
 Erubere viri: seque exhortantur: & addunt
 Cum clamore animos: iaciuntque sine ordine tela.
 Turba nocet iactis: & quos petit, impedit ictus. 390
 Ecce furens comira sua fata bipennifer Arcas,
 Discite femineis, quid tela virilia præstent
 O iuuenes, operique meo concedite, dixit:
 Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis;
 Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana. 395
 Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
 Ancipitemque manu tollens, utraq; securim,

*dentibus fulmineis, in truce acutis & quasi reuolutis.
 *Falt. 5. 720.

Ancrus Partholus, sup. 315.

In-

Institit digitis primos suspensus in artus.
 Occupat audentem, quæque est via proxima leto,
 400 Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
 Concidit Ancaus: glomeratque sanguine multo
 Viscera lapsa fluunt: madefactaque terra cruore est.
 Ibat in aduersum proles Ixionis hostem
 Pirithous: valida quatens venabula dextra.
 405 Cui procul Aegides, O me tibi carior, inquit,
 Pars animæ consistit meæ: licet enim esse
 Fortibus: Ancaonocuit temeraria virtus.
 Dixit: & arata torfit graue cuspide cornu:
 Cui bene librato, votique potente futuro
 410 Obstetit æsculea frondosus ab arbore ramus.
 Misit & Aesomides iaculum: quod casus ab illo
 Vertit: & in mentum figit: latrantis: & inter
 Illa coniectum, tellure per ilia fixum est.
 At manus Oenidæ variat: missisque duabus,
 415 Hasta prior terra, medio steit altera tergo.
 Nec mora: dum seuit, dum corpora versat in orbem;
 Stridentemque nouo spumam cum sanguine fundit;
 Vulneris auctor adest: hostemque irrtat ad iram:
 Splendidaque aduersos venabula condit in armos.
 420 Gaudia testantur socij clamore secundo:
 Vittricemque petunt dextra coniungere dextram:
 Immanemque feram multa tellure iacentem
 Mirantes spectant: neque adhuc contingere tutum
 Esse putant sed tela tamen sua quisque cruentat.
 425 Ipse pede imposito, caput exitiabile pressit:
 Atque ita, Sume mei spoliū Nonacria iuris
 Dixit: & in partem veniat mea gloria tecum.
 Protinus exiuias rigidis horrentia setis
 Terga dat, & magnis insignia dentibus ora.

*Gestus tollentis securim.

*Theseus.

*hasta ex cornu arbore, notandū enim vlrpari hoc sensu cornu in iij. inflex. gen. neutro. *iason. *inferiorē oris canini partem.

*Aper efficitur à Meleagro.

*Acalanta, à Nonacri urbe Arcadiz.

Illi letitia est cum munere muneris auctor, 430
 Invidere alij: totoque erat agmine murmur.
 E quibus ingenti tendentes brachia voce,
 Pone agè, nec titulos intercipe femina nostros,
 Thestias clamant: nec te fiducia formæ
 Decipiat: ne sit longè tibi captus amore 435
 Auctor. & huic adimunt munitus, ius muneris illi.
 Non tulit: & tumida frendens Mauortius ira,
 Discite raptiores alieni, dixit, honoris,
 Facta minis quantum distent haustuque nefando
 Pectora Plexippi nil tale timentia ferro. 440
 Toxæa, quid faciat, dubium pariterque volentem
 Vlcis fratrem, si aternaque fata timentem,
 Haud patitur dubitare diu: calidumque prioris
 Cede recalscit consorti sanguine telum.
 Dona Deum templis nato victore ferebat, 445
 Cum videt extinctos fratres Althæa referri.
 Que plangore dato, mestis clamoribus urbem
 Implet: & auratis mutauit vestibus atras.
 At simul est auctor necis editus; excidit omnis
 Luctus: & à lacrimis in pænæ versus amorem est. 450
 Stipes erat: quem cum partus enixa iaceret
 Thestias: in flammam triplices posuere sorores:
 Staminaque impresso fatalia pollice nentes,
 Tempora dixerunt, eadem lignoque, tibi que
 O modo nate damus, quo postquam carmine dicto 455
 Excessere Deæ: flagrantem mater ab igne
 Eripuit rannum: sparsit que liquentibus undis.
 Ille diu fuerat penetratibus abditus imis:
 Seruat usque tuos, inuenis, seruauerat annos.
 Protulit hunc genitrix, tedasque, & fragmina poni 460
 Imperat: & positis inimicos admouet ignes.

ne interficiatur tuus amator, & cogaris eo carere.

Interim: Me Leager tuos amuculos.

vindictæ cupiditatem.

Althæa in filio patrū mortem læscitur.

Tum

Tum conata quater flammis imponere ramum,
 Cæpta quater tenuit, pugnat materque sororque;
 Et diuersa trahunt unum duo nomina pectus.
 465 Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri:
 Sæpe summi feruens oculis dabat ira ruborem.
 Et modo nescio quid similis crudele minanti.
 Vultus erat: modo quem misereri credere posses.
 Cumque ferus lacrimas animi siccauerat ardor,
 470 Inueniebantur lacrimæ tamen: utque carina,
 Quam ventus, ventoque rapit contrarius æstus,
 Vm geminam sentit, parè que incerta duobus;
 Thestias haud aliter dubiis affectibus errat:
 Inque vices ponit, positamque resuscitat iram.
 475 Incipit esse tamen melior germana parente:
 Et consanguineas ut sanguine leniat umbras;
 Impietate pia est: nam postquam pestifer ignis
 Conualuit; rogius iste cremet mea viscera, dixit.
 Utque manu dura lignum fatale tenebat;
 480 Ante sepulcrales infelix adstitit aras:
 Pænarumque Deæ triplices furialibus, inquit,
 Eumenides sacris vultus aduertite vestros.
 Vlcis cor, faciò que nefas, mors morte pianda est:
 In scelus addendum scelus est, in funera funus:
 485 Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
 An felix Oeneus nato victore fruatur?
 Thestius orbis erit? melius lugebitis ambo.
 Vos modo fraterni manes, animæ que recentes
 Officium sentite meum: magnoque paratas
 490 Accipite inferias veteri mala pignora nostri.
 Hei mihi, quò raptor? fratres ignoscite matri.
 Descriunt ad cæpta manus: meruisse fatemur.
 Illum cur pereat: mortis mihi displicet auctor.

P S

Et

34 METAMORPH.

Ergo impune feret; viuisque, & victor, & ipso
 Successu tumidus, regnum Calydonis habebit? 495
 Vos cinis exiguus, gelidaque iacebitis umbra?
 Haud equidem patiar, percat sceleratus: & ille
 Spemque patris, regnumque trahat, patriaque ruinam.
 Mens ubi materna est? ubi sunt pia vota parentum?
 Et quos sustinui bis mensum quinque labores? 500
 O vitinam primis arsisset ignibus infans:
 Idque ego passa forem, dixisti munere nostro:
 Nunc merito moriere tuo: cape premia facti:
 Bisque datam, primum partu, mox stipite rapto,
 Redde animam: vel me fraternis adde sepulcris. 505
 Et cupio: & nequeo: quid agam: modo vulnera fratrum
 Ante oculos mihi sunt, & tanta cedis imago.
 Nunc animum pietas, maternaque nomina frangunt.
 Me miseram! male vincetis, sed vincite fratres:
 Dum modo qua dedero vobis salatia, vosque 510
 Ipsa sequar, dixit: dextraque auersa trementi
 Funereum torrem medios coniecit in ignes.
 Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
 Stipes: & inuitis correptus ab ignibus arsit.
 Inscius, atque absens flamma Meleagrus ab illa 515
 Vritur: & caesis torreni viscera sentit
 Ignibus: ac magnos superat virtute dolores.
 Quod tamen ignauo cadat, & sine sanguine leto;
 Meret: & Ancaei felicia vulnera dicit:
 Crandenuimque patrem, fratresque; piisque sorores 520
 Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo:
 Forsitan & matrem, creseunt ignisque, dolorque:
 Languescuntque iterum, simul est exstinctus uterque:
 Inque leues abiit paulatim spiritus auras,
 Paulatim cana prunam velante favilla. 525
 Alta

LIB. VIII. 235

Alta iacet Calydon: lugent iuuenesque senesque:
 Vulgusque proceresque gemunt: scissaque capillos
 Plangunt ora simul matres Calydonides. Oeneus
 Pulvere canitiem genitor vultusque seniles
 530 Fœdat humi fusus: spatiosumque increpat animum.
 Nam de matre, manus diri sibi conscia facti
 Exegit penas, abto per viscera ferro.
 Non mihi saccentum, Deus ora sonantia linguis,
 Ingeniumque capax, totumque, Heliconâ dedisset:
 535 Tristia persequerer miserarum vota sororum.
 Immemores decoris, liuentia pectora tundunt:
 Dumque manet corpus, corpus resouentque, fouentque:
 Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
 Post cinerem, cineres haustos, ad pectora pressant:
 540 Affusaque iacent tumulo: signataque saxo
 Nomina complexa, lacrimas in nomina fundunt.
 Quas post Oeneâ tandem Latonia clade
 Exsatiata domus, præter Gorgœnque, nurumque*
 Nobilis Alcmena, natis in corpora pennis
 545 Alceat: & longas per brachia porrigit alas:
 Corneaque ora facit: versasque per aera mittit.

Sorores Meleagri in aues Meleagrides, de quibus Plin. l. 10. 26. Deianira Hercules vxorem.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Theſeus apro Calydonio interfecto cum se recipere Athenas, & torrentibus aquis interpellaretur ab Achelou amne, qui imbribus innumerat, iuuuatus est: vt suis totis succederet, dum fluminis vnda subsideret. Cuius ille hospitio cum reuisset, inter epulationem, procul insulas visas ab hospite, accepit Nymphas fuisse Naiades: quæ cum Deis sacra redderent, ab eisque præteritus ipse esset, motus offensa, in insulas Echinadas ea conuertit.

Interea Theſeus sociati parte laboris Functus, Erechtheas Tritonidos ibat ad arcas. Clausit iter, fecitque moras Achelous eunni 550 Imbre tumens. Succede meis, ait, inclite tellis

* in Calydonia apro interfecto.

Cetero

Cecropide: nec te committe rapacibus undis:
 Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magnas
 Murmure saxa solent. vidi contermina ripa
 Cum gregibus stabula alta trahi: nec fortibus illis
 Profuit armentis, nec equis velocibus esse. 555
 Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis
 Corpora turbineo iuuenilia vortice mergit.
 Tutior est requies; solito dum flumina currant
 Linnite; dum temues capter suis alueis undas.
 Annuit Aegides: Vrorque Acheloe, domoque, 560
 Consilioque tuo, respondit: & usus utroque est.
 Acheloi atrium
 Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis
 Structa subit: molli tellus erat humida musco.
 Summa lacunabant alterno murice concha.
 Iamque duas lucis partes Hyperione menso, 565
 Discubere toris Theseus; comitesque laborum,
 Hac Ixionides, illa Troezenius heros
 Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
 Quosque alios parili fuerat dignatus honore
 Annis Acarnanum letissimus hospite tanto. 570
 Protinus appositas nude vestigia Nympha
 Instruxere epulis mensas: dapibusque remotis
 In gemma posuere merum. tum maximus heros
 Aequora prospiciens oculis subiecta, Quis, inquit,
 Ille locus: digitoque ostendit: & insula nomen 575
 Quod gerit illa, doce: quamquam non vna videtur.
 Annis ad haec non est, inquit, quod cernimus, vnum.
 Quinque iacent terra: spatium discrimina fallit.
 Quoque minus spreta factum mirere Diana;
 Naiades ha fuerant: quae cum bis quinque iuencos 580
 Mactassent; rurisque Deos ad sacra vocassent;
 Immemores nostri festas duxere choreas.

* turbinis instar
 torqueate mer-
 sos in orbem &
 inuoluerit.
 Acheloi atrium
 in lacunaria
 distinguunt.
 Pirrhus co-
 mes Thesei
 gemmatis po-
 culis
 breuitas spaij
 confundit earu
 separationes.
 Quo Oeneum
 vna ca.

Intumui: quantusque feror, cum plurimus, vniquam;
 Tantus etiam, pariterque animis immanis, & undis
 585 A siluis siluas, & ab aruis arua reuulsi:
 Cumque loco, Nymphas memores tum denique nostri,
 In freta pronolui, fluctus nostrerque, marisque
 Continuum diduxit humum; pariterque reuellit
 In totidem, mediis, quot cernis Echmadas, undis.

* aquis plurimis
 excreui.
 Naiades in Echi-
 nadas insulas.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheloo amne per vim
 esset oppressa; pater eam ob admissum praecipitavit in pelagus. stu-
 prator impetrauit beneficio Neptuni, vt mare eam semotam ab
 Echmadas insulis efficeret, in insulam.
 590 Vt tamen ipse vides, procul, en procul vna recessit
 Insula grata mihi. Perimele nauita dicit.
 Huic ego, virginium dilecte nomen ademi.
 Quod pater Hippodamas agre tulit; inque profundum
 Propulit escopulo peritura corpora nata.
 595 Excepi, nantemque ferens, O proxima terra
 Regna vage, dixi, sortite Tridentifer undae,
 In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
 Huc ades; atque audi placidus Neprune precantem.
 Huic ego, quam porto, nocui: si mitis, & equus,
 600 Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset;
 Debit illius misereri; ignoscere nobis.
 Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
 Affer opem; merseque precor feritate paterna
 Da, Neptune locum: vel sit locus ipsa licebit,
 605 Hunc quoque complectar, mouit caput aequoreus rex
 Concussitque suis omnes assensibus undas.
 Extimuit Nymphae: nabat tamen ipse natantis
 Pectora tangebam trepido salientia motu:
 Dumque ea contracto, totum durefcere sensi

* vitium intelli-
 & feci ne pot-
 illa diceretur
 virgo.
 Corpus

238 METAMORPH. 610
 Corpus; & inducitur condita praecordia terra.
 Dum loquor; complexa est artus noua terra natantes:
 Et grauis increuit mutatis insula membris.

F. A. B. VII. VIII. ET IX.
 ARGUMENTVM.

Iupiter & Mercurius in hominum figuras versi, in Phrygia cum animos incolarum experti à nullo vltro exciperentur hospicio, à Thimone & Baucide hospitalissimè sunt excepti, & cum maxima voluptate rebus humilibus ad victum necessariis simplicissimos animos pauperum experti sunt. Ergo, ut numerus ac vni ostenderet suam; se uocatis feribus hospitibus in excelso collem, casam eorum in templum conuerterunt, eosque ipsos opertos antistites loci sacri praesiterunt: ita ut cum senectute soluti essent, in arbores conuerterentur, Philemon in quercum, Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod ceteros viues inhospitales habuerat, aquarum multitudine obrutum, stagnum factum est.

Annis ab his tacuit factum mirabile cunctos.
 Moverat iridet credentes, utque Deorum
 Spectator erat, mentisque ferox Ixione natus,
 Ficta refers, nimirumque putas Acheloe potentes
 Esse Deos, dixit si dant, adimuntque figuras.
 Obstupere omnes nec talia dicta probantur:
 Ante omnesque Bellex animo maturus, & aeo,
 Sic ait: Immensa est, finemque potentia cali
 Non habet: & quidquid superi voluere, peractum est.
 Quoque minus dubites tilia contermina quercus
 Collibus est Phrygiis, medio circumdata mero,
 Ipse locum vidi, nam me Pelopeia Pithheus
 Misit in arua, suo quondam regnata parenti.
 Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
 Nunc celebres mergis, fulicibusque palustribus unda.
 Iupiter huc specie mortalis, cumque parente
 Venit Atlantia: os positus caducifer alis.
 Mille domos adiere, locum, requiemque petentes:
 Mille domos clausere fera: tamen, una recepit,
 Parua.

hæc ipse simili
 ris patri Cætauro,
 quos Poëta
 vii & Cyclopes,
 faciunt deorum
 contemptores.

Deorum potestas.

Phrygia, à Pelope
 Tantalii
 Phrygiæ regis
 filio.

Parua quidem stipulis, & canna tecta palustri:
 Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon
 Illa sunt annis iuncti iuuenilibus: illa
 635. Conseruere casa; paupertatemque ferendo.
 Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
 Nec refert dominos illic, famulosne requiras.
 Tota domus, duo sunt: iidem parentque, iubentque.
 Ergo ubi Calicole paruos tegerere penates;
 640. Summissaque humiles intrarunt vertice postes:
 Membra senex posito iussit releuare sedili:
 Quo superiniecit textum rude sedula Baucis.
 Inde foco tepidum cinerem dimouit: & ignes
 Suscitât besternos; solisquæ, & cortice sicco.
 645. Nutrit: & ad flammâs anima perducit ani:
 Multifidâsque faces, ramaliâque arida tecta.
 Derulit, & minuit, paruoque ad mouit aeno.
 Quodque suus conuix riuo collegerat horto,
 Truncat olus solis furca leuat ille bicorni
 650. Sordida terga suis nigro pendentia tigno:
 Seruatque diu, refecat de tergore partem
 Exiguam; sectamque domat feruentibus undis.
 Interea medias fallunt sermonibus horas:
 Sentiri que moram prohibent, erat aueus illic.
 655. Fagimeis, dura clauo suspensus ab ansa:
 Is tepidis impletur aquis, artusque fouendas
 Accipit in medio torus est de mollibus undis.
 Impositu lecto, sponda, pedibusque salignis.
 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
 660. Siernerè consueuant, sed & hæc vilisque, vetusque
 Vestis erat, lecto non indignanda saligno.
 Accubere Dei mensam succincta, tremensque
 Pōnit auis: mensæ sed erat pes tertius impar:

Baucis & Philemon.
 eam simul a pueris usque habitauerunt.

Rustici pauperis apparatus.
 deorsum tulit.
 folia oleris decerpi, reiecit caule & ceteris inutilibus.

magno labore molit & coquit, ut ipse durissimam.

pedes tepida lauandos.

digna existimanda.

Testa

• mēlx inæqua-
litate.
• ve quæ sit odo-
re suavisimo.
• olius, quæ &
viridis & nigra
est.
• radícula, herba
in acetariis fre-
quens.
• itidem fœtilis.

Testa parem fecit, quæ postquam subdita cliu-
Sustulit, æquatam menta extersere videnti.
Ponitur hic bicolor, sincera bacca Mineruæ,
Conditæque in liquida corna autumnalia fœce,
Inybaque, & radix, & lactis massa coacti,
Ouaque, non acri leuiter versata favilla,
Omnia fœtilibus, post hæc calatus eodem
Sistitur argento crater, fabricatæque fago
Pocula, quæ caua sunt flauentibus illita ceris.
Parua mora est: epulæque socii misere calentes:
Nec longæ rursus referuntur vina senectæ:
Dantque locum mensis paulum seducta secundis.
Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis,
Prunæque, & in patulis redolentia mala canistris,
Et de purpureis collectæ vitibus una,
Candidus in medio fauus est, super omnia vultus
Accessere boni nec mers, pauperque voluntas.
Interea quoties haustum cratera replevi
Sponte sua, per seque vident succrescere vina;
Attoniti nonitate pauent manibusque supinis
Concupiunt Baucisque preces, timidisque Philemon:
Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Vnicus anser erat minimæ custodia villæ:
Quem Diis hospitibus domini mactare parabant:
Ille celer penia, tandemque est visus ad ipsos
Eluditque diu, tandemque est visus ad ipsos
Confugisse Deos, superi vetuere necant:
Dique sumus, meritaque luet vicinia penas
Impia, dixerunt: volis in munus huius
Esse mali dabitur: modo vestra relinquite tecta:
Ac nostros comitate gratus: & in ardua montis
Ite simul, parant: & Dus præcipientibus, ambo

605

670

675

680

685

690

695

Mem-

Membra leuant baculis: tardique senilibus annis
Nituntur longo vestigia ponere cliuo.
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
Missa potest: flexere oculos: & mersa palude
700 Cetera prospiciunt: tantum sua tecta manere.
Dumque ea mirantur; dum descent fata suorum;
Mersa vident: queruntque suæ pia culmina villa.
Illa vetus, dominis etiam casa parua duobus
Veritur in templum: furcas subiere columna:
705 Stramina flauescunt, auratæque tecta videntur,
Calatæque fores, adopertæque marmore tellus.
Talia tum placido Saturnus edidit ore:
Dicite iuste senex, & femina coniuge iusto
Digna, quid optetis, cum Baucide pauca locutus:
710 Iudicium superis aperit commune Philemon:
Essæ sacerdotes, delubræque vestra tueri
Poscimus: & quoniam concordēs egimus annos;
Auferat hora duos eadem: nec coniugis unquam
Busta meæ videam: neu sim tumultandus ab illa.
715 Vota fides sequitur, templi tutela suere;
Donec vita data est, annis, quoque soluti.
Ante gradus sacros cum starent fortè; locique
Narrarent casus; frondere Philemona Baucis,
Baucida, conspexit senior frondere Philemon.
720 Iamque super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta; valæque
O comux dixere simul: simul abdita texit
Ora frutex, ostendit adhuc Tyaneus illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
725 Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,
Narrauere senes, equidem pendentia vidi
Serta super ramos: ponensque recentia, dixi;

Oppidum La-
ragnum.
Fab. 8.
Domus Phile-
monis & Baucis in tem-
plum.

Fab. 9.
Philemon &
Baucis in arboribus.

• à Tyana vrba
media Cappa-
docia & Cili-
cia, ad radicem
Tauri.
• in lucis & ar-
boribus sacris.

Cur

*qui deos co-
lunt, & obsecrant,
sicut & ipsi Dei.

*Cura Deum Dñi sint, & qui coluere, colantur.

FAB. X. ARGUMENTVM.

Achelous inter epulas Theseo, quem receperat hospitio, enarrans
hos qui in alienam figuram versi essent, miranti casus mortalium,
etiam refert, qui in plures figuras abierint, ut Protea Neptuni filium,
solutum modo in iuuenem, modò in leonem, interdum in aprum,
alias in anguem, & cetera animalia conuerti, quibus insidias posset
eludere.

Proteus in va-
rias formas.

Desierat; cunctosque & res, & mouerat auctor,
Thesea præcipue; quem facta audire volentem
Mira Deum, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur: Sunt o fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renouamine mansit.
Sunt, quibus in plures ius est transire figuras:
Ut tibi complexi terram maris incola Proteu:
Nam modo te iuuenem, modo te videre leonem:
Nunc violentus aper: nunc, quem tetigisse timerent,
Anguis eras: modo te faciebant cornua taurum:
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras; interdum vndis contrarius ignis.

730

735

740

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Mestre Erisichthonis filia, Autolyçi vxor, cum parentem animad-
uerisset, quod in Thessalia lucum Cereris deuastasset, grauissimam
experiri famem, quod se quoque nouissimè rebus aliis omnibus
consumptis vendidisset, à Neptune, qui eius virginitate ademerat,
petiit ut sibi ferret opem. At ille memor eius concubitus, cum specio-
sissima domino tradita fuisset, ut effugeret eius seruitutem, in pisca-
torem procellosioris ætatis eam conuertit, cœcessitque ut in quascun-
que vellet figuras se conuertere posset, ut pretio sui parentis pœnas
pendentem alere posset. Sed cum sæpius pretio emptores fraudasset,
iamque doli omnes consumpti essent, nouissimè Erisichthon mem-
bra sua deuorauit, dignumque sua impietate exitum sortitus est.

*Mestre
Erisichthon
Cereris lucum
violato

Nec minus *Autolyçi coniux Erisichthone nata
Iuris habet. pater huius erat; qui numina diuinum

Spet.

Sperneret; & nullos *aris adoleret honores.

*adolendo vi-
ctimas haberet.

745 Ille etiam Cercæle nemus violasse securi
Dicitur; & lucos ferro temerasse vetustos.
Stabat in his ingens annofo robore quercus,
Vna *nemus: vittæ mediæ, memorisque tabella,
Sertaque cingebant, voti argumenta *potentis.

*nemoris ma-
gnitudinem
æ. iuan.
*quod valuit, &
exitu compro-
batum est.

750 Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum: mensuræque roboris vlnas
Quinque ter implebat: nec non & cetera tantum
Silua *sub hac omnis, quantum fuit herba sub illa.

*huic magnitu-
dine & mole
cedebar.
*Erisichthon
Thessaliæ rex à
Triopa patre.
Callimachus.

755 Non tamen iccirco ferrum *Triopæius illa
Abstinnit; famulosque iubet succidere sacrum
Robur. & ut iussos cunctari vidit, ab vno
Edidit hæc rapta sceleratus verba securi:
Non dilecta Deæ solùm, sed & ipsa, licebit.

760 Sit Dea: iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum telum librat in iectus;
Contremuit, gemitumque dedit Dodonia quercus:
Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
Cœpere; ac longi pallorem ducere rami.

765 Cuius ut in trunco fecit manus impia vulnus;
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis;
Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus
Concidit; abrupta cruor è cervice profundi.
Obstupere omnes; aliquisque ex omnibus audet

770 Deterrere nefas, seuamque inhibere bipennem.
Adspicit hunc, mentisque piæ cape præmia, dixit
Thessalus: inque virum conuertit ab arbore ferrum:
Derruncatque caput, repetitæque robora cadit;
Editus è medio sonus est cum robore talis:

775 Nympha sub hoc ego sum, Cereri gratissima, ligno:

Qua

Que tibi factorum pœnas instare tuorum
 Vaticinor moriens, nostri solatia leti.
 Persequitur scelus ille suum: labefactaque tandem
 Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor
 Corruit: & multam prostravit pondere siluam. 780
 Attonitæ Dryades damno nemorumque, suoque,
 Omnes germanæ Cererem cum vestibus atris
 Merentes adveniunt; pœnâque Erisichthonis orant.
 Annuit his: capitisque sui pulcherrima motu
 Concusit gravidis oneratos messibus agros: 785
 Moliturque genus pœnæ miserabile, si non
 Ille suis esset nulli miserabilis actis;
 Pestifera lacerare fame: quæ, quatinus ipsi
 Non adeunda Deæ (neque enim Cereremque, Famemque
 Fata coire sinunt) montani numinis unam 790
 Talibus agrestem compellat Oreada dictis:
 Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
 Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus.
 Frigus iners, illic habitant, Pallorque, Tremorque,
 Et ieiuna Fames: ea se in præcordia condat 795
 Sacrilegi scelerata iube: nec copia rerum
 Vincat eam: superetque meas certamine vires.
 Nêve viæ spatium te terreat; accipe currus:
 Accipe, quos frenis altè moderere dracones:
 Et dedit, illa dato subuecta, per aëra curru 800
 Deuenit in Scythiam, rigidique cacumina montis,
 (Caucason appellant) serpentum colla leuauit:
 Quæsitamque Famem lapidoso vidit in agro
 Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
 Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore, 805
 Labra incana situ, scabri rubigene dentes.
 Dura cutis, per quam spectari viscera possente

Famis descriptio.

nos enim suo curru Ceres iungit.

Offa

Ossa sub incuruis exstabant arida lumbis:
 Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
 810 Pectus; & à spinæ tantummodo crate teneri.
 Auxerat articulos macies, genuumque timebat
 Orbis; & immodico prodibant tubere tali.
 Hanc procul ut vidit (neque enim est accedere iuxta
 Ausa) refert mandata Deæ; paulumque morata,
 815 Quamquam aberat longè; quamquâ modo venerat illuc;
 Visa tamen sensisse Famem; retròque dracones
 Egit in Hæmoniam versis sublimis habenis.
 Dicta Fames Cereris (quamuis contraria semper
 Illius est operi) peragit; pèrque aëra vento
 820 Ad iussam delata domum est: & protinus intrat
 Sacrilegi thalamos: altòque sopore solutum
 (Noctis enim tempus) geminis amplectitur vlnis:
 Sèque viro inspirat; faucèsq; & pectus, & ora
 Afflat; & in vacuis peragit ieiunia venis.
 825 Functaque mandato secundum deserit orbem:
 Inque domos inopes, assuetaque vertitur antra.
 Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
 Mulcebat, perit ille dapes sub imagine somni:
 Oraque & ganna mouet, dentemque in dente fatigat;
 830 Exercetque cibo delusum guttur inani:
 Proque epulis tenues nequicquam deuorat auras.
 Ut verò est expulsa quies, furit ardor edendi:
 Pèrque auidas fauces, immensa que viscera regnat.
 Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër,
 835 Poscit; & appositis queritur ieiunia mensis:
 Inque epulis epulas querit: quòdque urbibus esse,
 Quòdque satis poterat populo, non sufficit uni.
 Plusque cupit; quò plura suam demittit in aluum.
 Utque fretum recipit de tota summa terras;

Erisichthonis fames.

sibi enim frustra mandere videbatur.

Q 3

N 4

Nec satiatur aquis; peregrinosque ebibit amnes: 840
 Utque rapax ignis non unquam alimenta recusat;
 Innumerásque faces cremat: & quo copia maior
 Est data, plura cupit; turbáque voracior ipsa est:
 Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
 Accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo 849
 Causa cibi est: semperque locus fit inanis edendo:
 Iamque fame patrias altique voragine ventris
 Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
 Tum quoque dira fames: implacataque vixebat
 Flamma gula. tandem demisso in viscera censu, 850
 Filia restabat non illo digna parente.
 Hanc quoque vendit inops. dominum generosa recusat:
 Et vicina suas tendens super aquora palmas,
 Eripe me domino, qui rapta premia nobis
 Virginitatis habes, ait. hac Neptunus habebat: 855
 Qui prece non spreta, quamvis modo visa sequenti
 Effet hero; formamque novat: vultumque virilem
 Induit, & vultus pisces capientibus aptos.
 Hanc dominus spectans, O qui pendentia paruo
 Aera cibo celas moderator arundinis, inquit, 860
 Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda
 Credulus: & nullos, nisi fixus, sentiat hamos:
 Que modo cum vili turbatus veste capillis
 Litore in hoc steterat (nam stantem in litore vidi)
 Dic ubi sit: neque enim vestigia longius exstant. 865
 Illa Dei munus bene cedere sensit: & a se
 Se queri gaudens, his est rescuta rogantem:
 Quisquis es, ignoscas: in nullam lumina partem
 Gurgite ab hoc flexi; studioque oneratus inhasi.
 Quoque minus dubites; sic has Deus equovis artes 870
 Adjuget; ut nemo iam dudum litore in isto,

*no imminuta

*quia ne impiu
quidē patrē vo-
luit deserere.

*filia Erisich-
thonis in pesca-
torem.

*solicite atten-
sus fui studio
piscationis.

(Me-

(Me tamen excepto) nec femina constitit vlla.
 Credidit; & verso dominus pede pressit arenam;
 Elusisque abiit. illi sua reddita forma est.
 875 Ast ubi habere suam transformata corpora sensit;
 Sape pater Dominis Troipaida tradit. at illa
 Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat:
 Præbebátque avido non iusta alimenta parenti.
 *Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnes
 880 Materiam; dederátque gravi nova pabula morbo;
 Ipse suos artus lacero diuelleré morfu
 Cæpit: & infelix minuendo corpus alebat.
 Quid moror externis? etiam mihi sape novandæ
 Corporis ó iuvenes numero finita potestas.
 885 Nam modo qui nunc sum, videor: modo flector in anguē:
 Armenti modo dux, vires in cornua sumo;
 Cornua dum sumpsi, nunc pars caret altera *telo
 Frontis, ut ipse vides. gemitus sunt verba secuti.

Troipæis in v
rias figuras.

*filiam vidit se
se posse ad va-
ria transformare

*aviditas & fa-
mes.

Transitio Ache-
loi ad suas me-
tamorphoses.
*ternario.

*infractio ab He-
cule. lib. 9. 86.

Q 4

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER IX.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Deianira Oenei filia, Actolarum virgo speciosissima, cum a malis peteretur, pater constituit ei coniugio se daturum, qui luctandi causa veniret, vinceretque. Manentibus itaque e numero potestati duobus, Acheloo flumine, & Hercule, quia reliqui ob metum cesserant, in cerra men processum est. Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in speciem draconis, novissime in tauri figuram conuersus, adstitit, quem Hercules vt amplexus est reluctantem; alterum cornu, quod implicauerat brachijs, rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate aduersarij vitibus cessit. At Nympharum Naiades fluminis filiarum id cornu quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus repleuerunt: vt apud posteros maximum haberet fructum, & mirationem. Itaque cornucopie effectum est vt diceretur omnibus temporibus.

QVae genitus, truncaque Deo Neptunius Heros
Causa rogat frontis: cum sic Calydonius annis
Capit, inornatos redimitus arundine crines.
Triste petis munus: quis enim sua praelia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine: nec tam
Turpe fuit vinci; quam contendisse decorum est:
Magnaque dat nobis tantus solatia victor.
Nominis siqua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas; quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit spes inuidiosa procorum.
Cum quibus vt soceri domus est intrata petiti;
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides, alij cessere duobus.

Deianira.

Oeneus Deianira pater, Parthaonis filius.

Alj

Ille Iouem socerum dare se, famamque laborum,
15 Et superata sua referbat iussa nouerca.
Contra ego turpe Deum mortali cedere dixi:
(Nondum erat ille Deus) Dominum me cernis aquarum
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem:
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
20 Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
Odit: & omnis abest iussorum poena laborum.
Nam quod te iactas Alcmena matre creatum:
Iupiter aut falsus pater est: aut crimine verus.
25 Matris adulterio patrem petis: elige, fictum
Esse Iouem malis; an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat; & accensa non fortiter imperat irae:
Verbaque tot reddit: Melior mihi dextera lingua:
30 Dum modo pugnando superem; tu vince loquendo.
Congrediturque ferox: puduit modo magna locutus
Cedere, reieci viridem de corpore vestem;
Brachiaque opposui: tenuique a pectore varas
In statione manus; & pugnae membra paravi.
35 Ille cauis hausto spargit me puluere palmis:
Inque vicem suluae tactu flauescit arena.
Et modo cervicem, modo crura micantia captat;
Aut captare putes: omnique a parte laeessit.
Me mea defendit granitas: frustra que petebar;
40 Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa; suoque est pondere tuta.
Digredimur paulum: rursusque ad bella coimus:
Inque gradu stetimus: certi non cedere: eratque
Cum pede pes iunctus: totoque ego pectore pronus;
45 Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.

Itaque dote Deianira, Iunonis.

Lepide detrahit Herculis famam appellans poena, vers. 14.

paulum inueniunt varas & inflexas. Herculis & Acheloi congressus. quod facilius pateret membra apprehensionibus.

Q S

Not

Non aliter vidi fortes concurrere tauros;
 Cum pretium pugna toto nitidissima saltu
 Expetitur coniux spectant armenta, pauentque,
 Nescia quem maneat tanti victoria regni.
 Ter sine profectu voluit nitentia contra
 Reicere Alcides a se mea pectora: quarto
 Excudit amplexus; * adductaque brachia so
 Impulsimque manu (certum est mihi vera fateri)
 Protinus auerit: tergoque onerosus inhaesit.
 Si qua fides (neque enim ficta mihi gloria voce
 Queritur) imposito pressus mihi monte videbar.
 Vix tamen * inferni sudore fluentia multo
 Brachia; vix solui duros a corpore nexus.
 Instat anhelanti; prohibetque resumere vires:
 Et ceruice mea potitur, tum demique tellus
 Pressa genu nostro est: & arenas ore momordi.
 Inferior virtute, meas diuertor ad artes:
 Elaborque viro, longum formatus in anguem.
 Qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes,
 Cumque fero moui linguam stridore bisulcam;
 Risit, & illudens nostras Tyynthius artes,
 Cunarum labor est angues superare mearum;
 Dixit; & ut * vincas alios Acheloe dracones;
 Pars quota Lernae serpens eris vnus Echidnae.
 Vulneribus secunda suis erat illa: nec vllum
 De centum numero caput est impune recisum;
 Quin gemino ceruix herede valentior esset.
 Hanc ego ramosam natis e cade colubris,
 Crescentemque malo domui: domitamque reduxi.
 Quid fore te credis? falsum qui versus in anguem
 Arma aliena moues? quem forma * precaria celat?
 Dixerat; & summo digitorum vincula collo

* circumducta eius membris & appressa.

* vt prohiberem duros a corpore nexus.

Achelous in anguem.

* vt donec te fortiosem aliis draconibus, ne comparandus quidem ad minimam partem capitum Lerna hydraz.

* veluti precibus excepta vitanda.

Iniciit.

Inicit angebar ceu guttura forcipe pressus:
 Pollicibusque meas pugnam euellere fauces.
 Sic quoque deuicto, restabat tertia tauri
 Forma tricus: tauro mutatus membra, rebello.
 * Indiit ille toris a leua parte lacertos:
 Admissimque trahens sequitur, depressaque dura
 Cornua figit humo; meque alta sternit arena.
 Nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
 Dum tener; infregit: truncaque a fronte renellit.
 Naides hoc pomis; & odoro flore repletum
 Sacrarunt: diuēque meo bona copia cornu est.
 Dixerat: & Nympha ritu succincta Diana
 Vna ministrarum fufis vtrimque capillis
 Incessit, totumque tulit praediuite cornu
 Autumnum, & mensas felicia poma secundas.
 Lux subit: & primo feriente cacumina sole
 Discedunt iuuenes, neque enim dum flumina pacem;
 Et placidos habeant lapsus, totaque residant,
 Opperiuntur, aqua, vultu Achelous agrestes,
 Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
 Hunc tamen ablati domuit iactura * decoris:
 Cetera sospes habet; capitis quoque, fronde saligna,
 Aut super imposita celatur arundine damnum.

Achelous in tauram. * vestis aut facies modo impleta.

Cornu copia.

* ideoque agrestes & deformes ei vultus dedit.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Post hac victor Hercules cum Deianiram Nesso Centauro commisit; vt eam Euenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transfugeret: & ille specie captus puella flexibus errans quaereret locum comprimendi: illa fidem mariti implorante, sagittis eum confixit, qui cum expiraret, vestem suam cruentauit, Deianiraque dedit: indicauitque remedium fore erga coniugem deserti amoris, si indueretur, qui tamen cruor in veneni celsit partem.

At te Nesse ferocis eiusdem virginis ardor
 Perdiderat, volucri traiecit terga sagitta.

Nau.

Namque nona repetens patrios cum coniuge muros,
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Vberior solito, nimbis hiemalibus auctus,
Vorticibusq; frequens erat, atque imperuius amnis.

103

*Securum sui, quod nare posset.
*Erat enim portitor ibi conitutus, ut meminit Strabo l. 10.
*Rocotius, neimpe Thebanus.

*Intrepidum pro se, curam de coniuge agentem
Nessus adit, membrisque valens, *scitusque vadorum:

Officioque meo ripa sistetur in illa,
Hæc, ait, Alcide: tu viribus utere nando.

110

Tradidit *Aoniis pauidam Calydonida Nesso,
Pallentemque metu, fluviumque, ipsumq; timentem.

Mox ut erat pharetraque grauis spolioq; leonis,
(Nam clauam, & curuos trans ripam miserat arcus)

115

Quandoquidem cæpi superentur flumina, dixit.
Nec dubitat: nec qua sit clementissimus amnis

Quærit: & obsequio deferri spernit aquarum.
Iamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus;

Coniugis agnouit vocem: Nessoque paranti
Fallere depositum, Quo te fiducia, clamat,

120

*Fraudare Hercule depositum.
*singitur enim Centauri pedibus equinis.
*rotæ, quibus apud inferos Ixion alsidue vertitur, ob interpellatam de stupro Iunone.

Vana pedum violente rapit? tibi Nesse *biformis
Dicimus: exaudi: nec res: intercipe nostras.

Si te nulla mei reuerentia mouit; at *orbes
Concubitus vestitos poterant inhibere paterni.

125

Haud tamen effugies; quamuis ope fidis equina.
Vulnere, non pedibus te consequar. vltima dicta

Re probat: & inissa fugientia terga sagitta
Trahit: exstabat ferrum de pectore aduncum.

Quod simul euulsum est; sanguis per utrumque foramen
Emicuit, mistus Lernæi tabe veneni.

130

Nessi error in venæum.

Excipit hunc Nessus. neque enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido velamina tincta cruore

Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

F. A. B.

F. A. B. III. ARGUMENTUM.

Eodem tempore Hercules in Oechaliam regnum Euryti cum traiecit, Ioleneque filiam eius dilectam traheret in patriam, prior coniux Deianira, ut audiuit animum viri à se esse mutatum; tunicam sacrificatorio Ioui Lychæ famulo dedit ei perferendam; qua ille honoratus vota, religionemque piaret. eam indutus, cum ad aram accessisset, profecans extra; flamma vestis incaluit, & Lernæo veneno contactis hæsit visceribus. In maximo itaque cruciatu cum à corpore eius euelli nequiret, Lycham acerbissimi muneris reum projectum à se Euboico mari misit. quem innoxium culpæ Thersis vertit. in scopolum, conchis, muricibusque vestitum.

Longa fuit mediæ mora temporis: actæque magnæ

135 Hercules implerant terras, odiūque nouerca.

Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat

Vota Ioui: cum fama loquax præcessit ad aures

Deianira tuas: quæ veris addere falsa

Gaudet; & e minimo sua per mendacia crescit;

140 Amphitryomaden Ioles ardore teneri.

Credit amans: veneris que nouæ perterrita fama,

Indulsi primo lacrimis: stendoque dolorem

Diffudit miseranda suum. mox deinde, Quid autem

Flemus, ait? pellex lacrimis letabitur istis.

145 Quæ quoniã adueniet; properadū, aliquidque non adū est.

Dum licet; & thalamos nondum tenet altera nostros.

Conquerar, an sileam? repetam Calydonæ, morerue?

Excedam tectis, ac sic nihil amplius obstem?

Quid si me, *Meleagre, tuam memorem esse sororem?

150 (Forte parvofacimus) quantumque iniuria possit,

Femineusque dolor, ingulata pellice restor?

In cuius animus variis abit omnibus illis

Prætulit imbuiam Nesso sanguine vestem:

Mittere; quæ vires defecto reddat amori:

155 Ignaroque Lychæ, quid tradat nescia, luctus

Ipsa suos tradit: blandisque miserima verbis

*quæ vouerat, si Euryti vrbe possit.

*quid si fratrem fortibus facinoribus celebras imiter?

Donec

Dona det illa viro, mandat. capit inscius heros:
 Induiturque humeris Lernæa virum Echidnæ.
 Tura dabat primis, & verba precantia flammis:
 Vinâque marmoreas patera fundebat in aras:
 Incaluit vis illa mali: resolutaque flammis
 Herculeos abijt late diffusa per artus.
 Dum potuit, solita gemitum virtute repressit.
 Victa malis postquam est patientia; reppulit aras:
 Impleuitque suis nemorosam vocibus Oeten.
 Nec mora; betiferam conatur scindere vestem.
 Quâ trahitur, trahit illa eutem (scdumque relatu)
 Aut hæret membris frustra tentata reuelli;
 Aut laceros artus, & grandia detigit ossa.
 Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
 Tincta lacu, stridet: coquiturque ardente veneno.
 Nec modus est: sorbent avida præcordia flammæ:
 Carulesque fluit toto de corpore sudor:
 Ambustique sonant nervi: cæcâque medullis
 Tabe liquefactis, tollens ad sidera palmas,
 Cladibus, exclamat, Saturnia pascere nostris:
 Pascere: & hanc pestem spectâ crudelis ab alto:
 Cœque ferum satia: vel si miserandus & hostis,
 (Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus egram,
 Inuisamque animamque, natamque laboribus, aufer.
 Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona nouercam.
 Ergo ego scdantem peregrino templa cruore
 Busirim domui? seuoque alimenta parentis
 Anteo eripui? nec me pastoris * Iberi
 Forma triplex: nec formâ triplex tua Cerbere mouit.
 Vosne manus validi prestistis cornua tauri?
 Vestrum opus Elis habet, vestrum Stryphalides vnda,
 Partheniumque * nemus: vestra virtute relatus

Hercules ab
 vxore missa
 Nesci vehe ve
 menata interi
 mitur.

Herculis labo
 res.
 quibus Terra
 mater prostrato
 Anteo maius
 semper robur
 subministrabat
 Geryonis.
 amati a Pasi
 phae.
 ob captâ ceruâ
 scripseram.

160

165

170

175

180

185

Ther-

*Thermodoontiaco celatus baltheus auro,
 190 *Pomâque ab insomni male custodita dracone.
 Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi
 Arcadia vastator Aper: nec profuit Hydra
 Crescere per damnum, geminâsque resumere vires.
 Quid? quod *Thracis equos humano sanguine pingues,
 195 Plenâque corporibus laceris præsepia vidi?
 Visâque deiici? dominamque, ipsosque peremii?
 His elisa iacet: moles Nemeæa laceris:
 Hac cælum ceruice tuli, defessa iubendo est
 Sæua Iouis coniux: ego sum indefessus agendo.
 200 Sed nona pestis adest: cui nec virtute resisti,
 Nec telis, armisque potest. *pulmonibus errat
 Ignis edax imis, pæque omneis pascitur artus.
 At valet *Erystheus: & sunt, qui credere possint
 Esse Deos, dixit: perque altam saucius Oeten
 205 Haud aliter graditur: quàm si venabula taurus
 Corpore fixa gerat: factique refugerit auctor.
 Sæpe illum gemitus edentem, sæpe trementem,
 Sæpe retentantem totas infringere viætes,
 Sternentemque trabes, irascentemque videres
 210 Montibus, aut patrio tendentem brachia calo.
 Ecce Lycham trepidum, & latitantem rupe cauata
 Adspicit: utque dolor rabiem collegerat omnem,
 Tunc Lycha, dixit, feralia dona dedisti?
 Tunc mea necis auctor eris? tremit ille, pauetque
 215 Pallidus: & timide verba excusantia dicit.
 Dicentem, gembisque manus adhibere parantem
 Corripit Alcides: & terque, quaterque rotatum
 Mittit in Euboicas, tormento fortius, undas.
 Ille per aërias pendens induruit auras.
 220 Utque ferunt imbres gelidis concrefcere ventis;

*victis Amazo
 nibus.
 *Hesperidum

*Diomedis

*Leo maximæ
 molis.

*quia id est
 ostiū cordis &
 veluti proxima
 mortis via. sic
 lib. 2. 202.
 *qui hortatus
 Iunonis ad tot
 pericula me
 pulit.

Inde

256 METAMORPH.
 Inde niues feri; niuibus quoque mole rotatis
 Adstringi, & spissa glomerari grandine corpus;
 Sic illum validis iactum per mane lacertis,
 Exsanguemque metu, nec quidquam humoris habentem
 In rigidos versum filices prior edidit aras. 225
 Nunc quoque in Euboico scopulus brevis eminet altè
 Gurgite, & humana seruat vestigia forma.
 Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur:
 Appellantiq; Lychan, at tu Iouis inclita proles
 Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oete; 230
 Inque pyram structis, arcum, pharetramque capacem,
 Regnaque visuras iterum Troiana sagittas
 Troia expugna-
 ri nõ potuit, un-
 de per Vlyssè &
 illz & ipie Phi-
 loctetes ad Græ-
 corũ exercitiũ
 est adductus.
 Ferre iubes Pœante satum: quo flamma ministro
 Subdita, dumque avidis comprehenditur ignibus agger;
 Congeriem siluæ Nemeæo vellere summam 235
 Sternis: & imposta clauæ ceruice recumbis,
 Haud alio vultu, quam si coniuua iaceres
 Inter pleni meri redimitus pocula fertis.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.
 In Oetæ Theffalix more præstruæo rogò, ac sagittis traditis Phi-
 loctetæ Pœantis filio, qui eius pyram struxerat, flammis exustus est,
 ita vt immortalium deorum ius à Ioue in cælo recuperet, & ali-
 quando placata Iunone filij eiusdem nomine Hebe iungatur. De-
 ianira autem re audijã ipsa se interfecit.
 Iamque valens, & in omne latus diffusa sonabat,
 Securosque artus, contemptoremque petebat. 240
 Flamma suum timuere Dei pro vindice terræ.
 Quos ita sensit enim leto Saturnius ore.
 Iupiter alloquitur. Nostra est, timor iste, voluptas
 O superi: totòque libens mihi pectore grator:
 Quod memoris populi dicor, rectorque, patèrque; 245
 Et mea progenies vestro quoque tuta fauore est.
 Nam quemquam ipsius datis hoc immanibus actis;
 Oblis-

grati, & bene-
 volentis ei, qui
 omnibus bene-
 fecerat.

LIB. IX. 257
 Obligor ipse tamen: sed enim ne pectora vano
 Fida metu paueant, Oeteas spernite flammæ.
 250 Omnia qui vicit, vincet quos cernitis, ignes:
 Nec nisi materna Vulcanum parte potentem
 Sentiet, æternum est, à me quod traxit, & expers,
 Atque immune necis, nullaque domabile flammæ:
 Idque ego defunctum terra, caelestibus oris
 255 Accipiam; cunctisq; meum letabile factum
 Diis fore confido, si quis tamen Hercule, si quis
 Fortè Deo doliturus erit; data præmia nollet:
 Sed meruisse dari sciet, inuit usque probabit.
 Assensere Dei, coniux quoque regia visa est
 260 Cetera non duro; duro tamen vltima vultu
 Dicta tulisse Iouis; seque indoluisse notatam.
 Interea quodcumque fuit populabile flammæ
 Mulciber abstulerat; nec cognoscenda remansit
 Herculis effigies; nec quidquam ab imagine ductum
 265 Matris habet: tantumque Iouis vestigia seruat.
 Vtque nouus serpens, posita cum pelle senecta,
 Luxuriare solet; squamæque nitere recenti;
 Sic, vbi mortales Tirynthius exiit artus;
 Parte sui meliore viget; maiorque videri
 270 Cæpit; & angusta fieri grauitate verendus.
 Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
 Quadriungo curru radiantibus intulit astris.

Herculis apo-
 theosis.
 * maritum de-
 dit, Hebe filiz
 Iunonis, inf, 409

FAB. V. ET VI. ARGUMENTVM.
 Alcmenæ cum ex Ioue Hercule conceptum propter Iunonem
 parere non posset; implorata à Iunone ea, quæ partibus præsidet
 Lucina, quam quidam Ilythyiam interpretantur, ad fores reginæ
 partum impeditura, in vetulam transfigurata venit: & cum in
 gressa residens nexis manibus partum retardaret; Galantis præmi-
 nistra, conspexit eam, suspicataque est eo gestu impedimento esse
 domi suæ, quominus pareret: & prouidentia dolum ridens emen-
 sita est.

ita est Almenam partu solutam. at illa imprudens resolutis manibus Almenam cruciatu liberavit. Cuius astutiam grauisima poena est profecuta. namque ea in mustela figuram conuertit, ita ut ore quo mentria est, pareret.

Ilithyia in vetulam. Herculis recepti in celum.

Sensit Atlas pondus. neque adhuc Stheneleius iras Soluerat. Eurystheus; odiūque in prole paternum Exercebat atrox. at longis anxia curis 275

Herculis F.

Argolis Alceme questus ubi ponat aniles; Cui referat nati testatos orbe labores, Cuiue suos casus; lolen habet. Herculis illam Imperiis, thalamoque, animoque receperat *Hyllus: Impleratque uterum generoso semine; cum sic 280 Incipit Alceme: Faucant tibi numina saltem: Corripiantque moras tunc, cum matura vocabis Prepositam timidis parientibus Ilithyiam: Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.

Namque laboriferi cum iam natalis adesset Herculis; & decimum premeretur sidere signum; Tendebat grauitas uterum mihi: quodque ferebam, 285 Tantum erat; ut posses auctorem dicere tanti Ponderis esse Iouem. nec iam tolerare labores Vtlerius poteram: quin nunc quoque frigidus artus, 290 Dum loquor, horror habet: parsque est meminisse doloris. Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus, Fessa malis, tendensque ad celum brachia, magno

*impeditos, qui solui non poterant.

Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.

Illam quidem venit, sed praecorrupta, meumque Quae donare caput Iunoni vellet iniqua:

Utque meos audit gemitus; subsedit in illa Ante fores ara: dextroque est poplite laeuum

*pro, presit. synecdochice.

*Pressa genu: digitisque inter se pectine iunctis Sustinuit partus. tacita quoque carmina voce 300

Dixit

Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.

Nitor, & ingrato facio conuicia demens

Vana Ioui, cupioque mori; moturaque duos

Verba queror silices, matres Cadmeides adsunt:

305 Votaque suscipiunt; exhortanturque dolentem.

Vna ministrarum media de plebe Galanthis

Flaua comas, aderat faciendis strenua iussis,

Officiis dilecta suis. ea sensit iniqua

Nescio quid Iunone geri: dumque exit, & intrat

310 Sape fores; diuam residentem vidit in ara,

Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem.

Et, Quaecunque es, ait; domina gratare: leuata est.

Argolis Alceme: potit utque puerpera voto.

Exsiliit; iunctasque manus pauesceta remisit.

315 Diua potens uteri. vinculis leuor ipsa remisit.

Numine decepto nrisse Galanthis fama est.

Ridentem, prensamque ipsis. Dea seua capillis

Traxit; & e terra corpus releuare uolentem

Arcuit, inque pedes mutauit brachia primos.

320 *Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem

Amisere suum: forma est diuersa priori.

Que, quia mendaci parientem inuerrat ore,

Ore parit; nostrasque domos, ut ante, frequentat.

Fab. vi. Galanthis in mustelam.

*agilitas. sup. 307.

FAB. VII. VIII. ET IX.

ARGUMENTVM.

Dryope Euryti filia soror Ioles Andromonis coniux, qua antea dilexerat Apollo. cum ad lacu sacratu nymphis dona ferens venisset, & ex arbore Loto ramu decerpisset, quo paruū filiu nomine Amphionem genuit, oblectaret in qua Lotu Nympha Lotos fugiens Priapi erat transfigurata; quia sacre arboris exstiterat violatrix; truco hinc in hinc. Que casum sororis du tole refert Alcmena; Iolaus fratris Herculis filius; in antiqua pueritia transfusus videretur. Sic enim Iunonis filia roganti coniugi promiserat.

ta

R. 2

Dixit

*sole Hylli Her
culis filij vxor.
378.*

Apollinis.

*Lotos Nympha
in arborem sui
nominis.*

*Fab. viij.
Dryope in ar-
borem.*

Dixit: & admonitu veteris commota ministra
 Ingemuit: quam sic* nurus est affata dolentem: 325
 Te tamen o genitrix aliena a sanguine vestro
 Rapta mouet facies. quid si tibi mira sororis
 Fata mea referam? quamquam lacrimaque, dolorque
 Impediunt, prohibentque loqui. fuit vnica matri
 (Me pater ex alia genuit) notissima forma 330
 Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
 Vimque* Dei passam Delphos, Delonque tenentis
 Excipit Andramon: & habetur coniuge felix.
 Est lacus accliuus deuexo margine, formam
 Litoris efficiens: summum myrreta coronant. 335
 Venerat hic Dryope fatorum nescia, quoque
 Indignere magis, Nymphis latura coronas:
 Inque sinu puerum, qui nondum impleuerat annum,
 Dulce ferebat onus: tepidique ope lactis alebat.
 Haud procul a stagno Tyrios imitata colores, 340
 In spem baccarum, florebat aquatica Lotos:
 Carpserrat hinc Dryope, quos oblectamina nato
 Porrigeret flores: & idem factura videbar:
 (Namque aderam) vidi guttas e flore cruentas
 Decidere; & tremulo ramos horrore moueri. 345
 Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
 Lotos in hanc Nympha, fugiens obscana Priapi,
 Contulerat versus seruato nomine vultus.
 Nescierat soror hoc; quæ cum perterrita retro
 Iret; & oratis vellet discedere Nymphis; 350
 Haeserunt radice pedes. conuellerè pugnat:
 Nec quicquam, nisi summa, mouet. succrescit ab imo,
 Totaque paulatim lentus premit inguina cortex:
 Vt vidit; conata manu lamare capillos,
 Fronde manum impleuit, frondes caput omne regebant. 355

Al

At puer Amphisus (namque hoc ausus Eurytus illi
 Addiderat, nomen) materna rigescere sensit
 Vbera: nec sequitur ducentem lacteus humor.
 Spectatrix aderam sati crudelis; opemque
 360 Non poteram tibi ferre soror; quantumque valebam
 Crescentem truncum, ramosque amplexa, morabar:
 Et, fateor, volui sub eodem cortice condi.
 Ecce vir Andramon, genitorque, miserimus adsunt:
 Et quarunt Dryopen: Dryopen quarentibus illis
 365 Ostendi Loton, tepido dant oscula ligno:
 Affusique suæ radicibus arboris herent.
 Nil, nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebas,
 Cara soror, lacrimæ misero de corpore factis
 Irrorant foliis: & dum licet; oraque prestant
 370 Vocis iter; tales effundit in aëra questus:
 Siqua fides miseris, hoc me per numina iuro
 Non meruisse nefas; patior sine crimine pœnam.
 Viximus innocuæ: si mentior, arida perdam,
 Quas habeo frondes: & casa securibus vrar.
 375 Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
 Et date nutrici; nostraque sub arbore, saepe
 Lac facitote bibat; nostraque sub arbore ludat.
 Cùmque loqui poterit; matrem facitote saluet:
 Et tristis dicat, Latet hoc in stipite mater.
 380 Stagna tamen timeat; nec carpant ab arbore flores:
 Et frutices omnes corpus putet esse Deorum.
 Care vale coniux; & tu germana, paterque:
 Qui si qua est pietas, ab acuta vulnere falcis,
 A pecoris morsu frondes defendite nostras.
 385 Et quoniam mihi fas ad vos* incumbere non est;
 Erigite huc artus; & ad oscula nostra venite;
 Dum tangi possum; paruumque attollite natum.

** sub arbore, in
quâ unac trans-
formor.*

** procumbere,
inclinare me &
indecere.*

R 3

Plura

Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
 Colla liber serpit: summoque cacumine condor
 Ex oculis: remouete manus sine munere vestro
 Contegit inductis morientia lumina cortex:
 Desierat simul ore loqui, simul esse diuque
 Corpore mutato iam caluere recentis:
 Dumque refert sole factum miserabile dūmque
 *Eurytidos lacrimas admoto pollice siccata
 Alcmena: flet & ipsa tamen: compescuit omhem
 Res noua tristitiam: nam lumine constitit alto
 Penè puer dubiaque tegens lanugine malas
 Ora reformatus primos Iolaus in annos

*etsi vos mihi
 morietur oculos,
 ut sit, non clau-
 datis: cortex eos
 claudit.

*Ioles Euryti F.
 Fab. ix.
 Iolaus senex in
 iuuenem.

Callirhoes filij
 Impuberes in
 viros.
 *vnus educibus
 Thebas obfide-
 tibus.
 *Ereocles, & Po-
 lynices Oedipi
 filij, causa belli
 Theban.
 *Amphiaraus
 ad Thebas a ter-
 ra hiatu absor-
 ptus, cuius influ-
 filius Alcmaon
 matre Eriphy-
 len occidit.
 *monile matris,
 quod repetitu-
 rus ab Alphesi-
 bœa cui olim,
 cum sua vxor
 esset, donarat,
 ab eius fratri-
 bus occisus est.

F A B. X. ARGVMENTVM.

Callirhoe Acheloi amnis filia, Alcmaonis, qui materno sangui-
 ne adpersus in Acarnaniam se contulerat, ut expiaretur: coniugium
 inuit. Ex duabus Alcmaonis filijs edidit: Qui cum per fallaciam a
 Phegeo, cuius autem filiam habuerat, esset occisus, petit Callirhoe a
 Ioue liberis suis, ut vltiores patris essent, annos adiceret. Ergo ut id
 consequi possent, Dei voluntate ex puertitia in adolescentes factum
 est ut cederent.
 Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
 Victa viri precibus: qua cum iurare pararet
 Dona tributuram post hunc se talia nulli:
 Non est passa Themis: nam iam discordia Thebe
 Bella mouent, disit: *Capaneusque nisi ab Ioue vinci
 Haud poterit: stebuntque pares in vulnere *fratres:
 Subduetaque suos manes tellure videbit
 Viuus adhuc: oates: vltusque parente parentem.
 Natus, erit factio pius, & sceleratus eodem:
 Attonitusque malis, exsul mentisque, domusque,
 Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris:
 Donec eum coniux: fatale poposcit aurum,
 Cognatumque latus Phlegæus hauserit ensis:

Tum

Tum demum magno petet hoc Acheloida supplex
 Ab Ioue Callirhoe, natis infantibus annos
 415 Addat, neue necem sinat esse vltioris inultam.
 Iupiter his motus, priuigni dona, nurusque
 *Præcipiet: facietque viros impubibus annis.

*anteuertet, cū
 ipse dona Hebes
 alij largietur.

F A B. XI. ARGVMENTVM.

Miletus ex insula Creta in Asiam profectus, ibi urbem sui nomi-
 nis constituit: huic ex Mæandri filia, Byblis, & Caunus nati sunt.
 Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio, patrioquo-
 more diligeret, nec vesaniam cupiditatis cōpesceret, atque per lit-
 teras delectandum amorem indicauisset, furiali vesania ipse instin-
 ctus, patria profugit. Cuius illa dū vestigia persequitur, multas per-
 mensa gentes, nonisimè in Cariam venit, ibique assiduo mærore,
 & fletu fatigata cum concidisset, Nympharum Lelegidum miseri-
 cordia excidentis lacrimæ in fontem conuersæ sunt, qui dominæ
 nomine est insignis.

Hec ubi fatigato venturi præscia dixit
 Ore Themis, vario superi sermone frēmabant.
 420 Et cur non aliis eadem dare dona liceret,
 Murmur erat: queritur veteres Pallantias annos
 *Coniugis esse sui: queritur canescere mitem
 *Iasona Ceres: repetitum Mulciber æuam
 Postcit *Erichthonio: Venerem quoque cura futuri
 425 Tangit, & Anchisæ renouare paciscitur annos.
 Cui studeat Deus omnis habet: crescitque fauore
 Turbida seditio: donec sua Iupiter ora
 Soluit: & O nostri si qua est reuerentia, dixit,
 Quò ruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
 430 Fata quoque ut superet? satis Iolaus in annos
 Quos egit, redit: satis iuuenescere debent
 Callirhoë geniti, non ambitione, nec armis.
 Vos etiam, quòque hoc animo meliore feratis;
 Me quòque fata regunt: quæ si mutare valerem;

*Tithoni, qui
 maritus est Au-
 roræ Pallantis
 filius.
 *Iouis ex Ele-
 tra filium, ex
 quo Plutonia
 pepererat.
 *lib. 2. 553.

R 4

Nec

Tres Iouis filij
iusticia maximè
insignes.

Nec nostrum feri curarent Aeacon anni: 435

Perpetuumque aui florem Rhadamanthus haberes

Cum Minoe meo; qui propter amara senecta

Pondera despicitur; nec, quo prius, ordine regnat.

Dicta Iouis mouere Deos; nec sustinet ullus,

Cum videat fessos Rhadamanthon, & Aeacon annis, 440

Et Minoa; queri, qui dum fuit integer aui,

Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes,

Miletus è Mi-
nois regno fu-
git.

Tunc erat inualidus; Deionidenque iuuentæ

Robore Miletum, Phæbòque parente superbum

Pertimuit: credensque suis insurgere regnis, 445

Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.

Sponte fugis, Milete, tua: celesique carina

Aegeas metiris aquas; & in Aside terra

Mænia constituis positoris habentia nomen.

Hic tibi, dum sequitur patria curuamina ripa 450

Filia Mæandri tories redeuntis eodem,

Cognita Cyaneæ præstanti corpore Nympha

Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.

Byblis in exemplo est, ut ament concessa puella.

formosi instar
Apollinis aui
sui.

Byblis Apollinei correpta cupidine fratris 455

Non soror, ut fratrem, nec quæ debebat, amauit.

Illa quidem primò nullos intelligit ignes:

Nec peccare putat, quòd sæpius oscula iungat:

Byblis fratrem
amat.

Quòd sua fraterno circumdet brachia collo: 460

Mendacique diu pietatis fallitur umbra.

Paulatim declinat amor; visuræque fratrem

Culta venit: nimirumque cupit formosa videri.

Et si qua est illic formosior; inuidet illi.

Sed nondum manifesta sibi est: nullumque sub illo

quale facere
solent qui impo-
tenter amant.

igne facit: votum: veruntamen æstuat intus. 465

Iam dominum appellat: iam nomina sanguinis odit:

Byblida

Byblida iam maoult, quàm se vocet ille sororem.

Spes tamen obscenas animo demittere non est

Ausa suo vigilans: placida resoluta quiete

470 Sepe videt quod amat. visa est quoque iungere fratris

Corpus; & erubuit, quamuis sopita iaceret.

Somnus abit: silet illa diu; repetitque quietis

Ipsa sua speciem; dubiaque ita mente profatur:

Me miseram, tacita quid vult sibi noctis imago?

475 Quàm nolim rata sit, cur hæc ego somnia vidi?

Ille quidem est oculis * quamuis formosus iniquis:

Et placet, & possum, si non sit frater, amare:

Et me dignus erat: verum nocet esse sororem.

Dummodo tale nihil vigilans committere tentem;

480 Sepe licet simili redeat sub imagine somnus;

Testis abest somno: nec abest imitata voluptas.

Pro Venus, & tenera volucer cum matre Cupido,

Gaudia quanta tuli! quàm me manifesta libido

Contigit! ut iacui totis resoluta medullis!

485 Vt meminisse iuuat! quamuis breuis illa voluptas,

Noxque fuit præceps, & cæptis inuida nostris.

O ego, si liceat mutato nomine iungi;

Quàm bene Caune tuo poteram nurus esse parenti:

Quàm bene Caune meo poteras gener esse parenti.

490 Omnia Dii facerent, essent communia nobis

Præter auos; tu me vellem generosior esses.

Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem.

Hec mihi, quæ male sum, quos tu sortita parentes.

Nil nisi frater eris: quod obest, id habebimus unum.

495 Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem

Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?

Dii melius. Dii nempe suas habuere sorores.

Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,

R S

Ocea

*eximie proba-
tius formam
etiam hostes.

Oceantis Tethyn, Iunonem rector Olympi.
 Sunt superis sua iura, quid ad caelestia ritus 500
 Exigere humanos, diuersaque foedera tento?
 Aut nostro ventus de corde fugabitur ardor:
 Aut, hoc si nequeo, peream precor ipsa; toroque
 Mortua componar: positaeque dei oscula frater:
 Et tamen arbitrium quaerit res ista duorum. 505
 Finge placere mihi: scelus esse videbitur illi.
 At non* Aeolidae thalamos timuere sororum.
 Vnde sed hos noui? cur haec exempla parauit?
 Quo feror? obiscena procul hinc discedite flamma:
 Nec, nisi qua fas est germanae, frater ametur. 510
 Si tamen ipse mei captus prior esset amore;
 Forsitan illius possem indulgere furori.
 Ergo ego, quae fueram non reiectura petentem,
 Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
 Coget amor: poterò, vel si pudor ora tenebit; 515
 Littera celatos arcana fatebitur ignes.
 Hoc placet: haec dubiam vicit sententia mentem.
 In latus erigitur; cubitoque innixa sinistro,
 *Viderit: insanos, inquit, fateamur amores.
 Hei mihi quò labor? quem mens mea concipit ignem? 520
 Et meditata manu componit verba trementi.
 Dextra tenet ferrum: vacuam tenet altera ceram.
 Incipit; & dubitat: scribit; damnatque tabellas:
 Et notat; & delet: mutat; culpâtque, probâtque.
 Inque vicem sumptas ponit; positâsque resumit. 525
 Quid velit, ignorat: quicquid factura videtur,
 Displicet: in vultu est audacia mista pudori.
 Scripta soror fuerat: visum est delere sororem:
 Verbaque correptis incidere talia ceris:
 Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem, 530

Sex enim filios
 suos Aeolus to-
 tidè filiabus suis
 maritos dedit.
 de quo matri-
 monio Hom.
 Odyss. 10. vide
 nostram Syno-
 nymiam.

Caun sc. quid
 sit acturus.

Litterae Bybli-
 dis ad Caunū.

Hanc

Hanc tibi mittit amans: pudet ab, pudet edere nomen;
 Et si, quid cupiam, quaeris; sine nomine vellem
 Possit agi mea causa meo: nec cognita Byblis
 Antè forem, quam spes votorum certa fuisset.
 535 Esse quidem lesi poterat sibi pectoris index
 Et color, & macies, & vultus, & humida saepe
 Lumina, nec causa suspiria mora patenti,
 Et crebri amplexus, & quae, si forte, notasti,
 Oscula sentiri non esse sororia possent.
 540 Ipsa tamen, quamuis animi graue vulnus habebam;
 Quamuis intus erat furor igneus; omnia feci
 (Sunt mihi Dii testes) ut tandem sanior essem:
 Pugnavique diu violenta Cupidinis arma
 Effugerè infelix; & plus, quam ferre puellam
 545 Posse putes, ego dura tuli superata fateri
 Cogor; opemque tuam timidis exposcere votis.
 Tu servare potes, tu perdere solus amantem.
 Elige utrum facias: non hoc inimica precatur:
 Sed quae, cum tibi sit iunctissima; iunctior esse
 550 Expetit; & vincolo tecum propiore ligari
 Iura senes norint. & quid liceatque, nefasque,
 Fasque sit inquirant: legumque examina seruent
 Conueniens Venus est annis temeraria nostris:
 Quid liceat, nescimus adhuc: & omnia licere
 555 Credimus: & sequimur magnorum exempla Deorum.
 Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famas
 Aut timor impediēt: tantum absit causa timendi.
 Dulcia fraterno sub nomine fuita tegemus.
 Est mihi libertas tecum secreta loquendi:
 560 Et damus amplexus; & iungimus oscula coram.
 Quantum est quod desit? miserere fatentis amorem,
 Et non fasture, nisi cogeret ultimus ardor;

Néue

*cum quatuor
 amoris lineae
 adfint, tantum
 abest quinta.

Néue merere, meo subscribi causa sepulcro.
 Talia uequicquam perarantem plena reliquit
 Cera manum; summoque in margine versus adhaesit. 565
 Protinus impressa signat sua crimina gemma:
 Quam tinxit lacrimis; linguam defecerat humor.
 Dege suis unum famulis pudibunda vocauit:
 Et paulum blandita, Feras fidiissime nostro
 Dixit, & adiecit longo post tempore fratri. 570
 Cum daret; elapsa manibus cecidere tabella.
 Omine turbata est; misit tamen, apta minister
 Tempora nactus adit; traditque latentia verba.
 Attonitus subita inuenis, Meandrius ira
 Projicit acceptas, lecta sibi parte tabellas. 575
 Vixque manus retinens trepidantis ab ore ministri,
 Dum licet o vetite scelerate libidinis auctor
 Effuge, ait: quod si nostrum tua fata pudorem
 Non traherent tecum; poenas mihi morte dedisses.
 Ille fugit pauidus: dominaeque ferocia Cauni
 Dicta refert, palles audita Bybli repulsa: 580
 Et pauet obsessum glaciale frigore corpus.
 Mens tamen ut rediit; pariter rediere furores:
 Linguaque vix tales ictu dedit aere voces:
 * Et merito: quid enim temeraria vulneris huius 585
 Indicium feci? quid? qua celanda fuerunt,
 Tam cito commisit properatis verba tabellis?
 Ante erat ambiguus animi sententia dictis
 Pratentanda mihi. * ne non sequerentur euntem;
 Parte aliqua, veli qualis foret aura, notare 590
 Debueram; tutoque mari decurrere: qua nunc
 Non exploratis impleni lintea ventis.
 Nunc feror in scopulos igitur; subuersaque toto
 Obruior Oceano; nec habent mea vela recursus.

* sic lib. 10. 429

* Caunus Cyaneae F. Meandri N.

* si tua mors nobis dedecori non esset prodita eius causa.

Byblidis repulsa oratio. * sc. spernor, non sicut voti copos.

* ut ea dicta ex animi sententia, postquam inceperam, euenirent.

Quid

595 Quid quod & omnibus certis prohibebat amori
 Indulgere meo; tunc cum mihi ferre iubenti
 Excidit, & fecit spes nostras cera caducas? * vers. 571.
 Nonne vel illa dies fuerat; vel tota voluntas,
 Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat:
 600 Signaque certa dabat: si non male sana fuisset.
 Et tamen ipsa loqui, nec me committere cera
 Debueram; praesenque meos aperire furores.
 Vidisset lacrimas; vultus vidisset amantis:
 Plura loqui poteram, quam qua cepere tabella:
 605 Inuito potui circumdare brachia collo:
 Et, si rejiceret; potui moritura videri;
 Amplectique pedes; affusaque poscere vitam.
 Omnia fecissem; quorum si singula duram
 Flectere non poterant; potuissent omnia mentem.
 610 Forsitan & missi sit quaedam culpa ministri.
 Non adhi apte; nec legit idonea, credo,
 Tempora; nec petijt horamque, animumque vacantem,
 Hac nocere mihi; neque enim de tigride natus,
 Nec rigidus silices; solidumue in pectore ferrum,
 615 Aut adamantina gerit; nec lac bibit ille leaena.
 Vincetur; repetendus erit; nec radia cepti
 Vlla mei capiam; dum spiritus iste manebit.
 Nam primum, si facta mihi reuocare liceret;
 Non cepisse fuit; cepta expugnare, secundum est.
 620 Quippe nec ille potest (ut iam mea vota relinquam)
 Non tamen ausorum semper memor esse meorum.
 Et quia deserim, leuiter voluisse videbor:
 Aut etiam tentasse illum, insidiasque perisse.
 Vel certe non hoc, qui plurimum daret, & vrit
 625 Pectora nostra, Deo; sed dicta libidine credat.
 Denique iam neque nil commisisse nefandum.

Et scripsi; & petri; temerata est nostra voluntas.
 Ut nihil adiciam non possum innoxia dici.
 Quod superest, multum est in vota, in crimina parum.
 Dixit; & incerta tanta est discordia mentis;
 Cum pigeat tentasse liber tentare modumque
 Exit; & infelix committit sepe repelli.
 Mox ubi finis abest; patriam fugit ille, nefasque
 Inque peregrina ponit nova moenia terra.
 Tum vero maestam tota Meleida mente
 Defecisse ferunt, tum vero a pectore vestem
 Diripuit; planxitque suos furibunda lacertos.
 Iamque palam est demens; in concessamque fatetur
 Spem Veneris; siquidem patriam, inuisosque penates
 Deserit; & profugi sequitur vestigia fratris.
 Utque tuo mota proles Semeleia, Thyrsos
 Ismaria celebrant, repetita triennia Bacche;
 Byblida non aliter latos voluisse per agros
 * Bubasides videre nurus; quibus illa relietis
 Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat
 Iam Cragon, & Dymitem, Xanthique reliquerat undas;
 * Quoque Chimera iugo mediis in partibus ignem
 Pectus, & ora lea, caudam serpentis habebat
 Deficiunt silu, cum tu lassata sequendo
 Concidis; & dura positus tellure capillis
 Bybli iacet; frondesque tuo premis ore caducas.
 Sepe illam Nymphe teneris Lelegeides vulnis
 Tollere conantur; sepe ut medeat ur amori
 Precipiunt; surdeque adhibent solatia menti.
 Muta iacet; virideque suis tenet unguibus herbas
 Byblis; & hunc etat lacrimarum gramina riuem
 Naidas his venam, que nunquam crescere posset
 Supposuisse ferunt; quid enim dare manus habebant?
 Protin-

* si voti exple-
 tionē cōsideres,
 multū est adhuc
 reliquum: sin
 crimen spectes,
 parum.
 * ut sepius re-
 pellatur, quoties
 ncmpe tentat.
 * Caunū vrbē in
 Caria & ætate
 & autumnō pe-
 stiferam.
 * Byblida Meleti
 filiam.

* Bubasido Ca-
 rix regione.
 Plin. 5, 18.

πρόθε λέων,
 ὄπιθεν δὲ
 δράκων, μέσ-
 ον δὲ χιμαί-
 ρα.

Protinus, ut secto piceæ de cortice guttæ,
 660 Vtne tenax grauida manat tellure bitumen;
 Utque sub aduentum spirantis leue Fauoni
 Sole remollescit, que frigore constitit unda;
 Sic lacrimis consumpta suis Phœbeia Byblis
 Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
 665 Nomen habet domina; nigræque sub ilice manat.

Mileti F. Phœbe
 N. sup. 444.
 Byblis in fontē

F. A. B. XII. ARGUMENTVM.

Phocitos est oppidum in insula Creta. Iste Lycus generosus ani-
 mi, ac prætantis fidei, cū petisset à Telethusa coniuge, ut si puellam
 pareret, necaret, si autem puerū, sobolem patris seruariet, & vterque
 cū pro casu futuro lacrimas dedissent, mater nequien inferre ma-
 nus filia, Isidem in malis habuit auxilio; cuius pollicitis, illa infan-
 tem pro puero decepto patre filij opinione nutriuit. Itaque cū ztas
 matura nuptiis increuisset, nihil suspicans pater, obstrictus fide co-
 iugis, Ianthem ex Theleste genitam despondit. Qui inter se dū graui-
 amore premeretur, maximè Iphis (hoc enim pater nomine qui eun-
 vocari voluerat) & trepidante etiam matre ne Iphis puella cum in-
 famia reperiretur, eadem Dea fuit auxilio, nam vt totis nuptiis iu-
 gari possent; Iphin in puerum transfigurauit.

Fama noni centum Cretæas forsitam vrbes
 Impleset monstri; si non miracula nuper
 Iphide mutato Cretæ propiora tulisset.
 Proxima Gnossiaco nam quondam Phæstia regna
 670 Progeniuit tellus ignotum nomine Ligdum
 Ingenua de plebe virum; nec census in illo
 Nobilitate sua maior, sed vita, fideisque
 Inculcata fuit; grauida qui coniugis aures
 Vocibus his moriuit; cum tam prope partus adesset:
 675 Que voueam duo sunt, minimo vt releuare dolore
 Utque marem parias onerosior altera fors est.
 Et vires fortuna negat, quid abominor ergo;
 Edita forte tuo fuerit si femina partus;
 Quis inuitus mūdo pietas ignosce necetur.
 Dixerat;

non tam edu-
 cationis, quam
 doris parandæ
 causa, dicitur

Dixerat; & lacrimis vultum lauere profusis,
Tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.
Sed tamen usque suum vanis Telethusa maritum

in re angusta & aduersa. no de futuro enim ipsi Deos.

Sollicitat precibus; nec spem sibi ponat in arcto.
Certa sua est Ligdo sententia, iamque ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem;
Cum medio noctis spatio sub imagine somni

Isidis comitat, de qua lib. 1. 748

Inachis ante torum pompa comitata sacrorum
Aut stetit; aut visa est. inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus; cum qua latrator Anubis,

quod pingatur bouis figura habentis varias maculas. Harpocrates. f. crocodilus, cuius morfus letalis est & nunquam sanatur, ideoque plenus venenis dici videtur.

Sanctaque Bubastis, *varisque coloribus Apis,
*Quique premit vocem, digitoque silentia suadet,
Sistraque erant, numquamque satis quastus Ostris,
Plenaque somniferis *serpens peregrina venenis.

Tum velut excussam somno, & manifesta videntem
Sic affata Dea est; Pars o Telethusa mearum
Pone graues curas; mandatque falle mariti:
Nec dubita, cum te partu Lucina leuarit;

Tollere quicquid erit. Dea sum auxiliaris: opemque
Exorata fero; nec te coluisse quereris
Ingratum numen. monuit: thalamoque recessit.
Leta toro surgit, durasque ad sidera supplex

Cressa manus tollens, rata sint sua visa precatur.
Vi dolor increuit; *seque ipsum pondus in auras
Expulit; & nata est ignaro femina patris;
Insit ali mater puerum mentita: fidemque

facilitate parvus indicat, quia a fetu ferè proscisci solet.

Res habuit: neque erat facti nisi conscia nutritrix.
Vota pater soluit, nomenque imponit auitum;
Iphis auus fuerat, gausa est nomine mater,
Quod commune foret, nec quemquam falleret illa.

Iphis nomen commune viros & feminas.

Impercepta pia mendacia fraude latebant.

Cultus

Cultus erat pueri: facies, quam siue puella,
Siue dares puero, fieret formosus uterque.
Tertius interea decimo successerat annus;

715 Cum pater Iphi tibi flauam despondet lanthen:
Inter Phæstias quæ laudatissima forme
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par etas, par forma fuit: primasque magistris
Accepere artes elementa ætatis ab iisdem.

Iphis puella dicitur in puella.

720 Hinc amor amborum tetigit rude pectus: & æquum
Vulnus utrique dedit: sed erat fiducia dispar.
Coniugium, pactaque expectant tempora tædæ:
Quemque virum pudet esse, virum fore credit Ianthe.

Lubenter hinc poeta neutro genere vitur, ut & vers. 747. & alibi milles. tanquam per di se & sibi parci iuxta habeat. amor nō virginitis, sed viris.

Iphis amat, quo posse frui desperat. & auget
725 Hoc ipsum flammæ ardētque in virgine virgo:
Vixque tenens lacrimas, Quis me manet exitus? inquit:
Cognita quam nulli, quam prodigiosa, nouæque
Cura tenet Veneris! *si Dii mihi parcere vellent;

730 *Naturale malum saltē, & de more dedissent.
Nec vaccam vacca, nec equas amor vrit equarum.
Vrit oues aries: sequitur sua femina ceruum:
Sic & aues coeunt: interque animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla est.

hoc enim m. hi esset gratius vitæ munere. 728. Palsipha.

735 *Vellens nulla forem, ne non tamen omnia Crete
Monstra ferat; taurum dilexit *filia Solis:
Femina nempe marem, meus est furiosior illo,
Si verum profitemur, amor, tamen illa secuta est
Spem Veneris: tamen illa dolis, & imagine vacca

740 Passa bouem est: & erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet ex toto solentia confluat orbe,
Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis;
Quid faciet? num me puerum de virgine d. tis

Antis

Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe? 745
 Quin animum firmas? teque ipsa recolligis Iphi?
 Consiliique inopes & stultos excutis ignes?
 Quid sis nata vides; nisi te quoque decipis ipsam.
 Et pete quod fas est: & ama, quod femina debes.
 Spes est qua capiat: spes est qua pascat amorem,
 Hanc tibi res adimit: non te custodia caro 750
 Arcet ab amplexu, nec cauti cura mariti,
 Non patris asperitas: non se negat ipsa roganti.
 Nec tamen est potienda tibi: nec, ut omnia fiant,
 Esse potes felix: ut Diique, hominesque laborent.
 Nunc quoque votorum pars nulla est vana meorum: 755
 Diique mihi faciles quidquid valere, dederunt.
 Quod volo, vult genitor, vult ipsa, socerque futurus:
 At non vult Natura, potentior omnibus istis:
 Quae mihi sola nocet, venit ecce optabile tempus:
 Luxque iugalis adest: & iam mea fiet Ianthe: 760
 Nec mihi continget: mediis sitiemus in undis.
 Pronuba quid Iuno? quid ad haec Hymenae venitis
 Sacra; quibus qui ducat abest? ubi nubimus ambae?
 Praesit ab his vocem, nec lenius altera virgo
 Aestuat: utque celes venias Hymenae precatur. 765
 Quod petit haec, Telethusa timens modo tempora differt:
 Nunc ficto languore, moram trahit: omina saepe,
 Visaque caussatur, sed iam consumpserat omnem
 Materiam ficti: dilatataque tempora rade.
 Institerant: unusque dies restabat, at illa 770
 Crinalem capiti vittam natamque, sibi que
 Detrahit: & passis, aram complexa capillis,
 Isi, Paratonium, Mareoticamque arua, Pharonque
 Quae colis, & septem digestum in cornua Nilum;
 Fer precor (inquit) opem: nostroque medere timori. 775
 Te

Te Dea; te quondam, tuaque haec insignia vidi:
 Cunctaque cognoui, sonitum, comitesque, facésque
 Sistrorum: memorique animo tua iussa notavi.
 Quod videt haec lucem, quod non ego punior ipsa;
 780 Consilium, monitumque tuum est: miserere duarum:
 Auxilioque iuua. lacrimae sunt verba secuta.
 Visa Dea est mouisse suas (& mouerat) aras:
 Et templi tremuere fores: imitataque Lunam
 Cornua fulserunt: crepuitque sonabile sistrum.
 785 Non secura quidem, sausto tamen omine lata
 Mater abit templo, sequitur comes Iphis euntem,
 Quam solita est maiore gradu: nec candor in ore
 Permanet: & vires augentur: & acrior ipse est
 Vultus: & incomptis breuior mensura capillis.
 790 Plusque vigoris adest, habuit quam femina: nam quae
 Femina nuper eras, puer es, date munera templis:
 Nec timida gaudete fide, dant munera templis:
 Addunt & titulum: titulus breue carmen habebat:
 Dona puer soluit, quae femina vouerat Iphis.
 795 Postera lux radiis totum patefecerat orbem:
 Cum Venus, & Iuno, sociusque Hymenaeus ad ignes
 Conueniunt: potiturque sua puer Iphis Ianthe.

quae nunc in ara tua, ad quam pro- uolatur, conspi- ciuntur. vers. 687

Iphis puella in masculum.

Orpheus Eurydice intercepta ad inferos descendit, & à Dite impetrauit vt eam reduceret ad superos, lege proposita, si sequentē nō respexisset: quod ille pr̄stare non potuit. Reuocata igitur ad inferos, Orpheus nō aliter stupuisse dicitur, quā pastor, qui viso Cerbero, quē ab inferis traxerat Hercules nimio pauore in saxum verfus est: quāquē Olenus, & Lethæa: quz cū pulchritudine superba deabus se pr̄tulisset, de que ea supplicium sumere vellit; vxoris culpā Olenus in se trāsferre voluit: suntq; ambo in saxa mutati. Orpheus postea dolore, ac fletu finito, ne rursus coniugale desiderium experiretur: puerilem Venerem instituit.

Inde per immensum croceo velatus amictu
 Aethera digreditur, Ciconūque Hymeneus ad oras
 Tendit: & Orpheia nequicquam voce vocatur.
 Affuit ille quidem: sed nec sollennia verba,
 Nec letos vultus, nec felix attulit omen.
 Fax quoque, quam tenuit lacrimoso stridula fumo
 Vsq;e fuit: nullōsq;e inuenit motibus ignes.
 Exiit auspicio grauior nam nupta per herbas
 Dum noua Na: adum turba comitata vagatur;
 Occidit in talum serpentis dente recepto.
 Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras
 Desleuit vates; ne non tentaret & umbras;
 Ad Styga Tanaria est ausus descendere porta.
 Perque leues popul os simulacrāque functa sepulcro
 Persephonem adiit, inamōnāque regna tenentem
 Vmbrarum dominum: pulsifq;e ad carmina neruis
 Sic ait: O positi sub terra numina mundi,
 In quem recidimus quidquid mortale creamur;

In faulx Orphei
 nuptiz.

* non potuit
 Hammelcere.

Descensus Or-
 phei ad inferos.
 * umbras castas
 corporibus.

Si licet; & falsi positis ambagibus oris
 20 Vera loqui finitis; non huc, vt opaca viderem
 Tartara, descendi; nec vti villosa colubris
 Terna * Medusæi * vincirem guttura monstri:
 Causa via est coniux: in quam calcata venenum
 Vipera diffudit: crescentēsq;e abstulit annos.
 25 Posse pati volui: nec me tentasse negabo.
 Vicit amor. supra Deus hic benè notus in ora est.
 An sit & hic, dubito: sed & hic tamen auguror esse:
 Famaque si veteris non est mentita rapine;
 Vos quoque iunxit Amor. per ego hæc loca plena timoris,
 30 Per Chaos hoc ingens, vastiq;e silentia regni,
 Eurydices oro properata retexite fata.
 Omnia debentur vobis: paulūque morati
 Serius, aut citius sedem properamus ad vnā.
 Tendimus huc omnes: hæc est domus vltima: vōsq;e
 35 Humani generis longissima regna tenetis.
 Hæc queque cū iustos matura peregerit annos;
 Iuris erit vestri: pro munere poscimus vsum.
 Quod si fata negant veniam pro coniuge; certum est
 Nolle redire mihi: leto gaudete duorum.
 40 Talia dicentem neruōsq;e ad verba mouentem,
 Exsanguis flebant animæ: nec Tantalus vndam
 Captauit refugam: stupuitque Ixionis orbis.
 Nec carpsere * iecur volucres; vniq;e vacarunt
 Belides: inque tuo sedisti Sisyphæ saxo.
 45 Tum primum lacrimis victarum carmine, fama est,
 Eumenidum maduisse genas: nec regia coniux
 Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
 Eurydicēque vocant. umbras erat illa recent es
 Inter: & incessit passu de * vulnere tardo.
 50 Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus;

* Cerberū enim
 ex Tiphæone pe-
 perit Echidna,
 quæ Medusæ fuit
 progenies. He-
 siod. Theog.
 * vt Hercules.

* Titij, qui La-
 tonam violare
 conatus erat.

* à serpētino de-
 te illato versio.

Ne flectat retrò sua lumina; donec Anernas
 Exierit. valles: aut irrita dona futura.
 Carpitur acclinis per muta silentia trames
 Arduus, obscurus, caligine densus opaca.
 Nec procul abfuerant telluris margine summa! 53
 Hic, ne desceret, metuens, avidusque videndi
 Flexit amans oculos: & protinus illa relapsa est.
 Brachiâque intendens, prendique, & prendere certans,
 Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
 Iamque iterum moriens, non est de coniuge quidquam 60
 Quæsta suo: quid enim nisi se quereretur amatam?
 Supremumque vale, quod iam vix auribus ille
 Acciperet; dixit: reuocatâque rursus eodem est.
 Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus:
 Quam tria qui timidus* medio portante catenas 65
 Colla canis* vidit: quem non pavor antè reliquit,
 Quam natura prior, saxo per corpus oborto:
 Quique in se traxit crimen; voluitque videri
 Olenus esse nocens: tuque ô confisa figura
 Infelix Lethæa tua iunctissima quondam 70
 Pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
 Orantem frustra que iterum transire volentem
 Portitor arguerat: septem tamen ille diebus
 Squallidus in ripa Cereus sine munere sedit:
 Cura dolorque animi, lacrimæque alimenta fuere. 75
 Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam
 Se recipit Rhodopen, pulsunque Aquilonibus Hemum.
 Tertius* æquoreis inclusum piscibus annum
 Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus
 Femineam Venerem: seu quod male cesserat illi;
 Siue fidem dederat, multas tamen ardor habebat
 Iungere se vati: multa doluere repulsa.

* & ex nimio sui amore peccasse maritum. sc. collo.
 * Hic se abdebat in specum metu Herculis, & semel prospiciens ac eum videns Cerberum catenis trahentem, dirigit. vide Adag. Erasmi 202. Vetustas saxum vocat τὸν παραλίμνῳ τῆς τῆς.
 Timidus quidam, Olenus, Lethæa in saxa.

* pisces enim in Zodiaco vltimū signum annum claudunt.

Ille

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
 In teneros transferre mares: citraque iumentam
 85 Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Ad cantus Orphei desiderantis consuetudinem coniugis cū plurima animalia capta vocis dulcedine conuenissent, & in his etiam arbores elicit: inter quas stupens cantibus fuit pinus Cybeles, montis qui in Phrygia est, in quâ Aty's matris Deūm antistes mutatus est.

Collis erat, collēque super planissima campi Area: quam viridem faciebant graminis herbe.
 Umbra loco deerat, qua postquam parte resedit,
 Diis genitus vates; & fila sonantia mouit;
 90 Umbra loco venit: non Chaonis absfuit arbor,
 Non nemus Heliadum, non frondibus æsculus altis,
 Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
 Et coryli fragiles, & fraxinus vilis hastis,
 Enodisque abies, curuatâque glandibus ilex,
 95 Et platanus genialis, Acerque coloribus impar,
 Amnicolæque simul salices, & aquatica Lotos,
 Perpetuoque virens buxus, tenuisque myrica,
 Et bicolor myrtus, & baccis, cerula ficus.
 Vos quoque flexipedes hederæ venistis, & unâ
 100 Pampinea vites, & amictæ vitibus ulmi,
 Ornique, & piceæ, pombeque onerata rubenti
 Arbutus, & lenta victoris premia palma,
 Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus
 Grata Deūm matri: siquidem Cybeleius Aty's
 105 Exiit hac hominem, truncoque induit illo.

Aty's in pinum

* quercus, quod in Chaonia Epiri multa sit.
 * populi. l. 2, 350.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Cyparissus fuit Amyclei filius ex insula Cza, hunc Apollo dilexit: & propter ceruū patientē manus, quæ per imprudentiam sagitta transfixum interemerat, manus afferentem sibi, periculo eripuit: & protinus in arborem sui nominis vertit.

S 4

Affuit

Cyparissus in cupressum, con modo in acutum tendens. ea enim figura metra, & cupressi.

Cervus masculus Cyparissi.

sideri tribuit quod est animantis.

cui tantopere erat carus, vers. 208.

Cyparissus in arborem.

Affuit huic turba* metas imitata cupressus,
 Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo;
 Qui citharam nervis, & nervis temperat arcum.
 Namque sacer Nymphis Carthaea tenentibus arua
 Ingens cervus erat: lateque patentibus altas 110
 Ipse suo capiti praebebat cornibus umbras:
 Cornua fulgebant auro: demissaque in armos
 Pendebant tereti gemmata monilia collo.
 Bulla super frontem parvis argentea lovis
 Vincula movebatur: parilesque etate nitebant 115
 Auribus e geminis, circum caeva tempora, bacca.
 Isque metu vacuus, naturalique pavore
 Deposito celebrare domos, mulcendaque colla
 Quamlibet ignotis manibus praeberere solebat.
 Sed tamen ante alios Cae pulcherrime gentis 120
 Gratus erat Cyparisse tibi: tu pabula ceruum
 Ad noua, tu liquidu ducebas fontis ad undas:
 Tu modo texebas varios per cornua flores:
 Nunc eques in tergo residens huc latus, & illuc 125
 Mollia purpureis frenabas ora capistris.
 Aestus erat, mediisque dies: solisque vapore
 Concaua* litorei seruebant brachia Cancri.
 Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
 Cervus: & arborea frigus ducebat ab umbra.
 Hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto 130
 Fixit: & ut sauo morientem vulnere vidit;
 Velle mori statuit, quae non solatia Phoebus
 Dixit: & ut leuiter, pro materiaeque doleret,
 Admonuit, gemit ille tamen: munusque supremum
 Hoc petit a superis; ut tempore lugeat omni. 135
 Iamque per immensos egesto sanguine fletus,
 In vridem verti ceperunt membra colorem;

Es

Et modo, qui niuea pendebant fronte capilli,
 *Horrida caesaries fieri; sumptoque rigore
 140 Sidereum gracili spectare cacumine caelum.
 Ingemuit, tristiisque Deus, Lugebere nobis,
 *Lugebisque alios, adersisque dolentibus, inquit.

*rami & frondes.

*consecraberis inferis, & pax foribus poneris edium ubi cadaver erit. hinc & Diti sacra.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.
 Ganymedes Trois filius prima forma cum ceteris Iliensibus Phrygiae praeferretur, & assiduis venationibus interesset, ne infamiam virentis aetatis subiret: Iupiter versus in aquilam, ex Idae monte eum rapuit in caelum, ministrumque fecit.

Iupiter in aquilam.

Tale nemus vates attraxerat: inque ferarum
 Concilio medius turba volucrumque sedebat.
 145 Ut satis impulsas tentavit pollice chordas;
 Et sensit varios, quamuis diuersa sonarent,
 Concordare modos; hoc vocem carmine mouit:
 Ab Ioue musa parens (cedunt Iouis omnia regno)
 Carmina nostra moue: Iouis est mihi saepe potestas

150 Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
 Sparsaque Phlegraeis victricia fulmina campis:
 Nunc opus est leuiore lyra: puerosque canamus
 Dilectos superis: *inconcessisque puellas
 Ignibus attonitas meruisse libidine poenam.

*in odium mulierum hoc addit.

155 Rex superum Phrygiae quondam Ganymedis amore
 Arsit: & inuentum est aliquid, quod Iupiter esse,
 Quam quod erat; mallet nulla tamen alite verti
 Dignatur; nisi quae posset sua fulmina ferre.
 Nec mora: percusso mendacibus aere pennis

Iouis amor, & raptus Ganymedis.

160 Arripit *Iliaden, qui nunc quoque pocula miscet:
 Inuitaque Ioui nectar Iunone ministrat.

*id est, Troianum, nisi malis ab Ilo eius fratre conformari.

FAB. V. ARGUMENTVM.
 Hyacinthus Amyclides dilectus ab Apolline, cum per iocum in certamen disci venisset, altius iactum pondus non prius despicere potuit, quam capiti sensit iniectum. Quo eliso, post obitum eius, cruor in florem eius nomine inscriptum cecidit.

S S T

Hyacinthus in
florem.
*ab Amycleo pa-
tre.

*vnde etiam
dicuntur terræ
umbilicus.

*quod & serò
recideret in ter-
râ, & volutus in
gyrum.

*Lacon, à Tzeta-
ro Laconie pro-
moatorio.

Te quoque Amyclide, posuisset in æthere Phæbus;
 Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
 Quæ licet, æternus tamen es: quotiesque repellit
 Ver hiemem, piscique aries succedit aquosus;
 Tu toties oreris: viridique in cespite flores.
 Te meus ante omnes genitor dilexit: & orbe
 In medio positi caruerunt præside Delphi;
 Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat
 Sparten: nec cithara, nec sunt in honore sagittæ:
 Inmemor ipse sui non reria ferre recusat;
 Non tenuisse canes; non per iuga montis iniqui
 Ire comes: longaque alit assuetudine flammæ.
 Iamque ferè mediis Titan venientis, & actæ
 Noctis erat: spatioque pari distabat utrimque:
 Corpora veste leuant: & succo pinguis oliuæ
 Splendescunt: latique incunt certamina disci.
 Quem prius acris libratum Phæbus in auras
 Misit: & oppositas disiecit pondere nubes.
 Recidit in solidam longo post tempore terram.
 Pondus: & exhibuit innectam cum viribus artem.
 Protinus imprudens, actusque cupidine lusus
 Tollere Tanarides orbem properabat: at illum
 Dura percussio subiecit in aere tellus
 In vultus Hyacinthe tuos, expalluit æquæ,
 Quam puer, ipse Deus: collapsusque excipit artus:
 Et modo te refouet: modo tristia vulnera siccant:
 Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
 Nil prosunt artes: erat immedicabile vulnus.
 Vt si quis violas, riguoque papauera in horto,
 Liliæque infringat fuluis hærentia linguis;
 Marcida demittant subito caput illa grauatum:
 Nec se sustineant: spectentque cacumine terram:

165

170

175

180

185

190

Sig

Sic vultus moriens iacet: & defecta vigore
 195 Ipsa sibi est oneri ceruix: humeroque recumbit.
 Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,
 Phæbus ait: videoque tuum mea crimina vulnus:
 Tu dolor es, facinusque meum: mea dextera leto
 Inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor.
 200 Que mea culpa tamen: nisi si luisse, vocari
 Culpa potest? nisi culpa potest, & amasse, vocari?
 Atque utinam pro te vitam, tecumque liceret
 Reddere: quod quoniam fatali lege vetamur;
 Semper eris mecum, memori que hærebis in ore.
 205 Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:
 Flosque nouus scripto gemitus imitabere nostros.
 Tempus & illud erit: quo se fortissimus heros
 Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.
 Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
 210 Ecce cruor, qui fusus humo signauerat herbas;
 Desinit esse cruor: Tyrioque nitentior ostro
 Flos oritur: formamque capit, quam lilia: si non
 Purpureus color his, argenteus esset in illis.
 Non satis hoc Phæbo est, (is enim fuit auctor honoris)
 215 Ipse suos gemitus foliis inscribit: & ai ai
 Flos habet inscriptum: funestaque littera ducta est.
 Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque
 Durat in hoc æui: celebrandaque more priorum
 Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

*Lacon, vel ab
Oebalo suo ex
Cynorta fratre
nepote. Paul. ita
ferè sup. 160.

*Litteris æi,
gemitum experi-
mentibus. vers.
215.
*Ajax Telamo-
nius. lib. 13. 392

*enallage nu-
meri, vulgata in
transitione à spe-
cie ad genus.

*Hyacinthus
Amyclei F. Spar-
tes vxoris La-
cedæmonis N.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Amathus oppidum in insula Cypro, cuius incolæ, obtrita cõsue-
tudinè humani generis, soliti in ara Iouis, quæ proxima erat Deæ,
aduenas immolare: quorû crudelitate Venus offensa, ne relinquere
sedes suas cogeretur, in boues eos vertit: qui à magnitudine cornu
Cerastræ apud Salaminios sunt nominati.

Q

Cypri incolæ in boues. *At si forte roges secundam Amathunta* metallis, 320*
An genuisse velit Propætidæ; annuat æquè
Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere Cerastræ.
Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara
Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam 225
Advena vidisset; mactatos crederet illic
Laetentes vitulos, Amathusiasque bidentes:
Hospes erat cæsus, sacris offensa nefandis
*Ipsa suas urbes, * Ophiustique arua parabat*
Deserere alma Venus, sed quid loca grata, quid urbes 230
Peccauere mea? quod, dixit, crimen in illis?
Exsilio pœnam potius gens impia pendat,
Vel necesse: vel si quid medium est, mortisque, fugæque.
Idque quid esse potest; nisi versa pœna figura?
Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum 235
Flexit: & admonita est hæc illis posse relinqui:
Grandiæque in toruos transformat membra iuuenços.

* præcipue ære.
 * æpæ cornu.
 vel vt Stephan.
 promontorium,
 quæ multa sunt
 in Cypro, vnde
 & insulæ nomē
 videtur locum
 fabulæ dedisse.
 * Cur ita Cypri
 appellari, fugit
 nos ratio, alio-
 quin hoc nomē
 multis locis co-
 mune est.

Propætidæ in
 silicem.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Propætidæ filia Amathunthæ asperrimè Venerem, primæ in
 trivio, vulgare corpora ob eiusdem Deæ iram: quia verò ad
 pudorem induruerat, nouissimè in lapidem sunt transfigurata.
 Sunt tamen obscena Venerem Propætidæ ausa
 Esse negare Deam: pro qua sua numinis ira
 Corpora cum forma primæ vulgasse feruntur: 240
 Utque pudor cessit; sanguisque induruit oris;
 In rigidum paruo silicem discrimine versa.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Pygmalion offensus impudentia vulgari Propætidum statuit
 cælebs permanere, qui cum signum virginalè ex ebore fecisset;
 captus specie eius in recordem incidit amorem, & tota mente
 quæsiuit à Dea, vt ei signo, cuius amore exarsisset, animam in-
 funderet. Vt egressus templo domum peruenit, cõperit voto se
 esse donatum coniugij. Itaque lætatus arte sua, Paphum filium ge-
 nuit, qui in insula Cypro oppidum sui nominis constituit.

Quas

Quas quia Pygmalion æuum per crimina agentes
 Viderat; offensus vitis, quæ plurima menti
 245 Femineæ natura dedit, sine coniuge cælebs
 Viuebat: thalamiq; diu consorte carebat.
 Interea niueum mira feliciter arte
 Sculpfit ebur: formamque dedit, qua femina nasci
 Nulla potest: operisq; sui concepit amorem.
 250 Virginis est verè facies: quam viuere credas,
 Et, si non obstat reuerentia: velle moueri.
 Ars adeo latet: arte sua miratur, & haurit
 Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
 Sæpe manus operi tentantes admonet, an sit
 255 Corpus, an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur.
 Oscula dat, reddiq; putat: loquiturque, tenetque:
 Et credit tactis digitos* insidere membris:
 Et metuit, pressos veniat ne liuor in artus.
 Et modo blanditias adhibet, modo grata puellis
 260 Munera fert illi conchas, teretesque lapillos,
 Et paruas volucres, & flores mille colorum,
 Lilia, perpietasq; pilas, & ab arbore lapsas
 * Heliadum lacrimas, ornat quoque vestibus artus:
 Dat digitis gemmas: dat longa monilia collo:
 265 Aure leues bacca, redimicula pectore pendent.
 Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
 Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis:
 Appellatque tori sociam: acclinatque colla
 Mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit.
 270 Festa dies Veneris, tota celeberrima Cypro
 Venerat: & blandis induta cornibus aurum
 Conciderant ictæ niuea ceruice iuuenca:
 Turaque sumabant; cum munere functus ad aras
 Constitit: & timide, Si Dî dare cuncta potestis;

Eburnea statua
 in puellam.

* Virgines bene
 educatæ præ pu-
 dore in cõspectu
 virorum vix se
 audent mouere.

* cedere premi-
 ribus digitis,
 modo carnis.

* eleora. lib. 9.
 304.

Sit coniux opto, non ausus, eburnea virgo, 275
 Dicere Pygmalion, similis mea, dixit, eburna.
 Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis;
 Vota quid illa velint: & * amici numinis omen
 Flamma ter accensa est: * apicemque per aera duxit.
 Ut rediit; simulacra sua petit ille puellæ: 280
 Incumbensque toro dedit oscula. visa tepere est.
 Admouet os iterum: manibus quoque pectora tentat:
 Tentatum mollescit ebur: postoque rigore
 Subsedit digitis, ceditque, ut Hymettia sole 285
 Cera remollescit; tractatâque pollice multas
 Vertitur in facies; ipsoque fit utilis usu.
 Dum stupet; & dubiè gaudet; fallique veretur;
 Rursus amans, rursusque manu sua vota retrahat.
 Corpus erat: saluunt tentatæ pollice venæ.
 Tum verò * Paphius plenissima concipit heros 290
 Verba: quibus Veneri grates agit: oraque tandem
 Ore suo non falsa premit. datâque oscula virgo
 Sensit: & erubuit: timidumque ad lumina lumen
 Attollens, pariter cum celo vidit amantem.
 Coniugio, quod fecit adest Dea: iamque coactis 295
 Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
 Illa Paphum genuit: de quo tenet insula nomen.

* propitij & be-
niuoletis.
* scintillam.

* Pygmalio Cy-
prius, per prole-
pfin teporis. hâ
Cyprus dicta est
Paphos à Papho
Pygm. F. sic ferè
verf. 160. & 196.

FAB. IX. ARGUMENTVM.

Myrrha Cinyræ & Cenchreidis filia, iracundia Veneris quod sibi mater eius preferretur, patrè impio dilexit amore: nec viâ potiendâ inueniens, cogitur suspendium experiri. Cuius nutritrix intra cubile gementis excepit vocem: & signis cognitis nefariz mortis, dū diligentiùs scrutatur, causam poscit. Consolata ergo puella ei pollicetur se effecturam, ut parenti sine vlla infamia iungatur: promissum in opportunū tempus differt. At anus die solenni Cereris, quo mater eius operata à viro secubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram, prædicans formosissimam puellam (siliâ tacens) forma eius impulsam sibi se credidisse: qui data cupiditate lumen inferri iussit, ut sper

vt speciem eius notam haberet, cognitusque filiz pater stuprator coactus est pudore ferro stricto eam insequi: quæ duplici metu territam insulam profugit. ibique misericordia eiusdem Dæ in arborem, quæ eius nomen indicaret, mutata est.

Editus * hac ille est: qui si sine prole fuisset,
 Inter felices Cinyras potuisset haberi.
 300 Dira canam: procul hinc nata, procul este parentes:
 Aut mea si vestras mulcebunt carmina mentes;
 Desit in hac mihi parte fides: nec credite factum:
 Vel si credetis; facti quoque credite pœnam.
 Si tamen admissum sinit hoc natura videri:
 305 Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi:
 Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
 Quæ tantum genuere nefas. sit diues Amomo,
 Cinnamâque, costumque suum, sudatâque ligno
 Tura ferat, floresque alios Panchaica tellus;
 310 Dum ferat & Myrrham: * tanti noua non fuit arbor.
 Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,
 Myrrha: facèsque suas à crimine vindicat isto.
 Stipite te Stygio, tumidisque affluit Echidnis
 Et tribus vna soror. scelus est odisse parentem:
 315 Hic amor est odio maius scelus. undique lecti
 Te cupiunt proceres: totoque Oriente inuentus
 Ad thalami certamen adest: ex omnibus vnum
 Elige Myrrha virum; dum ne sit in omnibus * vnus.
 Illa quidem sentit: fœdâque repugnat amori:
 320 Et secum, Quò mente feror? quid molior? inquit.
 Dñ precor, & pietas, sacratâque iura parentum,
 Hoc prohibete nefas: scelerique resistite nostro:
 Si tamen hoc scelus est. sed enim damnare negatur
 Hanc Venerem pietas: coeuntque animalia nullo
 325 Cetera delicto: nec habetur turpe iuuenca

* sc. insula, ne-
pos nimirum
Pygmalionis.

* Thracia

* vt pater cum
filia coire de-
buerit.

* sc. pater, enim
excipio.
Myrrha deperit
parentem.

Fert

Ferre patrem tergo: sit equo sua filia coniux:
 Quasque creavit, init pecudes caper: ipsaque cuius
 Semine concepta est, ex illo concipit ales.
 Felices quibus ista licent, humana malignas
 Cura dedit leges: & quod natura remittit,
 Invida iura negant, gentes tamen esse feruntur:
 In quibus & nato genitrix, & nata parenti
 Lungitur; ut pietas geminato crescat amore.
 Me miseram, quod non nasci mihi contigit illic:
 Fortunaque loci lador, quid in ista reuoluor?
 Spes interdicta discedite, dignus amari
 Ille, sed ut pater est, ergo si filia magni
 Non essem Cinyra; Cinyra concumbere possem?
 Nunc quia iam meus est, non est meus; ipsaque damno
 Est mihi proximitas: aliena potentior essem.
 Ire libet procul hinc; patriaque relinquere fines;
 Dum scelus effugiam: retinet malus ardor amantem:
 Ut presens spectem Cinyram; tangamque; loquarque;
 Osculaque admoqueam, si nil conceditur ultra.
 Ultra autem sperare aliquid potes impia virgo?
 Nec quot confundas & iura, & nomina sentis?
 Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
 Tunc soror nati? genitrixque vocabere fratris?
 Nec metues atro crinitas angue* sorores;
 Quas facibus seuis oculos, atque ora petentes
 Noxia corda vident? at tu dum corpore non es
 Passa nefas; animo ne concipe, neue potentis
 Concubitu vetito nature pollue sedus.
 Velle puta: res ipsa vetat; pius ille, memorque est
 Moris: & o vellem similis furor esset in illo.
 Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum,
 Quid faciat, dubitare facit; scitatur ab ipsa

330

335

340

345

350

355

Nomis-

*Eumenides
Furias.

Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.
 Illa silet primo: patrisque in vultibus haerens
 360 Aestuat: & tepido suffundit lumina rore.
 Virginei Cinyras hac credens esse timoris,
 Flere vetat: siccatque genas: atque oscula iungit.
 Myrrha datis nimum gaudet: consultaque, qualem
 Optat habere virum: similem tibi, dixit, at ille
 365 Non intellectam vocem collaudat; & Esto
 Tam pia semper, ait, pietatis nomine dicto,
 Demisit vultus, sceleris sibi conscia virgo.
 Noctis erat medium: curasque, & corpora somnus
 Soluerat: at virgo Cinyreia peruigil igne
 370 Carpitur indomito: furiosaque vota retractat.
 Et modo desperat; modo vult tentare: pudetque,
 Et cupit: & quid agat non inuenit, utque securi
 Saucia trabs ingens, ubi plaga nouissima restat;
 Quo cadat in dubio est: omnique a parte timetur:
 375 Sic animus vario labefactus vulnere nutat
 Huc leuis, atque illuc: momentaque sumit utroque.
 Nec modus, & requies, nisi mors, reperitur amoris.
 Mors placet: erigitur: laqueoque, innectere fauces
 Destinat: & zona summo de poste reuincta,
 380 Care vale Cinyra, causamque, intellige mortis,
 Dixit: & aptabat pallenti vincula collo.
 Murmura verborum fidas nutricis ad aures
 Peruenisse ferunt, limen seruantis alumnae.
 Surgit anus: reseratque fores: mortisque parata
 385 Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,
 Sequitur, ferit, scinditque, sinus, ereptaque collo
 Vincula dilaniat, tum denique flere vacauit;
 Tum dare complexus: laqueoque, requirere causam.
 Muta silet virgo, terramque immota tuetur.

T

E

290 METAMORPH.

Et deprensa dolet tarda conamina mortis. 390
 Instat annis canosq; suos, & inania nudans
 Vbera, per cunas, alimentaq; prima precatur;
 Vt sibi committat, quicquid dolet, illa rogantem
 Aversata, gemit, certa est exquirere nutrix:
 Nec solam spondere fidem. Dic, inquit: openque 395
 Me sine ferre tibi: non est mea pigra senectus.
 Seu furor est; habeo quod carmine sanet, & herbis.
 Siue aliquis nocuit; magico lustrabere ritu:
 Ira Deum sine est; sacris placabimus iram.
 Quid rear ulterius? certe fortuna, domusq; 400
 Sospes ab incursu est: viuunt genitrixq; paterq;
 Myrrha patre audio, suspiria duxit ab imo
 Pectore: nec nutrix etiamnum concipit ullum
 Mente nefas: aliquemq; tamen presentit amorem:
 Propositiq; tenax, quodcumque est, orat, ut ipse 405
 Indicet: & gremio lacrimantem tollit anili:
 Atque ita complectens infirmis membra lacertis,
 Sensimus, inquit: amas: & in hoc mea (pone timorem)
 Sedulitas erit apia tibi: nec sentiet umquam
 Hoc pater, exsilij gremio furibunda, torumq; 410
 Ore premens, Discede, precor: miseriq; pudori
 Parce, ait, instanti, Discede, aut desine, dixit,
 Querere quid doleam, scelus est, quod scire laboras.
 Horret annis tremulasq; manus annisq; metuq;
 Tendit: & ante pedes supplex procumbit alumna: 415
 Et modo blanditur: modo, si non conscia fiat;
 Terret: & indicium laquei, ceptaque minatur
 Mortis: & officium* commisso spondet amori.
 Extulit illa caput: lacrimisq; impleuit obortis
 Pectora nutricis: conataque saepe fatari, 420
 Saepe tenet vocem: pudibundaque vestibus ora

Textit:

*emeret, & vi-
 uose admisso, &
 quem illa scelus
 appellarat.

L.I.B. X. 291

Textit: & *O, dixit, felicem coniuge matrem.
 Haecenus: & genuit gelidos nutricis in artus,
 Ossaq; (sensit enim) penetrat tremor: albaque toto
 425 Verice canities rigidis stetit hirta capillis:
 Multaq; ut excuteret dyos, si posset, amores,
 Addidit, at virgo scit se non falsa moneri:
 Certa mori tamen est: si non potiatur amore.
 Vire, ait haec: pottere tuo; non ausa, *parente,
 430 Dicere, conticuit: promissaque numine firmat.
 Festa pia: Cereris celebrabant annua matres,
 Illa quibus niuea velata corpora veste
 Primitias frugum dant spicea serua suarum:
 Perque nouem noctes Venerem, tactusque virorum
 435 In vetitis numerant, turba Cinyreis in illa
 Regis adest coniux: arcanaque sacra frequentat.
 Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus;
 Nacta grauem vino Cinyram male sedula nutrix,
 Nomine mentio veros exponit amores:
 440 Et faciem laudat, quaesitis virginis annis,
 Par, ait, est Myrrha, quam postquam adducere inssa est,
 Vique domum redijt, Gaude mea, dixit, alumna:
 Vicinus infelix non toto pectore sentit
 Latitiam virgo: praesagaque pectora marent.
 445 Sed tamen & gaudet, tanta est discordia mentis.
 Tempus erat, quo cuncta silent: interque Triones
 Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
 Ad facinus venit illa suum, fugit aurea celo
 Luna: tegunt migrat latitantia sidera nubes:
 450 Nox caret igne suo: primus tegis* Icare vultus,
 Ergoneque pio sacraata *parentis amore,
 Ter pedis offensi signo est reuocata: ter omer
 Funereus bubo letali carmina fecit.

*figurate innu-
 optare se eandem
 felicitatem.

*sic lib. 9, 576.
 *iureiurando,
 quod sit numi-
 nis cōtestatione.
 *Thesmophoria
 que celebraban-
 tur, cum semen
 in terrā iacerent,
 quamquam ea
 poeta confundat
 cum factis Pro-
 serpine, quae
 mensis tempora
 fiebant.

*ne tantum cae-
 lus aspiceres.
 *nam patre Itae-
 rō a pastoribus
 occisum ita fle-
 uit, ut mori de-
 cerneret.

It tamen: & tenebrae minuunt, noxque atra pudorem.
 Nutricisque manum laeva tenet; altera motu 455
 Caeum iter explorat. thalami iam lumina tangit:
 Iamque fores aperit: iam ducitur intus: at illi
 Poplite succiduo genua intremuere: fugitque
 Et color, & sanguis: animusque reliquit euntem.
 Quoque suo propior sceleri est, magis horret; & ausi 460
 Penitet: & vellet non cognita posse reuerti.
 Cunctantem longaeua manu deduxit: & alto
 Admotam lecto cum traderet: Accipe, dixit,
 Ista tua est Cinyra: deuotaque pectora iunxit.
 Accipit obsceno genitor sua viscera lecto: 465
 Virgineosque metus leuat: hortaturque timentem.
 Forsitan etatis quoque nomine, filia, dixit:
 Dixit, & illa, Pater: sceleri ne nomina desint.
 Plena patris thalamis excedit: & impia dirio
 Semina fert utero; conceptaque crimina portat. 470
 Postera nox facinus geminat: nec finis in illa est:
 Cum tandem Cinyras auidus cognoscere amantem
 Post tot concubitus, illato lumine vidit
 Et scelus, & natam: verbisque dolore retentis
 Pendenti nitidum vagina diripit enssem. 475
 Myrrha fugit: tenebrisque, & caeca munere noctis
 Intercepta neci est: latoque vagata per agros,
 Palmiferos Arabas, Panchaetaeque rura reliquit:
 Perque nouem errauit redeuntis cornua Lunae:
 Cum tandem terra requieuit fessa Sabaea: 480
 Vixque uteri* portabat onus. tum nescia voti,
 Atque inter mortisque metus, & tedia vitae,
 Est tales complexa preces: O si qua pateatis
 Numina confessis, merui: nec triste recuso
 Supplicium. sed ne violam viuosque superstes, 485

* sufficebat por-
quado queri

Mor-

Mortuamque exstinctos; ambobus pellite regnis:
 Mutataeque mihi vitamque, necemque, negate.
 Numer confessis aliquod patet. vltima certe
 Vota suos habuere Deos: nam crura loquentis
 490 Terra superuenit: ruptosque obliqua per unguis
 Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
 Ossaque robur agunt: mediaque manente medulla
 Sanguis it in succos: in magnos brachia ramos;
 In paruos digiti: duratur cortice pellis.
 495 Iamque grauem crescens uterum praecinxerat arbor:
 Pectoraque obruerat: collumque operire parabat.
 Non tulit illa moram: uenientique obuia ligno
 Subsedit: mersitque suos in cortice vultus.
 Quae quamquam amisit veteres cum corpore sensus;
 500 Flet tamen: & tepide manant ex arbore guttae.
 Est honor & lacrimis: stillataque cortice Myrrha
 Nomen herile tenet; nulloque tacebitur auro.

Myrrha in ar-
borem.

* pro, in cortice,
vt saepe alibi.

F. A. B. X. ARGUMENTVM.

Ex Myrrhae & Cinyrae incesto concubitu, ob iram Veneris con-
 ceptus est infans, qui versa Myrrha in arbore sui nominis na-
 scitur, Adonisque cognominatur: quem non minus Venus dilexit,
 quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.
 At male conceptus sub robore creuerat infans:
 Querebatque viam; qua se genitrice relicta
 505 Exsereret, media grauidus tumet arbore venter.
 Tendit onus matrem: neque habent sua verba dolores:
 Nec Lucina potest parientis voce vocari.
 Nitenti tamen est similis: curuataque crebros
 Dat gemitus arbor: lacrimisque cadentibus humet.
 510 Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes:
 Admonitque manus: & verba puerpera dixit.
 Arbor agit rimas: & scisso cortice, viuum
 Reddit onus: vagitque puer: quem mollibus herbis

Ex incesto Ci-
nyrae & Myrrhae
concupitu na-
tus Adonis.
* inauspicato, &
impie.

* quae puerperis
prodesse solet.

T 3

Nai.

Naides impositum lacrimis unxere parentis.
 Landaret faciem lior quoque: qualia namque §15
 Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum;
 Talis erat, sed ne faciat discrimina cultus;
 Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
 Labitur occulte, fallitque volatilis etas:
 Et nihil est annis velocius ille sorore §20
 Natus, auoq; suo, qui conditus arbore nuper;
 Nuper erat genitus; modo formosissimus infans,
 Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso est:
 Iam placet & Veneri: matrisq; ulciscitur ignes:
 Namque pharetratus dum dat puer oscula matri, §25
 Inscius, exstanti distrinxit arundine pectus.
 Lesa manu natum Dea reppulit, altius actum
 Vulnus erat specie: primoque sefellerat ipsam.
 Capta viri forma non iam Cytherea curat
 Litora: non alto repetit Paphon equore cinctam, §30
 Piscosamq; Cnidon, gravidamq; Amathineta metallis.
 Abstinet & caelo: caelo praefertur Adonis.
 Hunc tenet, huic comes est, assuetaq; semper in umbra
 Indulgere sibi, formamque augere colendo,
 Per iuga, per silvas, dumosaque saxa vagatur §35
 Nuda genu, vestem ritu succincta Diana:
 Hortaturq; canes: tutaq; animalia praedae,
 Aut pronos lepores, aut celsum in cornua ceruum,
 Aut agitat damas: a fortibus abstinet apris:
 Raptoresq; lupos, armatosq; unguibus vrsos §40
 Vitat, & armenti saturatos caede leones.
 Te quoque, ut hos timeas, si quid prodesse monendo
 Posset, Adoni monet: fortisq; fugacibus esto,
 Inquit: in audaces non est audacia tuta.
 Parce meo iuuenis temerarius esse periclo: §45
 Néne

agitea extra pendent, & ad faciendū parata.

Venatio Venetis.

Néne feras, quibus arma dedit natura, laceffe:
 Stet mihi ne magno tua gloria. non mouet etas,
 Nec facies, nec quae Venerem mouere, leones,
 Setigerosq; sues, oculosq; animosq; ferarum.
 §50 *Fulmen habent acres in aduncis dentibus apris:
 Impetus est fuluis, & vasta leonibus ira: *Lib. 1, 304
 Inuisumq; mihi genus est, quae caussa roganti
 Dicam, ait, & veteris monstrum mirabile culpa.
 Sed labor insolitus iam me lassauit: & ecce
 §55 Opportuna sua blanditur populus umbra:
 Datq; torum cespes: libet haec requiescere tecum,
 Et requieuit humo: praestitque & gramen, & ipsum.
 Inq; sinu iuuenis posita ceruice reclinis
 Sic ait: ac medijs interserit oscula verbis.

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Atalanta Schoenae filia cum de coniugio oracula sciscitata esset, monita est vt nulli iungeretur: quia vero omnium virginum perniciosissima erat, petentibus procijs, formosissima enim erat, legem posuit, ne eos aspernari videretur, eius coniugem futuram, qui se cursu pedum antecessisset: quam cum Hippomenes Megarei filius ex progenie Neptuni, intenso amore diligeret, nec mortem certaminis expauesceret, nam victi proci, occidebantur, Venerem in malis habuit auxilio, nam ex Damaso agro ei tria mala aurea donauit, qui est in insula Cypro, vt in cursu proiiceret virgini: futurum enim vt eorum cupiditate eius tardaretur impetus, ea dum peteret. Cuius monitis Hippomenes consecutus victoriam, postea ingratus aduersus Deam cognitus est. Itaq; impulsu eiusdem Deae, matris Deum lucum dum transgrediuntur, quem Echion terrae filius sacrauerat, non tenuerunt cupiditate; quin aduersus religionem in sacro concubere solis. Quam ob causam a Deo in leones sunt conuersi: vnde Deum matri ex illo leones sunt subiecti.

§60 Forsitan audieris aliquam certamine cursus
 Veloces superasse viros: non fabula, rumor
 Ille fuit: superabat enim: nec dicere possis
 Laude pedum, formane bono praestantior esset.

Atalantae velocitas.

Sitantia

* sua forma ad-
huc viua priua-
beris, conuersa
tempore in leonā.

Scitanti Deus huic de coniuge: Coniuge, dixit,
 Nil opus est Atalanta tibi: fuge coniugis usum. 565
 Nec tamen effugies: * teq; ipsa viua carebis.
 Territa sorte Dei per opacas innuba silvas
 Viuit: & instantem turbam violenta procorum
 Conditione fugat: Nec sum potienda, nisi, inquit,
 Victa prius cursu: pedibus contendite mecum. 570
 Præmia veloci coniux, thalamiq; dabuntur:
 Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto.
 Illa quidem immitis: sed tanta potentia formæ est.
 Venit ad hanc legem: temeraria turba procorum.
 Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui: 575
 Et petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
 Dixerat: ac nimios iuuenum damnarat amores.
 Vt faciem, & posito corpus velamine vidit,
 Quale meum, vel quale tuum, si femina fias:
 Obstupuit, tollensq; manus, Ignoscite, dixit, 580
 Quos modo culpaui: nondum mihi præmia nota,
 Quæ peteretis, erant, laudando concipit ignes:
 Et ne quis iuuenum currat velocius optat:
 Inuidiamque timet, sed cur certaminis huius
 Intentata mihi fortuna relinquatur? inquit: 585
 Audentes Deus ipse iuuat, dum talia secum
 Exigit Hippomenes: passu volat alite virgo.
 Quæ quamquam Scythica non segnius ire sagitta
 * Aonio visa est iuueni; tamen ille decorem
 Miratur magis: & cursus facit ipse decorem. 590
 Aura refert ablata citis talaria plantis:
 Tergæque iactantur, crines per eburnea, quæque
 Poplitibus suberant plectro genualia limbo:
 Inque puellari corpus candore, ruborem
 Traxerat, haud aliter, quàm cum super atria velum 595

* Hippomeni
* necotie.

Can-

Candida purpureum similem dat, & inscit umbram,
 Dum notat hæc hospes; decursa nouissima meta est.
 Et tegitur festa victrix Atalanta corona.
 Dant gemitum victi: penduntq; ex fœdere pœnas.
 600 Non tamen euentu iuuenis deterritus horum
 Constitit in medio: vultuque in virgine fixo,
 Quid facilem titulum superando queris inertes?
 Mecum confer, ait, seu me fortuna * potentem
 Fecerit; à tanto non indignabere vinci. * voti-composit.
 605 Namque mihi genitor Megareus, Onchestius illi;
 Est Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum:
 Nec virtus citra genus est: seu vincar; habebis
 Hippomene victo magnum, & memorabile nomen:
 Talia dicentem molli Schœneia vultu
 610 Adspicit: & dubitat superari, an vincere malit.
 Atque ita; Quis Deus hunc formosis, dixit, iniquus
 Perdere vult? caræque iubet discrimine vitæ
 Coniugium petere hoc? non sum: me iudice tanti.
 Nec forma tangor: poteram tamen hæc quoque tangi:
 615 Sed quod adhuc puer est, non me mouet ipse, sed ætas.
 Quid? quod inest virtus, & mens interrita leti?
 Quid? quod ab æquorea numeratur origine quartus? Nepruniz, r.
 Quid? quod amat, tantiq; putat connubia nostra, 606.
 Vt pereat; si me sors illi dura negarit?
 620 Dum licet, hospes, abi: thalamosq; relinque cruentos.
 Coniugium crudele meum est: tibi nubere nulla
 Nolle: & optari potes à sapiente puella.
 Cur tamen est mihi cura tui tot iam antè peremptis?
 Viderit: intereat; quoniam tot cæde procorum
 625 Admonitus, non est: agiturque in tædia vitæ.
 Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum?
 Indignamque necem pretium patietur amoris?

T 5

Nr

Non erit inuidia victoria nostra ferenda.
 Sed non culpa mea est: utinam desistere velles:
 Aut quoniam es demens; utinam velocior esses. 630
 Ah quam virgineus puerili vultus in ore est!
 Ah miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem.
 Viuere dignus eras, quod si felicior essem;
 Nec mihi coniugium fata importuna negarent;
 Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem. 635
 Dixerat: ut que rudis, primoque Cupidine tacta,
 Quod facit ignorans, amat, & non sentit amorem.
 Iam solitos postcunt cursus populusque paterque;
 Cum me sollicita proles Neptunia voce
 Inuocat Hippomene, Cytheream comprecor, ausis 640
 Adsit, ait, nostris: & quos dedit, adiuuet ignes.
 Detulit auram preces ad me non inuida blandas:
 Motaque sum, fateor: nec opis mora longa dabatur.
 Est ager, indigena Damascenum nomine dicunt:
 Telluris Cypria pars optima: quam mihi prisca 645
 Sacrauere senes: templisque accedere dotem
 Hanc iussere meis, medio nitet arbor in aruo
 Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
 Hinc tria sorte mea veniens decerpta ferebam
 Aurea poma manu: nullique videnda, nisi ipsi, 650
 Hippomenen adij. docuique, quis usus in illis.
 Signa tubae dederant; cum carcere pronus uterque
 Emicat: & summam celeri pede libat arenam.
 Posse putes illos sicco freta radere passu:
 Et segetis cana stantes percurrere aristas. 655
 Adijciunt animos iuueni clamorque, fauorque,
 Verbaque dicunt: nunc, nunc incumbere tempus:
 Hippomene propera: nunc viribus utere totis:
 Pelle moram, vinces. dubium Megareus heros

Currentis habitus.

GAS

660 Gaudeat, an virgo magis his Schoneia dictis.
 O quoties cum iam posset transire, morata est:
 Spectatosque diu vultus inuita reliquit.
 Aridus a lasso veniebat anhelitus ore:
 Metaque erat longe: tum denique de tribus unum
 665 Fetibus arboreis proles Neptunia misit.
 Obstupuit virgo: nitidique Cupidine pomi
 Declinat cursus: aurumque volubile tollit.
 Præterit Hippomene: resonant spectacula plausu.
 Illa moram celeri, cessataque tempora cursu
 670 Corrigit: atque iterum iuuenem post terga relinquit.
 Et rursus pomi iactu remorata secundi
 Consequitur: transitque virum: pars ultima cursus
 Restabat: Nunc, inquit, ades: De ea muneris auctor:
 Inque latus campi, quo tardius illa recideret;
 675 Iecit ab obliquo liquidum iuueniliter aurum.
 An peteret virgo visa est dubitare: coegi
 Tollere: & adieci sublato pondera malo:
 Impediisque oneris pariter grauitate, moraque.
 Neue meus sermo cursu sit tardior ipso;
 680 Præterita est virgo; duxit sua præmia victor:
 Dignane cui grates ageret? cui turis honorem
 Ferret Adoni sui? nec grates immemor egit:
 Nec mihi turam dedit: subitam conuertor in iram:
 Contemptumque dolens, ne sim spernenda futuris;
 685 Exemplo caueo: meque ipsam exhortor in ambros.
 Tempora Deum matris, quæ quondam clavis Echior
 Fecerat ex voto; nemorosus abdita siluis
 Transibant: & iter longum requiescere suasit.
 Illic concubitus intempesta Cupido
 690 Occupat Hippomenem a numine concita nostro.
 Liminis exigui fuerat prope templa, recessus

*solendens.
*fortiter, vt inuenem decebat, id est, longissimè.

*Atalantam.

Spe

Spelunca similis, natio pumice tectus,
 Religionis sacer prisca: quo multa sacerdos
 Lignea contulerat veterum simulacra Deorum.
 Hunc imit: & verito, temeratae sacraria probro. 695
 Sacra retorserunt oculos: turritaque mater,
 An Stygia fontes, dubitavit mergeret unda.
 Pœna levis visa est, ergo modo laeva fulvae
 Colla iuba velant: digiti curvantur in ungues.
 Ex humeris armi fiunt: in pectora totum 700
 Pondus abit: summa cauda verruntur arena.
 Iram vultus habet: pro verbis murmura reddunt:
 Pro thalamis celebrant silvas: alijsque timendi
 Dente premunt domito Cybeleia frena leones.
 Hos tu care mihi, cumque his genus omne ferarum, 705
 Quod non terga fugæ, sed pugna pectora præbet:
 Effuge; ne virtus tua sit damnosa duobus.

Hippomenes in
 leonem, & Atalantam
 in leonem.
 Pectus enim toto
 corpore erat.
 Sus leones habet.

FAB. XII. & XIII. ARGUMENTUM.

Adonis supradictus monitus à Venere quam vim feræ haberent, non obtemperavit. igitur in venatione ab apro interimitur: cuius cruor eiusdem Dææ numine in florem purpurei coloris convertertus est. Sic & olim Minthe nympha in herbam menthæ Proserpinæ Cereris filia odio mutata est; quod cum Dite patre conjugæ suo concubisset.

Adonis in Aeneidem.

Illam quidem monuit: iunctis que per aera cygnis
 Carpit iter: sed stat monitis contraria virtus.
 Forte suam latebris vestigia certa secuti 710
 Exiriere canes: silvisq; exire parantem.
 Fixerat obliquo iuvenis Cinyreus ictu.
 Protinus excussit pando venabula rostro
 Sanguine tineta suo: trepidumque, & tuta petentem
 Trux aper insequitur: totosq; sub inguine dentes 715
 Abdidit: & fulva moribundum stravit arena.
 Tecta leni curru, medias Cytherea per auras

Cypria

Cypria olorinis nondum pervenerat alis.
 Agnovit longe gemitum morientis: & albas
 720 Flexit aves illuc: utque æthere vidit ab alto
 Exanimem, inq; suo iactantem sanguine corpus;
 Desiliit: pariterq; sinum, pariterq; capillos
 Rupit: & indignis percussit pectora palmis.
 Quæstaque cum fatis, Et non tamen omnia vestri
 725 Iuris erunt, dixit, luctus monumenta manebunt
 Semper Adoni mei: repetitæque mortis imago
 Annua plangoris peraget simulamina nostri.
 At cruor in florem mutabitur. an tibi quondam
 Feminæ artus in olentes vertere Menthas
 730 Persephone licuit? nobis Cinyreus heros
 Invidia mutatus erit? sic fata, cruorem
 Nectare odorato sparsit: qui tactus ab illo
 Intumuit; sic ut pluuio perlucida celo
 Surgere bulla solet, nec plena longior hora
 735 Facta mora est; cum flos de sanguine concolor ortus;
 Qualem, quæ lento celant sub cortice granum
 Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo.
 Namque male hærentem, & nimia leuitate caducum
 Excutiunt idem, qui persflant omnia, venti.

in sacris Adonis
 Fab. xiiij.
 Minthe nympha
 in mentham herbam.

ut in-
 nuat mutatum
 esse in anemone-
 nem, cuius flos,
 ut ait Plin. nun-
 quam se aperit,
 nisi spirans vela-
 to,

P. OVI.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XI.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Orpheus Oeagri fluminis & Calliopes Musæ filius, cum habuisset conjugem nomine Eurydicen, & eam amisisset, & cum sine ea ab inferis, lege accepta à Plutone, ad superos rediisset, ne talem dolorem in altera experiretur: puerilem amorem primus instituit. Quam ob causam Thresic mulieres institit, in abditis locis solitudinem agentem propter desiderium coniugis, interfecerunt: separatimque caput eius à reliquo corpore cum lyra in Ænæum Hebrum præcipitauerunt: per quem in mare delatum, & hinc in insulam Lesbum, cum hic hæsisset in litore, serpens que mortu sanguinem lamberet, priusquam vultum eius appeteret, ab Apolline Iouis & Latonæ filio duratus in lapidem est.

Carminum dum tali silvas, animosque ferarum, Threicius vates, & saxa sequentia ducit; Ecce nurus Ciconum tectâ lymphata feminis Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt Orpheam percussis sociantem carmina neruis. E quibus una, leues iactato crimine per auras, En, ait, en hic est nostri contemptor: & hastam Vatis Apollinei vocalia misit in ora: Quæ folijs præfuta, notam sine vulnere fecit. Alterius telum lapis est: qui missus, in ipso Aëre concentu victus vocisque, lyraque est: Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt Bella: modusque abiit: insanaque regnat Erinyes: Cunctaque tela forent cantu mollita; sed ingens Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu, Tympanaque, & plausus, & Bacchei ululatus

Obstre-

Baccharum habitus, plenius descriptus lib. 6 v. 592.

qua in sacris Cybeles, cui Berecynthia mons & ciuitas dicata sunt, primum sunt vti.

Obstrepuere sono cithara. tum denique saxa Non exauditi rubuerunt sanguine Vatis.

Orpheus discedit à Baccho

20 Ac primum attonitas etiamnum voce canentis Innumeras volucres, anguesque, agmenque ferarum, Menades Orphei titulum rapuere theatrici: Inde cruentatis ventuntur in Orphea dextris: Et coeunt, ut aues, si quando luce vagantem

25 Noctis aues cernunt: structoque utrimque theatro Vt matutina ceruus periturus arena

periphrasis amphitheatrici

Præda canum est: vatemque petunt: & fronde virentes Coniungunt thyrsos, non hæc in munera factos: Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos,

30 Pars torquent silices: neu desint tela furoris; Fortè boues presso subigebant vomere terram: Nec procul hinc multo fructum sudore parantes, Dura lacertosi satiebant arua coloni.

Agmine qui viso fugiunt: operisque relinquunt

35 Arma sui: vacuosque iacent dispersa per agros Sarculaque, rastrique, graues, longique, ligones: Quæ postquam rapuere fera: cornuque, minaci Diuisere boues; ad vatis fata recurrunt:

Tendentemque manus, atque illo tempore primum

40 Irrita dicentem, nec quicquam voce mouentem Sacilega perimunt: perque os (pro Iuppiter) illud Audirum saxis, intellectumque ferarum Sensibus in ventos anima exhalata recessit.

quæ Bacchas mouerent, cum antea mouissent lapides & feras

Temesta volucres Orphei, te turba ferarum,

45 Ter rigidi silices, tua carmina sepe secuta Flerunt siluæ: positis te frondibus arbas Tonsa comas, luxit lacrimis quoque flumina dicunt: Increuisse suis: obscuraque carbasa pullo

colore nigro

Mem-

Naides, & Dryades, passosque habuere capillos.

Lyra Orphei.

Membra iacent diuersa locis. caput Hebre, lyramque
Excipis & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra: flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripa.
Iamque mare inuecta flumen populare relinquunt:
Et Methymnae potiuntur litore Lesbi.

50

55

Serpens in lapide

Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis
Os petit: & sparsos stillanti rore capillos
Lambit: & hymniferos inhiat diuellere vultus:
Tandem Phoebus adest: morsusque inferre parantem
Arcet: & in lapidem victus serpentis apertos
Congelat: & patulos (ut erant) indurat hiatus.
Vmbra subit terras: & quae loca viderat ante.
Cuncta recognoscit: querensque per arua piorum
Inuenit Eurydicen: cupidisque amplectitur vlnis.
Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo:
Nunc praecedentem sequitur: nunc praenus anteit:
Eurydicenque suam iam tuto respicit Orpheus.

60

65

FAB. II. ARGUMENTVM.

Thraciae matronae, quae caedi interfuerant Orphei, a Libero uolente mulum scientiae suae, in arbores varias abierunt.

Non impune tamen scelus hoc finit esse Lyens:
Amissoque dolens sacrorum vate suorum,
Protinus in siluis matres Aedonidas omnes,
Quae videre nefas, torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos in quantum est quaeque secuta
Traxit: & in solidam detrusit acumine terram.
Vtque summum laqueis, quos callidus abdidit auceps;
Cruis ubi commisit volueris, sensitque teneris;
Plangitur, ac trepidans adstringit vincula motu:
Sic, quaecumque solo defixa cohaeserat harum,
Exsternata fugans frustra tentabat, at illam

Lentis

*Thracias, ab Edonibus Thraciae populis. Thraciae mulieres in arbores.

*percutitur & caesa

Lenta tenet radix: exsultantemque coeuret.
Dumque ubi sint digiti, dum pes ubi querit, & unguis;
Adspicit in teretes lignum succedere furas.
Et conata femur marenti plangere dextra,
Robora percussit: pectus quoque robora sunt:
Robora sunt humeri: porrectaque brachia veros.
Esse putes ramos: & non fallere putando.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Liber pater Thracia digressus cum Tmolum montem Ciliciae comitatus Bacchis peteret, Silenus ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt. agnitus ab eo exceptus est, & Libero aduenienti reddidit. quod ob beneficium, optandi Deum venam ei dedit, siquid vellent a se peteret. Ille ut quaeque corrigisset, aurum fierent: quod ei inutile fuit. Cui Deus petenti ut restitueretur, iussit ut ad flumen Pactolum perueniret, ibique se lauaret, & sic rediret in pristinum statum. Vis autem illa aurum efficiendi a Mida in fluuium transiit: unde aureas arenas habere memoratur.

Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros:
Cumque choro meliore, sui vinea Timoli,
Pactolonque petit: quamuis non aureus illo
Tempore, nec caris erat inuidiosus arenis.
Hunc assueta cohors Satyri, Bacchaque frequentant:
At Silenus abest: iitubantem amissaque, meroque,
Ruricola cepere Phryges: vinctumque coronis
Ad regem duxere Midam: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio * Eumolpo.
Qui simul agnouit socium, comitemque sacrorum:
Hospitis aduentu festum gemaliter egit.
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum laevis in agros
Rex venit: & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optanti gratum, sed inutile fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.

* Testatur & Silenus lib. 11. Midam ab Orpheo sacrorum sollennibus iniunctam Phrygiae religionibus impleuisse. * Musae filio, Orphei discipulo. * Sic locus est lib. 2. 7. 339.

III

306 METAMORPH.

Tarda à Mida in
aurum.

Ille male rursus donis, ait: Effice quicquid
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraq; munera solvit. 105
Liber: & indoluit quod non meliora petisset.
Letus abit: gaudetq; malo Berecynthis heros:
Pollicitiq; fidem tangendo singula tentat.
Vixq; sibi credens, non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta est. 110
Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.
Conigit & glebam: contactu gleba potenti
Massa fit: arentes Cereris decerpit aristas:
Aurea messis erat: demptum tenet arbore pomum:
Hesperidas donasse putes, si possibus altis 115
Admouit digitos: postes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis;
Vnda fluens palmis Danaem eludere possit.
Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
Omnia gaudenti mensas posuere ministri 120
Extractos dapibus, nec tostæ frugis egentes.
Tum verò, siue ille sua Cerealia dextra
Munera contigerat; Cerealia dona rigebant.
Sine dapes avido conuelleret dente parabat;
Lamina sulua dapes, admoto dente premebat. 125
Miscuerat puris auctorem muneris undis:
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diuesq; miserq;
Effugere optat opes: & quæ modo conerat, odit. 130
Copia nulla famem releuat: sitis arida guttur
Vrit: & inuiso merito torquetur ab auro.
Ad cœlumq; manus, & splendida brachia tollens,
Da veniam Lenæ pater, peccauimus, inquit.
Sed miserere precor: speciosq; eripe damno.

Mite

quo omnia con-
tactu eius fiebat
aurum. v. 102.

LIB. XI. 307

135 Mite Deum numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit: *factique fide data munera solvit.
Néue malè optato maneat circumlitus auro;
Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem;
Pérque iugum ripæ labentibus obuius undis
140 Carpe viam; donec venias ad fluminis ortus.
Spumigeroque tuum fonti, quæ plurimus exit;
Subde caput: corpusque simul, simul elue crimen.
Rex iussa succedit aqua: vis aurea tinxit
Flumen: & humano de corpore cessit in amnem.
145 Nunc quoque iam veteris percepto semine venæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.

*ob fidem in re-
stituendo Sileno
præstita. v. 100.

Pactolus fluius
fit auriger.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Pan cum Imolium montem Lydix frequentans fistula se oble-
taret, elatus gloria agrestium Nympharum, Apollinem in certam-
men deuocauit. Indice ergo Imolo, qui montis illius Deus erat,
cum Apollini victoria esset adiudicata, Midæ regi supradicto, qui
auri efficiendi potestate amissa, opes perosus in siluis habitans,
Pana pastorum Deum colens sequebatur, assidenti soli displicuit.
Quæ ob causam Apollo, ob eamque stultitiam quam & supra ges-
serat in Liberi patris voluntate, iratus, aures eius asininx ut ef-
ferret sempiterno, effecit, quibus eius stoliditas appareret, nulliusque
esse iudicij indicaretur.

Ille perosus opes, siluas & rura colebat,
Panæque montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit; nocituraque, ut antè
150 Rursus, erant domino stolidæ præcordia mentis.
Nam freta prospiciens latè riget arduus alto
Imolus in adscensu: cliuq; extensus vtroque,
Sardibus hinc, illinc paruis fruitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris iactat sua carmina Nymphis;
155 Et leue cerata modulatur arundine carmen;
Ansus Apollineos præ se contemnere cantus,

Y 2 Indice

308 METAMORPH.

*Pan canu cercat
cum Apolline.* Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit; & aures
Liberat arboribus: quercu coma carula tantum.
Cingitur; & pendent circum caua tempora glandes. 160
Isq; Deum pecoris spectans, In iudice, dixit,
Nulla mora est. calamis agrestibus insonat ille:
Barbaricoq; Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine delinjt. post hunc sacer ora retorfit
Tmolus ad os Phœbi; vultum sua silua secuta est. 165
Ille caput stanum lauro Parnasside vinctus
Verrit humum; Tyrio saturata murice palla:
Distinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Sustinet à leua: tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit: tum stamina docto. 170
Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ summittere cannas.
Iudicium; sanctiq; placet sententia montis
Omnibus arguitur tamen, atque iniusta vocatur
Vnius sermone Mida: nec Delius aures 175
Humanam stolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in spatium; villisq; albensibus implet:
Instabilesq; illas facit; & dat posse moveri.
Cetera sunt hominis: partem damnatur in unam:
Induiturq; aures lente gradientis aselli. 180

Mida aures in
asellinas

Genere vocales.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Midas deformitatem quidem suam celare volebat: sed eam
vidit famulus tonsor, qui cum eam nec eloqui auderet, nec reci-
cere posset; humum effodit; in eaque immurmurat Midam asini
aures habere: foueam deinde replet. Ibi enatae sunt arundines,
quæ vento a; itaq; Midæ deformitatem indicarunt, verba inibi a
famulo immurmurata referentes.

Ille quidem celare cupit; turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat velare iuuis. Sed

LIB. XI. 309

Sed solitus longos ferro refecare capillos
Viderat hoc famulus; qui cum nec prodere visum
185 Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras;
Nec posset reticere tamen; secedit, humumq;
Effodit: & domini quales adspexerit aures,
Voce refert parua; terraq; immurmurat hausta:
Indiciumq; sue vocis tellure regesta
190 Obruit: & scrobibus tacitus discedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus
Cœpit; & ut primum pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam: leni nam motus ab austro
Obruta verba refert; dominiq; coarguit aures.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Inter Sigzum, Rhœtzumque promontoria, quo loco ara Ie-
uis Panomphæi Phrygius est consecrata, Laomedon Capys fi-
lius cum illum poneret, Apollo & Neptunus in homines versi,
operas suas æstimati ad extruendum murum addixerunt. Qui-
bus perfectis, pactum aurum Laomedon negavit. Neptunus per-
fidia regis offensus in agros eius mare misit, omnesque fructus
obruit: supra quam pœnam cœgit eum Hesionem filia marinz
prostitueret bellæ. Qua liberata ab Hercule, rursus in fraude
cognitus: equos enim quos ob salutem virginis pactus erat, ei
abnegavit. Ideoque ille expugnato Hio Hesionem abreptam Te-
lamoni, qui socius militiz fuerat, copulauit.

195 Vultus abit Tmolos liquidumq; per aera vectus
Angustum citra pontum Nephelidos Helles
Laomedontis Latius adstitit aruis.
Dextera Sigæi, Rhœtæi leua profundi
Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.
200 Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta videt: susceptaque magna labore
Crescere difficili; nec opes exposcere parnas.
Cumq; Tridontigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam; Phrygiæq; tyranno
V 3 Aed-

Apollo, & Ne-
ptunus in ho-
mines.

vel quod om-
nium voces ex-
audiat, vel quod
omnium voce
colatur. vox, &
ἐμφα.

310 METAMORPH. 205
 Aedificat muros, pactus pro mœnibus aurum.
 Stabat opus: pretium rex inficiatur: & addit
 Perfidia cumulum falsis periuria verbis.
 Non impune ferēs, rector maris inquit: & omnes
 Inclinauit aquas ad auaræ litora Troiæ:
 Inq̄, freti formam terras conuertit: opesq̄, 210
 Abstulit agricolis: & fluctibus obruit agros.
 Pœna neque hæc satis est: regis quoque filia monstro
 Poscitur equoreo: quam dura ad saxa reuinctam
 Vindicat Alcides: promissaque munera dictos
 Poscit equos: tantiq̄, operis mercede negata, 215
 Bis periura caput superata mœnia Troiæ.
 Nec pars militia Telamon sine honore recessit:
 Hesionæque data patitur. nam coniuge *Peleus
 Clarus erat: Diua: nec aui magis ille superbit
 Nomine, quam soceri: siquidem Iouis esse nepotem 220
 Contigit haud vni: coniux Dea contigit vni.

* Telamonis frater, Aeaci filius,
 Iouis nepos.
 * Thetide Nerei filia.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Proteus cum Thetidi prædixisset, si veller iugalis fieri, quod filium parente suo fortiorem procrearet, Iupiter, quamuis incensus pulchritudine Nymphæ, id sibi ne accideret, concubitum eius refugit, & in successione coniugij Peleum nepotē dedit: quem illa refugiens, modò in volucrem, modò in arborem, interdum in tigridem conuersa cum eluderet, Peleus Neptunum orauit, vt opem sibi ferret: qui cum Proteo preces eius commendaret, ille emergens e mari, Peleo mandauit, vt quiescenti Thetidi meridiano calore, insidiaretur, eamque vinculis illigaret, & quamuis in mille figuras conuerteretur, ne dimitteret, donec in pristinam redisset formam. Sicque illa potitus, Achillesque Græcorum fortissimus natus est.

Namque senex Thetidi Proteus dea, dixerat vnda,
 Concipe: mater eris iuuenis: qui fortibus armis
 Aëta patris vincet: maiorque vocabitur illo.
 Ergo ne quidquam mundus Ioue maius haberet; 225
 Quam-

* Thetis in varias figuras.

Quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes
 Iupiter; equoreæ Thetidis connubia fugit:
 Inque sua * Aeaciden succedere vota nepotem *Peleus
 Iussit: & amplexus in virginis ire marine.
 230 Est sinus Hæmonia; curuos falcatus in arcus:
 Brachia procurrunt; ubi si foret altior vnda,
 Pontus erat: summis inductum est equor arenis.
 Litus habet solidum: quod nec vestigia seruet:
 Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
 235 Myrtea silua subest bicoloribus obsita baccis.
 Est specus in medio; natura factus, an arte,
 Ambiguum: magis arte tamen: quo saepe venire
 Frenato Delphine sedens Theti nuda solebas.
 Illic te Peleus, vt somno victa iacebas;
 240 Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas
 Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.
 Quod nisi venisses variatis saepe figuris
 Ad solitas artes; auso foret ille potitus.
 Sed modo tu volucris, volucrem tamen ille tenebat:
 245 Nunc grauis arbor eras: hærebat in arbore Peleus.
 Tertia forma fuit maculosa tigridis: illa
 Ferritus Aeacides a corpore brachia soluit.
 Isque Deos pelagi vino super aquora fuso,
 Et pecoris fibris, & fumo turis adorat:
 250 Donec * Carpathius medio de gurgite vates
 Aeacide dixit, thalamis potiere petitis.
 Tu modo, cum gelido sopita quiescit in antro;
 Ignaram laques, vincloque innecte tenaci.
 Nec te decipiat centum mentita figuras:
 255 Sed preme q̄ uicquid erit; dum quod fuit antè reformet. * forma repræsentet.
 Dixerat hæc Proteus; & condidit equore vultum:
 Admisitque suos in verba nouissima fluctus.

* Peleus

Thetis in varias figuras.

* Proteus quod mare illud inhabitet quod a Carpatho insula nomen habet

Pronus erat Titan; inclinatioq; petebat
 Hesperium temone fretum; cum pulchra relicto
 Nereis ingreditur consuetam cubilia fluctu. 260
 Vix bene virgineos Peleus inuaserat artus:
 Illa nouat formas; donec sua membra teneri
 Sensit; & in partes diuersas brachia tendit.
 Tum demum ingemuit: Neque, ait, sine numine uinis.
 Exhibita estq; Thetis, confessam amplectitur heros: 265
 Et potitur uotis: ingentiq; implet Achille.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Peleus fratre Phoco interempto profugus Trachina ad Ceyx
 Luciferi filium venit, susceptusq; ab eo inuente; causam ma-
 roris ab ipso audiuit. Huic Ceyxi namque frater erat Dædalio,
 habens filiam Chionei speciosissimam: quæ cum ab Apolline,
 & Mercurio amaretur, à Mercurio per quietem cõpressa est, ite
 ab Apolline in anum uerso. Horum altero Autolycum furacis-
 simum, qui ex albis nigra, & ex nigris alba fecit, procreatum fe-
 runt: ex Apolline uero Philammona studiosissimũ citharæ. Hæc
 etiam gloriata est, quod cum talibus concubisset deis, Dianæq;
 se pulchritudini prætulit. Itaque Dea confestim, ut debuit, pro-
 cacem eius linguam sagitta traiecit: atque ex eo vulnere est su-
 bito interempta. Qua calamitate Dædalio affectus, cum se eodem
 rogo uellet consumi, neque eum proximi paterentur, furisq;ue
 intinctus montem Parnassum petisset, & se præcipitasset, ante-
 quam radicem montis contingeret, ab Apolline in uolucrem
 accipitrem est conuersus.

Felix & nato, felix & coniuge Peleus:
 Et cui, si demas iugulati crimina Phoci,
 Omnia contigerant: fraterno sanguine fontem,
 Expulsumq; domo patria Trachinia tellus 270
 Accipit: hic regnum sine ui, sine cæde regebat.
 Lucifero genitore satius, patriumq; nitorem
 Ore ferens Ceyx; illo qui tempore inæstus,
 Dissimilisq; sui, fratrem lugebat ademptum.
 Quo postquam Acacides fessus, curaq; uiaq;
 Venit; 275

Venit; & intrauit paucis comitantibus urbem;
 Quosq; greges pecorum, quæ secum armenta trahebat,
 Haud procul à muris sub opaca ualle reliquit;
 Copia cum facta est adeundi tecta tyranni;
 280 *Velamenta manu prætendens supplice, quis sit,
 Quosq; satus memorat: tantum sua crimina celat:
 Mentiturq; fugæ causam; petit urbe, uel agro
 Se iuuet. hunc contra placido Trachini ore
 Talibus alloquitur: Mediæ quoq; commoda plebi
 285 Nostra patent Peleus; nec inhospita regna tenemus.
 Adhuc huic animo monumenta potentia, clarum
 Nomen, auumq; Iouem: nec tempora perde precando:
 Quod petis omne feres; tuaq; hæc pro parte uocato,
 Quæliacumq; uides; utinam meliora uideres.
 290 Et flebat, moueat quæ tantos causa dolores,
 Peleusq; comitesq; rogant, quibus ille profatur:
 Forsitan hanc uolucrem, raptam quæ uiuit; & omnes
 Terret aues, semper pennas habuisse putatis.
 Vir fuit: & tanta est animi constantia; quantum
 295 Acer erat, belloq; feroc, ad uimq; paratus,
 Nomine Dædalion, illo genitore creatus;
 Qui uocat Anroram; cæloq; nouissimus exit.
 Culta mihi pax est; pacis mihi cura tuenda,
 Coniugiq; fuit: fratri fera bella placebant.
 300 Illius uirtus reges, gentesq; subegit:
 Quæ nunc *Thisbeas agit mutata columbas.
 Nata erat huic Chione: quæ dotatissima forma
 Mille procos habuit, bis septem nubilis annis.
 Fortè reuertentes Phæbus, Maiasq; creatus,
 305 Ille suis Delphis, hic uertice Cyllenæo,
 Videre hanc pariter; pariter traxere calorem.
 Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo:

* uelatus uel ra-
 mis oleo, ut Ora-
 tores apud Virg.
 Aeneid. 11. uel
 uittis, infulis,
 &c. quæ & ipsa
 à supplicibus
 prætendi solent.

Dædalion fa ac-
 cipitrem.

* Thisbe Boeotia
 urbs, cuius por-
 gus & nauale co-
 lumbis plenum
 erat. Stephan.

314. METAMORPH.

Mercurius, & Phoebus vitiant Chionem.

Non fert ille moras, virgâque movente soporem
 Virginis os tangit tactu iacet illa potenti:
 Vimq; Dei patitur. Nox calum sparserat astris: 310
 Phoebus animum simulat; præceptaque gaudia sumit.
 Ut sua maturus complevit tempora venter;
 Alipedis de stirpe Dei versuta propago
 Nascitur Autolytus, furivum ingeniosus ad omne: 315
 Qui facere assuerat patria non degener artis
 Candida de nigris, & de candentibus atra.
 Nascitur è Phœbo (namque est enixa gemellos)
 Carmine vocali clarus, citharâque Philamon.
 Quid peperisse duos, & Dîs placuisse duobus,
 Et forti genitore, & progenitore Tonante 320
 Esse satam prodest? an obest quoque gloria multis?
 Obsuit huic certe: quæ se præferre Diana
 Sustinuit: faciemq; Deæ culpavit. at illi
 Ira ferox mota est: Factisq; placebimus, inquit.
 Chione à Diana necesse est.

Nec mora: curvavit cornu: nervoq; sagittam 325
 Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
 Lingua iacet: nec vox, tentatâque verba sequuntur:
 Conantemq; loqui, cum sanguine vita reliquit.
 Quam miser amplexans ego tunc, patrioque dolorem
 Corde tuli: fratrique pio solatia dixi. 330
 Quæ pater haud aliter, quam cætes murmura ponti
 Accipit: & natam delamentatur ademptam.
 Ut verò ardentem vidit; quater impetus illi
 In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus,
 Concita membra fuga mandat: similisque iuvenco 335
 Spicula Crabronum pressa cervice gerenti,
 Quâ via nulla ruit: iam tum mihi currere visus
 Plus homine est: alasq; pedes sumpsisse putares.
 Effugit ergo omnes: veloxque cupidine leti

Ventis

L.II. XI. 315

340 Vertice Parnasi potitur miseratus Apollo,
 Cum se Dædalion saxo misisset ab alto;
 Fecit auem: & subitis pendentem sustulit alis:
 Orâque adunca dedit: curvos dedit unguibus hamos,
 Virtutem antiquam; maiores corpore vires.

345 Et nunc Accipiter nulli satis æquus, in omnes
 Sævitur aues, alisque dolens sit causa dolendi.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Anetor pastor armentorum, quæ Peleus ad Ceyca perduxerat, indicat à lupo, cui obstiti nequiret, custodem interimi. Qui ut intellexit Phamathes Nereidis Phociæ matris ira id sibi accedere, quod Phocus ea ætate Aeaco genitus à se interisset, & id precibus potius, quam viatione esse sedandum, suppliciter ab ea petit; ne ultra prosequeretur admissum. Quæ aliquando Thetidis sororis mora precibus, ne amplius fera armenta perens mirer, in saxi eam figuram vertit.

Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
 De consorte suo; cursu festinus anhelò,
 Aduolat armenti custos Phocæus Anetor,

350 Et Peleu, Peleu, magna tibi nuntius adsum
 Cladis, ait, quodcumque ferat, iubet edere Peleu:
 Pendet & ipse metu trepidi Trachiniis oris.
 Ille refert: Fessos ad litora curua iuuenos
 Appuleram; medio cum sol altissimus orbe

355 Tantum respiceret, quantum superesse videret:
 Parsq; bouum fuluis genua inclinabat arenis:
 Latarumq; iacens campos spectabat aquarum:
 Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc:
 Nant alij: celsoq; exstant super æquora collo.

360 Tempa mari subsum, nec marmore clara, nec auro;
 Sed trabibus densis, lucisque umbrosa vetusto. ^{adiacent, proxima sunt.}
 Nereides, Nereusq; tenent hos nauita, templi
 Edidit esse Deos; dum reia litore siccant.

Iuncta

Iuncta palus huic est densa obsessa salictis:
 Quam restagnantis fecit maris unda paludem. 365
 Inde fragore graui strepitus loca proxima terret
 Bellua vasta, lupus; siluisq; palustribus exit,
 Oblitus & spumis, & crasso sanguine rictus,
 * Fulmineus, rubra suffusus lumina flamma.
 Qui quamquam seuit pariter rabieq; fameq;
 Acrior est rabie. neque enim ieiunia curat
 Cede boum, diramq; famem finire; sed omne
 Vulnerat armentum; sternitq; hostiliter omnes.
 Pars quoque de nobis funesto saucia morsu,
 Dum defensamus; leto est data sanguine litus. 375
 Vndaq; prima rubet, * demugitq; paludes.
 Sed mora damnosa est; nec res dubitare remittit.
 Dum superest aliquid; cuncti coeamus ad arma:
 Arma capeffamus; coniunctaq; tela feramus.
 Dixerat agrestis; nec Pelea damna mouebant. 380
 Sed memor admissi * Nereida colligit orbam
 Damna suo inferas extincto mittere Phoco.
 Induere arma viros, violentaq; sumere tela
 Rex iubet * Oeteus; cum queis simul ipse parabat
 Ire, sed Halcyone coniux excita tumultu 385
 Profilit; & nondum totos ornata capillos,
 Disiicit hos ipsos; colloq; infusa mariti,
 Mittat ut auxilium sine se, verbisq; precatur;
 Et lacrimis, animasq; duas ut seruet in vna.
 Aeacides illi: Pulchros Regina, piosq; 390
 Pone metus; plena est promissi gratia vestri.
 Non placet arma mihi contra noua monstra moueri.
 Numen adorandum pelagi est. erat ardua turris,
 Arce locus summa, fessis loca grata carinis.
 Adscendant illuc, stratosq; in litore tauros 395

Euphrates:
Fulminis ritu
omnia proster-
nens.

mifero boum
mugitu perpe-
tuo insonantes.

Phamathen Pho-
ci matrem, quae
vna cum aliis
templum inco-
lebat modò di-
ctum.
* Ceyx ab Oeta
monte vicino
Trachin.

Cum

Cum gemitu adspiciunt, vastatoremq; cruento
 Ore ferum, longos infectum sanguine villos.
 Inde manus tendens in aperti litora ponti,
 Ceruleam Peleus Psamathen; ut finiat iram,
 400 Orat; opemq; ferat. nec vocibus illa rogantis
 Flebitur Aeacida. Thetis haec pro coniuge supplex
 Accepit veniam. sed enim irreuocatus ab acri
 Cade, lupus perstat dulcedine sanguinis asper;
 Donec inhaerentem lacera ceruice iuuenca
 405 Marmore mutauit corpus, praeterq; colorem;
 Omnia seruauit: lapidis color indicat illum.
 Iam non esse lupum; iam non debere timeri.
 Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
 Fata sinunt; Magnetis adit vagus exsul, & illis
 410 Sumit ab Haemonio purgamina caedis Acasto.

Lupus in lapide

F A I. X. A R G V M E N T V M.

Ceyx Luciferi filius prodigiis agitur Miletum ad oraculum
 Apollinis, quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infestabat;
 contendit coniugis Halcyonae Aeoli filiae tardanti profectio-
 nis ob desiderium, affirmavit intra alterum mensem se reuersurum.
 Quod ut non posset praestare, naufragio vitam amisit. cuius ad-
 uentum cum illa desideraret non respondente tempore destina-
 to, & in dies grauissimo luctu afficeretur; misericordia Iunonis,
 quam suis precibus fatigabat, per quietem Somnus Deus filium
 dictum Morphea, imitatore figurarum humanarum, Trachinam
 ad Halcyonem dimisit: quae per eum coniugem comperit interiis-
 se. Excusso ergo sopore, lumen inferri iussit. Nouissimè ad litus
 decurrit, ubi illum dimiserat. Et ut naufragi exanime corpus flu-
 tuare proximo litore perspexit, in figuram volucris Aeoli cessit
 quae ab eius nomine vocatur, in eandem speciem corpus Ceycis
 est versum. Haec volucres hiberno tempore per septem dies in ma-
 re nidum ponunt, pullosque, qui casus suorum maiorum deple-
 rent, in litore exponunt.

Interea fratrisq; sui, fratremq; secutis
 Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx,
 Consulat ut sacras hominum oblectamina sortes;

Ceyx ite confu-
tum Apollineae

Ad

318 METAMORPH.

Ad Clarium parat ire Deum. nam templa profanus
 Inuia cum Phlegysis faciebat Delphica Phorbas. 415
 Consilij tamen ante sui fidißima certam
 Te facit Halcyone: cui protinus intima frigus
 Ossa receperunt; buxoque simillimus ora
 Pallor obit: lacrimisq; genæ maduere profusis.
 Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit: 420
 Singultuq; pias interrumpente querelas,
 Quæ mea culpa tuam, dixit, carißime mentem
 Vertit? ubi est, quæ cura mei prior esse solebat?
 Iam potes Halcyone securus abesse relicta?
 Iam via longa placet? iam sum tibi carior absens? 425
 Ac puto per terras iter est? tantumque dolebo,
 Non etiam metuam? curæq; timore carebunt?
 Aequora me terrent, & ponti tristis imago:
 Et laceras nuper tabulas in litore vidi.
 Et sæpe in tumultis sine corpore nomina legi. 430
 Neue tuum fallax animum fiducia tangat;
 Quod soeræ Hippotades tibi sit; qui carcere sortes
 Contineat ventos; & cum velit, æquora placet.
 Cum semel emi si tenuerunt æquora venti;
 Nil illis vetitum est: *incommendatæque tellus 435
 Omnis, & omne fretum est: celi quoque nubila vexant:
 Excutiunt que feris rutilos concursibus ignes.
 Quo magis hos noui, (nam noui: & sæpe paterna
 Parua domo vidi) magis hos reor esse timendos.
 Quod tua si flecti precibus sententia nullis 440
 Care potest coniux; nimiumq; es certus eundi;
 Me quoque tolle simul. certe iactabimur unâ:
 Nec, nisi que patiar, metuam: pariterque feremus
 Quicquid erit: pariter super æquora lata feremur.
 Talibus Aeolidis dictis, lacrimisq; mouetur 445
 Siderews

* Aeolus Hippo-
 tez filius, Hal-
 cyones pater.
 * non est ipsis
 curæ, sed per-
 uakatur.

LIB. XI. 319

Siderews coniux: neque enim minor ignis, in ipso est.
 Sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
 Nec vult Halcyonen in partem adhibere pericli:
 Multaque respondit timidum solantia pectus.
 450 Non tamen accirco causam, probat, addidit illis
 Hoc quoque lenimen, quo solo flexit, amantem:
 Longa quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
 Per patrios ignes. (si me modo fata remittant)
 Antè reuersurum, quam Luna bis impleat orbem.
 455 His ubi promissis spes est adnota recursus;
 Protinus eductam naualibus æquore tingi,
 Aptariq; suis primum iubet armamentis.
 Qua rursus visa, veluti præfaga futuri
 Horruit Halcyone: lacrimasq; emisit obortas:
 460 Amplexusq; dedit: tristiq; miserima tandem
 Ore vale, dixit: collapsaq; corpore toto est.
 At iuuenes, quærente moras Ceyce, reducunt
 Ordibus geminis ad fortia pectora remos:
 Aequalique ictu scindunt freta, sustulit illa
 465 Humentes oculos: stantemq; in puppe recurua,
 Concussaque manu dantem sibi signa maritum
 Prima videt: redditq; notas, ubi terra recessit
 Longius: atque oculi nequeunt cognoscere vultus;
 Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
 470 Hæc quoque ut haud poterat spatium summota videri,
 Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
 Ut nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:
 Sæq; toro ponit: renouat lectusq; locusq;
 Halcyones lacrimas: & quæ pars admonet absit.
 475 Portibus exierant: & mouerat aura rudentes:
 Obuertit lateri pendentes nauita remos.
 Cornuque in summa locat arbore; toraque malo
 Carba-

Ceycis nauiga-
 tio Delphos.

* erat enim bi-
 remis.

Tempestatis de-
scriptio verè
Quidiana.

320 METAMORPH.
 Carbasia deducit; venientesq; excipit auras:
 Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
 Puppe secabatur; longeq; erat utraque tellus: 480
 Cùm mare sub noctem tumidis albescere cæpit
 Fluctibus; & præceps spirare valentius Eurus.
 Ardua iam dudum demittite cornua rector
 Clamat; & antennis totum subnectite velum:
 Hic iubet; impediunt aduersa iussa procellæ: 485
 Nec sinit audiri vocem fragor æquoris ullam.
 Sponte tamen properant, alij subducere remos;
 Pars munire latus; pars ventis vela negare.
 Egerit hic fluctus; æquorq; refundit in æquor.
 Hic rapit antennas, quæ dum sine lege geruntur; 490
 Aspera crescit hiems; omniq; a parte feroces
 Bella gerunt venti; fretaq; indignantia miscent.
 Ipse pauet, nec se, quis sit status, ipse fatetur,
 Scire ratis rector: nec quid iubeátue, vel itue.
 Tanta mali moles, tantoq; potentior arte est. 495
 Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
 Vndarum incurfu grauis vnda, tonitribus æther.
 Fluctibus erigitur, cælumq; æquare videtur
 Pontus; & inductas adspergine tangere nubes.
 Et modo, cum fulvas ex imo vertit arenas; 500
 Concolor est illis; Stygia modo nigrior vnda:
 Sternitur interdum; spumisq; sonantibus albet.
 Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
 Et nunc sublimis veluti de vertice montis
 Despicere in valles, inunq; Acheronta videtur: 505
 Nunc, ubi demissam curuum circumstetit æquor;
 Susplicere inferno summum de gurgite cælum.
 Sæpe dat ingentem fluctu latus iecta fragorem:
 Nec leuius pulsata sonat, quam ferreus olim

LIB. XI. 321
 510 Cùm laceras aries, balistæue concutit arces.
 Utq; solent, sumptis incurfu viribus, ire
 Pectore in arma feri, protentaq; tela leones;
 Sic ubi se ventis commiserat vnda coortis;
 Ibat in arma ratis; multoq; erat altior illis.
 515 Tàmque labant cunei; spoliataq; tegmine cere
 Rima patet; præbetq; viam letalibus vndis.
 Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres:
 Inq; fretum credas totum descendere cælum:
 Inque plagas cæli tumefactum adscendere pontum.
 520 Vela madent nimbis; & cum cælestibus vndis
 Aequoreæ miscentur aquæ: caret ignibus æther:
 Cæcæq; nox premitur tenebris hyemisq; suisq;
 Discutiunt tamen has, præbentq; micantia lumen
 Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus vnda.
 525 Dat quoque iam saltus intra caua texta carinæ
 Fluctus. & ut miles numero præstantior omni
 Cùm sæpe a silij defensione mœnibus urbis;
 Spe potitur tandem; laudisq; accensus amore
 Inter mille viros, murum tamen occupat vnus:
 530 Sic ubi pulsarunt cæsti latera ardua fluctus;
 Vastus insurgens decimæ ruit impetus vnda:
 Nec prius absistit fessam oppugnare carinam;
 Quam velut in captæ descendat mœnia navis.
 Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum:
 535 Pars maris intus erat. trepidant haud segnus omnes;
 Quam solet urbs, alijs murum fodientibus extra,
 Atque alijs murum, trepidare, tenentibus intus.
 Descit ars; animiq; cadunt: totidemq; videntur,
 Quot veniunt fluctus; ruere, atque irrumperè mortes.
 540 Non tenet hic lacrimas; stupet hic: vocat ille & beatos,
 Funera quos maneant: hic votis numen adorat:
 Brachiaq;

*instrumenta
 navis & arma-
 menta.
 *ne intellige cla-
 uos ligneos: r-
 reis enim olim
 nunc ferreis pan-
 gunt naues: sed
 subleues, qui-
 bus tum tabulas
 nauium inter-
 mittebant:
 quarum ea est
 figura, quasi cū
 duce cuneos
 obtusi mucronis
 inter se compo-
 nas. Scalig.

Decumanus
 fluctus.

*fruituros ho-
 nore exsequarū

Quin

X

Brachiaq; ad cælum, quod non videt, irrita tollens.
 Poscit opem: subeunt illi fraterq; paretq;
 Huic cum pignoribus domus, & quod cuiq; relictum est.
 Halcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore § 45
 Nulla nisi Halcyone est: & cum desideret vnā;
 Gaudet abesse tamen: patria quoque vellet ad oras
 Respicere, inque domum supremos vertere vultus.
 Verum ubi sit nescit, tanta verigine pontus
 Feruet: & inducta piceis è nubibus umbra § 50
 Omne latet cælum: duplicataq; noctis imago est.
 Frangitur incurso nimbo si turbinis arbor:
 Frangitur & regimen: spolijsq; animosa superbit
 Vnda, velut victrix: sinuataq; despicit undas.
 Nec leuius, quam si quis Athon, Pindumq; reuulsos § 55
 Sede sua totos in apertum euertet equos;
 Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,
 Mergit in ima ratem: cum qua pars magna virorum
 Gurgite pressa graui, neque in aëra reddita, fato § 60
 Functa suo est. alij partes, & membra carinae
 Trunca tenent. tenet ipse manu, qua sceptrâ solebat,
 Fragmina nauigij Ceyx: & socerumq; patremq;
 Inuocat (heu) frustra: sed plurima nantis in ore
 Halcyone coniux: illam meminitq; refertq;
 Illius ante oculos, ut agant sua corpora fluctus; § 65
 Optat; & exanimis manibus tumuletur amicis.
 Dum natat; absentem, quoties sinit hiscere fluctus;
 Nominat Halcyonen: ipsiq; immurmurat undis.
 Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
 Frangitur: & rupta mer sum caput obruit vnda. § 70
 Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,
 Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cælo
 Non licuit; densis texit sua nubibus ora.

Nafragium Ceycis.

• Aeolum, & Luciferum.

• atra nubes a- quosissima.

Aeolia

Aeolis interea tantorum ignara malorum
 § 75 Dinumerat noctes: & iam, quas induat ille,
 Festinat vestes: iam quas, ubi venerit ille,
 Ipsa gerat: reditusq; sibi promittit inanes.
 Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat:
 Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat:
 § 80 Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
 Utq; foret sospes coniux suus; utq; rediret;
 Optabat; nullamque sibi præferret. at illi
 Hoc de tot votis poterat contingere solum.
 At Dea non ultra pro functo morte rogari
 § 85 Sustinet; utque manus & funestas arceat aris;
 Iri meæ, dixit, fidijsima nuntia vocis,
 Vise soporiferam Somni velociter aulam:
 Exstinctiq; iube Ceycis imagine mittat
 Somnia ad Halcyonen veros narrantia casus.
 § 90 Dixerat, induitur velamina mille colorum
 Iris, & arcuato cælum curuamine signans.
 Tecta petit iussu sub nube latentia regis.
 Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
 Mons cauus, ignavi domus & penetrabilia Somni:
 § 95 Quo numquam radijs oriens, medijsue, cadensue
 Phæbus adire potest: nebulae caligine mista
 Exhalantur humo: dubiaq; crepuscula lucis.
 Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
 Euocat auroam: nec voce silentia rumpunt
 § 100 Sollicitue canes, cambusue sagacior anser.
 Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
 Humanæque sonum reddunt conuicia lingua.
 Muta quies habitat saxo tamen exit ab imo
 Riuis aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
 § 105 Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.

Halcyones vota pro Ceyce.

*vt nullam sibi præferret. ideoq; finxit poeta ipsius nomen etiã natanti fuisse in ore, vers. 568. *funere marit pollutas.

Iris.

Somni, eiusque regis descriptio.

X 2

Anta.

Ante fores antri secunda papauera florent,
 Innumeraq; herba: quarum de lacte soporem
 Nox legit; & spargit per opacas humida terras.
 Ianua ne verso stridorem cardine reddat;
 Nulla domo tota est: custos in limine nullus. 610
 At medio torus est hebeno sublimis in antro
 Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus:
 Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
 Hunc circa passim varias imitantia formas
 Somnia vana iacent, totidem quot menses aristas, 615
 Silua gerit frondes, eiectas litus arenas.
 Quo simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
 Somnia dimouit; vestis fulgore reluxit
 Sacra domus: tarda q; Deus grauitate iacentes
 Vix oculos tollens, iterumq; iterumq; relabens, 620
 Summaq; percutiens nutanti pectora mento,
 Excussit tandem sibi se; cubitoq; leuatus
 Quid veniat (cognouit enim) scitatur, at illa:
 Somne quies rerum, placidissime Somne Deorum,
 Pax animi, quem cura fugit; qui corpora duris 625
 Fessa ministerijs mulces, reparasq; labori:
 Somnia, quae veras equant imitamine formas;
 *Herculeam Trachina iube, sub imagine regis,
 Halcyonen adeant; simulacraq; naufraga fingant.
 Imperat hoc Iuno, postquam mandata peregit 630
 Iris; abit: neque enim ulterius tolerare soporis
 Vim poterat; labiq; ut somnum sensit in artus;
 Effugit; & remeat, per quos modo venerat arcus;
 *At pater e populo natorum mille suorum
 Excitat artificem, simulatoremq; figura 635
 Morphea, non illo iussos solertius alter
 Exprimit incessus, vultumq; sonumq; loquendi.
 Adicit

Expergiteatis habitus.

*ab Hercule sub Oeta monte edificatam.
 *Ex somni filiis tres nominat, Morphea, dictu a forma, quam simulabat: Icelo, id est, similem, quod se omnibus adsimilet, qui & Phobeter, id est, terrefactor: & Phantasor, id est, imaginatorem.

Adicit & vestes, & consuetissima cuique
 Verba: sed hic solos homines imitatur, at alter
 640 Fit fera: fit volucris: fit longo corpore serpens.
 Hunc Icelon superi, mortale Phobetera vulgus
 Nominat. est etiam diuersa tertius artis
 Phantasos: ille in humum, saxumq; vndamq; trabemq;
 Quaeq; vacant anima fallaciter omnia transit.
 645 Regibus hi, ducibusq; suos ostendere vultus
 Nocte solent: populos alij, plebemq; pererrant.
 Praeterit hos senior: cunctisq; e fratribus vnum
 Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
 Eligat. & rursus molli languore solutus,
 650 Deposuitq; caput: stratoq; recondidit alto.
 Ille volat, nullos strepitus facientibus alis
 Per tenebras: intraq; mora breue tempus in orbem
 Peruenit *Hemomiam: positusq; e corpore pennis
 In faciem Ceycis abit, sumptaq; figura *Theflam, n. epe Trachina.
 655 Luridus, exanimi similis, sine vestibus vllis
 Coniugis ante torum misera stetit: vda videtur
 Barba viri; madidisq; grauis fluere vnda capillis.
 Tum lecto incumbens fletu super ora profuso
 Hac ait: Agnoscis Ceyca miserima coniux?
 660 An mea mutata est facies: nece? respice, nosces:
 Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
 Nil opis Halcyone nobis tua vota tulerunt.
 Occidimus: falso tibi me promittere noli.
 Nubilus Aegeo deprendit in equore nauem
 665 Auster: & ingenti iactatam flamine soluit:
 Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
 Implerunt fluctus: non haec tibi nuntiat auctor
 Ambiguus: non ista vagis rumoribus audis.
 Ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.
 X 3 Surge

*Theflam, n. epe Trachina.

Ceyx Halcyone adparet in somnis.

326 METAMORPH. 670
 Surge age: da lacrimas: lugubriaq; indue: nec me
 Indeploratum sub inania tartara mitte.
 Adhuc his vocem Morpheus: quam coniugis illi
 Crederet esse sui: fletus quoque fundere ceros.
 Visus erat: gestumq; manas Ceycis habebat.
 Ingemit: Halcyone: lacrimas mouet: atque lacertos 675
 Per somnum: corpusq; petens amplectitur: auras:
 Exclamatq; Mane, quo te rapis? ibimus vna.
 Voce sua, specieq; viri turbata, soporem
 Excudit: & primo: si sit circumspicit illic,
 Qui modo visus erat: (nam moti voce ministri 680
 Intulerant lumen) postquam non inuenit vsquam;
 Percutit ora manu: lamiatq; a pectore vestes:
 Pectoraq; ipsa ferit: nec crines soluere curat:
 Scindit: & altrici que luctus causa roganti,
 Nulla est Halcyone, nulla est: ait: occidit vna 685
 Cum Ceyce suo: solantia tollite verba.
 Naufragus interit: vidi, agnouiq; manusq;
 Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
 Umbra fuit: sed & umbra tamen manifesta, viriq;
 Vera mei: non ille quidem, si quæris, habebat 690
 Assuetos vultus: nec quo prius ore nitebat.
 Pallentem nudumq; & adhuc humente capillo
 Infelix vidi: stetit hoc miserabilis, ipso
 Ecce loco: & querit vestigia si qua supersint.
 Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam; 695
 Et ne me fugiens ventos sequerere, rogabam.
 At certe vellem, quoniam periturus abibas;
 Me quoque duxisse, fuit ah, fuit vtile, tecum
 Ire mihi: neque enim de vita tempore quidquam
 Non simul egissem: nec mors discreta fuisset. 700
 Nunc absens perij: iactor quoque fluctibus absens:

Et

LIB. XI. 327
 Et sine me te, pontus habet: crudelior ipso
 Sit mihi mens pelago; si vitam ducere nitar
 Longius; & tanto pugnem superesse dolori.
 705 Sed neque pugnabo: nec te miserande relinquam:
 Et tibi nunc saltem veniam comes: inq; sepulcro
 Si non vna, tamen iunget nos littera, si non
 Osibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
 Plura dolor prohibet: verboq; interuenit omni
 710 Plangor: & attonito gemitus a corde trahuntur.
 Mane erat: egreditur tectis ad litus: & illum
 Mæsta locum repetit; de quo spectarat euntem.
 Dumq; moratur ibi; dumq;, Hinc retinacula soluit,
 Hoc mihi discedens dedit oscula litore, dixit,
 715 Dumq; notata oculis reminiscitur acta; fretumq;
 Prospicit; in liquida spatio distante tuetur
 Nescio quid quasi corpus, aqua: primoq; quid illud
 Effet, erat dubium. postquam paulum appulit vnda;
 Et, quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat;
 720 Quis foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est:
 Et tamquam ignoto lacrimas daret, Heu miser, inquit,
 Quisquis es, & si qua est coniux tibi, fluctibus actum
 Fit propius corpus, quod quo magis illa tuetur;
 Hoc minus, & minus est mentis, iam iamq; propinqua
 725 Admotum terræ, iam quod cognoscere posset,
 Cernit: erat coniux. Ille est, exclamat, & vna
 Ora, comas, vestem lacerat: tendensq; trementes
 Ad Ceycæ manus: Sic ô carissime coniux,
 Sic ad me miserande redis? ait, adiacet vndis
 730 Facta manu moles: que primas æquoris vndas
 Frangit: & incurfus que prædelassat aquarum.
 Insiliit huc: mirumq; fuit potuisse, volabat:
 Percutiensq; leuem modo natis æra pennis,

Et X 4 Strin-

Ceyx & Halcyone in Halcedines.

Stringebat summās ales miserabilis undas.
 Dumq; volat; masto similem, plenumq; querelæ 73
 Ora dedere sonum tenui crepitantia rostro.
 Vt verò tetigit mutum, & sine sanguine corpus;
 Dilectos artus amplexa recentibus alis,
 Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.
 Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus unda 740
 Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille
 Senserat: & tandem superis miserantibus, ambo
 Alite mutantur: satis obnoxius isdem
 Tunc quoque mansit amor, nec coniugale solutum est
 Fœdus in alitibus: coeunt: fiuntq; parentes: 745
 Perq; dies placidos hiberno tempore septem
 Incubat Halcyone pendentibus aquare nidis.
 Tum via tuta maris: ventos custodit, & arcet
 Aeolus egressu: præstatque nepotibus æquor.

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Aefacus natus Priami, & Alyxothoës, Cebreni amnis filia, sub monte Ida furtim editus, vrbānum apparatus, consultumq; cūat filius, & labori postposuisset, incidit in conspectū Hesperies nymphæ: cuius captus pulchritudine, dum fugientem persequitur, caussa interemptus eius extitit. confusa enim timore, per ignorantiam serpentem calce presit: cuius morsu stricā concidit. Eius desiderio Aefacus, ne diutius dolorem sentiret, è monte in subiectum pelagus se præcipitavit: qui priusquam mergeretur, in aem celsit. hæc æquora amat, nomenque mergi tenet, quia amæ mergitur illo.

Hos aliquis senior circum freta lata volantes 750
 Spectat: & ad finem servatos laudat amores.
 Proximus, aut idem, si fors tulit, hic quoque dixit,
 Quem mare carpentem, substrictaq; crura gerentem
 Adspicis, ostendens spatiosum in guttura Mergum,
 Regia progenies, & si descendere ad ipsum 755

Ordi-

Ordine perpetuo quaris, sunt huius origo
 Ilus, & Assaracus, raptusq; Ioui Ganymedes,
 Laomedonq; senex, Priamusq; nouissima Troiæ
 Tempora sortitus: frater fuit Hectoris iste:
 760 Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta;
 Forsitan inferius non Hectore nomen haberet:
 Quamuis est illum *proles enixa Dymantis.
 Aefacon umbrosa furtim peperisse sub Ida
 Fertur. Alixirhoe gracili conata bicorni.
 765 Oderat hic vrbes: nitidaq; remotus ab aula
 Secretos montes, & inambitiosa colebat
 Rura: nec Iliacos cœtus, nisi rarus adibat.
 Non agreste tamen, nec inexpugnabile amori
 Pectus habens, siluas captatam sæpe per omnes
 770 Adspicit Hesperien patria Cebrenida ripa.
 Iniectos humeris siccantem sole capillos.
 Visa fugit Nymphæ, veluti perterrita fuluum
 Cerva lupum, longeq; lacu deprensa relicto
 Accipitrem fluuiialis anas, quam Troius heros
 775 Insequitur: celeremq; metu, celer urget amore.
 Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
 Dente pedem strinxit: virusq; in corpore liquit.
 Cum vitæ suppressa fuga est, amplectitur amens
 Exanimem; clamatq; Piget, piget esse secutum:
 780 Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
 Perdidimus miseram nos te duo. vulnus ab angue,
 A me caussa data est. ego sum sceleratior illo:
 Qui tibi morte mea mortis solatia mittam.
 Dixit: & e scopulo, quem rauca subederat unda;
 785 Decidit in pontum. Tethys miserata cadentem
 Molliter excepit: nantemq; per æquora pennis
 Texit: & optata non est data copia mortis.

Aefacus Priami
F. Hesperis vitium
inferre conatur.

*Hecuba. Hom.
Iliad. 7.
*nixa & hærens
sive furcæ, sive
alij instrumento
rurico bicornis.

X 5

Indi-

Indignatur amans inuitum viuere cogi;
Obstariq; anima misera de sede volenti

Aesacus in mer-
gum.

Exire: utque nouas humeris assumpserat alas,
Subuolat: atque iterum corpus super aquora mittit.
Pluma leuat casus: furit Aesacus: inque profundum
Pronus abit. letiq; viam sine fine retentat.

790

Fecit amor maciem: longa internodia crurum:

Longa manet ceruix: caput est. a corpore longè.

795

Aequor amat: nomenq; manet, quia mergitur illo.

P. OVI-

FAB. I. ET II. ARGUMENTVM.

Agamemnon Atræi & Europes filius, dux Achiuorum, cum
in Aulide Ioui sacra ministraret, conspexit Draconem in arbore,
quæ impendebat aræ: lapsum ad nidum volucris: cuius octo pul-
lis consumptis ab eodem serpente, nouissimè circumuolantem
matrè deuorauit: deinde conuersus in saxum est. Quorum pro-
digio Calchas Thestoris filius augur respondit, per nouem annos
in Troade dimicatos: decimo autè Illo eos potituros. Fertur
autem portus Bœotiz hic esse, ubi mille naues aduersis tempe-
statibus sterissent. Morantibus enim Achiuis, responderetur à Cal-
chante, non ante classes posse moueri, quam Iphigeniâ pater im-
molasset. Quæ cum pro re communi ad aram esset applicata: in-
ter sacrificium obductis nubibus à Diana rapta est, in finesque
Tauricos translata, & pro ea supposita cerua.

Nescius assumptis Priamus pater Aesacon alis
Viuere, lugebat: tumulo: quoq; * nomen habenti

Serpens in saxu

* non etiam cor-
pus. erat ergo
cenotaphium.

Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

Defuit officio Paridis: præsentia tristi:

5 Post modo qui rapta longum cum coniuge bellum

Attulit in patriam, coniuratæq; sequuntur

Mille rates, gentisq; simul * commune Pelasgæ.

Nec dilata foret vindicta; nisi æquora seu

Inuia fecissent venti; Bœotiaq; tellus

10 Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

Hic patrio de more Ioui cum sacra parassent;

Vt vetus accensis incanduit ignibus ara;

Serpere ceruleum Danaï videre draconem

In platanum: ceptis quæ stabat proxima sacris.

15 Nidus erat volucrum bis quattuor arbore summa:

Quas simul, & matrè circum * sua damna volantem

Corripuit serpens: auidaq; recondidit aluo.

* sua pignora,
quorum deuora-
tionem maxime
sibi damno du-
cebato

Obstu-

332 METAMORPH.

Obstupere omnes. at veri prouidus augur
 Thestorides, Vincemus, ait: gaudete Pelasgi.
 Troia cadet; sed erit nostri mora longa laboris. 20
 Atque nouem volucres in belli digerit annos.
 Ille ut erat virides amplexus in arbore ramos;
 Fit lapis: & seruat serpentis imagine saxum.
 Permanet Aonijs * Nereus violentus in vnijs:
 Fab. ij. Cerua pro Iphi-
 genia supposita.
 * inuia faciens
 Græcorū clasi
 æquora.
 * ob occisam ab
 Agamemnone
 imprudenter
 Dianæ ceruam.
 * officium regis
 patris pietatem.
 * Iphigeniam
 Mycenzam.
 Famæ domus
 descriptio.

Bellaq; non transfert: & sunt qui parcere Troia
 Neptunum credant; quia mœnia fecerat orbis.
 At non Thestorides: neque enim nescitue, tacetue
 Sanguine virgineo placandam virginis iram
 Esse Deæ: postquam pietatem publica caussa,
 * Rexq; patrem vicit; castumq; duram cruorem 30
 Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;
 Victa Dea est: nubemq; oculis obiecit: & inter
 Officium, turbamq; sacri, vocesq; precantum,
 Supposita fertur mutasse * Mycenida cerua.
 Ergo vbi, qua decuit, lenita est cæde Diana; 35
 Et pariter Phœbes, pariter maris ira recessit;
 Accipiunt ventos à tergo mille carinæ:
 Multaq; perpeffa Phrygia potiuntur arena.
 Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;
 Celestesq; plagas, triplicis confinia mundi: 40
 Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
 Inspicitur: penetratq; cauas vox omnis ad aures.
 Fama tenet, summamq; domum sibi legit in arce:
 Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
 Addidit. & nullis inclusit limina portis. 45
 Nocte, dieq; patet: tota est ex ere sonanti:
 Tota fremit: vocesq; refert: iteratq; quod audit.
 Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
 Nec tamen est clamor, sed parua murmura vocis:
 Qualia

LIB. XII. 333

30 Qualia de pelagi (si quis procul audiat) vndis
 Esse solent: qualemue sonum, cum Iupiter atras
 * Increpuit nubes, extrema tonitrua, reddunt. * proprie & enet
 Atria turba tenet: veniunt leue vulgus; euntq;
 Mistaq; cum veris passim commenta vagantur
 55 Millia rumorum: confusaque verba volulant.
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
 Hi narrata ferunt alio: mensuræque ficti
 Crescit: & auditis aliquid nouus adijcit auctor.
 Illic Credulitas, illic temerarius Error,
 60 Vanaq; Latitia est, consternatiq; Timores,
 Seditioque recens, dubioq; auctore Susurri.
 Ipsa quid in celo rerum, pelagóque geratur
 Et tellure videt: totumq; inquit * in orbem. * sic lib. 1, 148.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Cum fama per orbem Graiorum aduentus ad expugnandum
 Ilium isset; & in Troade classes apparuissent: primus in congressu
 bellantium Protefilaus Iphicli filius ab Hectore est interemptus.
 Dehinc nouissimè Cycnus Neptuni filius, qui nullo telo interi-
 mi poterat, ab Achille occisus est. cum enim diu in certamine
 Victoriz contentio esset, & frustra in eum tela eminus Achilles
 iaceret, Menete Lycio prius interempto, strido ense persequens,
 præcipitatum supra saxum eliso gutture presit. Qui priusquam
 spoliaretur armis ab eo, Neptunus eius parens in volucrem eius-
 dem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.

Fecerat hæc notum Graias cum milite forti
 65 Aduentare rates: neque inexpectatus in armis
 Hostis adest: prohibentiq; aditus, litusq; timentur
 Troës: & Hectorea primus * fataliter hasta
 * vti nomen ipsi
 Protefilæ cadis: commissaq; prælia magno
 indicum & ora-
 Stant Danais; fortesq; anima, neque cognitus Hektor.
 culum testaban-
 70 Nec Phryges, exiguo quid Achaica dextera possit
 Sanguine senserunt: & iam Sigæa rubebant
 tur.

Litera:

Litora iam leto proles Neptunia Cygnus
Mille viros dederat: iam curru stabat Achilles:

* ex Pelio monte excisa.
Cygni & Achil-
lis certamen,
* quorum colla iugū premebat.

Totaque Peliaca sternebat cuspidis ictu
Agmina: perq; acies aut Cygnum, aut Hectora querens, 75
Congreditur Cygno: decimum dilatus in annum

Hector erat: tum colla iugo canentia * pressos
Exhortatus equos, currum direxit in hostem:

Concutiensq; suis vibrantia tela lacertis,
Quisquis es, o iuuenis, dixit, solamen habeto 80
Mortis: ab Hamonio quod sis iugulatus Achille.

Hactenus Aeacides, vocem grauis hasta secuta est.
Sed quamquam certa nullus fuit error in hasta;

Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu; 85
Nate Dea (nam te fama prenouimus) inquit

Ille, quid a nobis vulnus miraris abesse?
(Mirabatur enim) non haec, quam cernis equinis
Fulua iubis, caesis, nec onus caua parma sinistra

Auxilio mihi sunt: decor est quaesitus ab istis. 90
Mars quoq; ob hoc capere arma solet: remouebitur omne
Tegminis officium; tamen indistrictus abibo.

* vt Achilles
Theide Nerine:
* Neptuno

Est aliquid, non esse satum * Nereide sed * qui
Nereaq; & natus, & totum temperat aquor.

Dixit: & haesurum clypei curuamine telum 95
Misit in Aeaciden: quod & as, & proxima rupit
Terga nouena bouum: decimo tamen * orbe moratum est.

* tergore

Excipit hoc heros: rursusq; trementia forti
Tela manu torfit: rursus sine vulnere corpus,

Sincerumq; fuit, nec tertia cuspis apertum, 100
Et se praebentem valuit distingere Cygnum.
Haud secus exarsit; quam circo taurus aperto,
Cum sua terribili petit irritamina cornu.

Phos

Phoeniceas vestes, elusaq; vulnera sentit.

105 Num tamen exciderit ferrum considerat hasta.

Haerebat ligno. Manus est mea debilis ergo:

Quasq; ait, ante habuit vires effudit in vno.

Nam certe valuit; vel cum * Lyrnesia primum

Moenia deiecti; vel cum Tenedonq;, suoq;

110 * Eetionias impleui sanguine Thebas:

Vel cum purpureus populari caede Caycus

Fluxit; opusq; mea bis sensit Telephus hasta.

Hic quoque tot caesis, quorum per litus acervos

Et feci, & video, valuit mea dextra, valetq;

115 Dixit: & ante actis veluti male crederet; hastam

Misit in aduersum Lycia de plebe Meneren:

Loricamq; simul, subiectaq; pectora rupit.

Quo plangente grauem moribundo pectore terram,

Extrahit illud idem calido de vulnere telum:

120 Atq; ait: haec manus est, haec, qua modo vicimus, hasta:

Vtar in hoc isdem: sit in hoc precor exitus idem.

Sic fatur, Cygnumq; petit: nec fraxinus errat:

Inq; humero sonuit non euitata sinistro.

Inde velut muro, solidaq; a caute, repulsa est.

125 Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cygnum

Viderat: & frustra fuerat gavisus Achilles:

Vulnus erat nullum: sanguis fuit ille Meneta.

Tum vero praecipit curru fremebundus ab alto

Desilit: & nitido securum comminus hostem

130 Ense petens, parmam gladio, galeamq; caudari

Cemit: & in duro * ledi quoque corpore ferrum

Haud tulit ulterius: gladioq; aduersa reducto

Ter quater ora viri, capulo caui tempora pulsat:

Cedentemq; sequens instat: turbatq;, ruitq;

135 Attonitq;, negat requiem, pauor occupat illum:

* vnde Briseida:
rapuit.

* Cilicias, sic di-
ctas ab Eetione:
Andromaches
patre Hom. Ili.
& rapuit
ibi Chryseida.

Cygnus inuul-
nerabilis ab
Achille strangu-
latur.

* retundi.

Anie

Ante oculosque natant tenebrae: retroque ferenti
 Auersos passus, medio lapis obstitit aruo.
 Quem super impulsus resupino corpore Cygnum
 Vi multa vertit, terraque affixit Achilles.
 Tum clypeo, genibusque premens praecordia duris, 140
 Vincla trahit galeae: quae presso subdita mento
 Elidunt fauces: & respiramen, iterque
 Eripiunt animae. victum spoliare parabat.
 Arma relicta videt: corpus Deus aequoris albam
 *Contulit in volucrem; cuius modo nomen habebat. 145

Cygnus occum-
bens mutatur in
aueam.

*conuertit. sic
lib. 4. v. 278.

FAB. IIII. ET V. ARGUMENTVM.

Superato autem Cygno, inter epulas Achilles, ceterique; Achil-
 ni admiratur corporis durtiem, quod toties hasta a corpore e-
 ius esset repulsa: quae admiratio a Nestore sene doctissimo specio-
 siore exemplo instruitur. Retulit enim sua aetate Czinio Elaei
 filiam fuisse, quae propter pulchritudinem a Neptuno compressa
 sit, data venia ob iniuriam vt in virum mutata nullo telo inter-
 fici posset. Hic cum Pirithoi Ixionis filij nuptiis interesset, ducta
 Hippodamia, & Eurytus inter Centauros vino incitatus in nu-
 ptiam nouam impetum fecisset, ceteri profluere Lapithae, atque
 Centauri nuptias frequentantes. Ideoque cum maxima caedes ef-
 fet exorta: plurimique ex vtraque parte ob raptum matronarum
 concidissent, inuolabilis iste restabat. Ab vniuersis, qui ex caede
 reliqui fuerunt, nouissimè impetu facto, congestisque in eum ar-
 borum truncis, spiritum reddere coactus est. Tamen illius non
 immemor deus Neptunus, a quo speciosum munus acceperat,
 eum in volucrem transfigurauit.

Hic labor, haec requiem multorum pugna dierum
 Attulit: & positis pars vtraque substitit armis.
 Dumque vigil Phrygios seruat custodia muros;
 Et vigil Argolicas seruat custodia fossas;
 Festa dies aderat: qua Cygni victor Achilles 150
 Pallada maectat & placabat sanguine vacca.
 Cuius vt imposuit profecta calenti bus aris;
 Et Dijs acceptus penetravit in aethera nidus.

*extra, quae in fa-
cris Dijs profe-
cabant, hoc est,
seorsim & pri-
mitus resecta
adolebant.

Sacra

Sacra tulere suam, pars est data cetera mensis.
 155 Discubere toris proceres: & corpora iosta
 Carne replent: vinoque leuant curasque, sitimque.
 Non illos citharae, non illos carmina vocum,
 Longaque multifori delectat tibia buxi:
 Sed noctem sermone trahunt: virtusque loquendi
 160 Materia est: pugnas referunt hostisque suasque.
 Inque vices, adita, atque exhausta pericula saepe
 Commemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?
 Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
 Proxima praecipue domito victoria Cygno
 165 In sermone fuit: visum mirabile cunctis;
 Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
 Inuictumque a vulnere erat: ferrumque terebat.
 Hoc ipse Aeacides, hoc mirabantur Achilli:
 Cum sic Nestor ait: Vestro fuit vnicus aeuo
 170 Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu
 Cygnus: at ipse olim patientem vulnera mille
 Corpore non laeso Perrehabum Ceneae vidi:
 Ceneae Perrehabum; qui factis inclytus, Othryn
 Incoluit: quoque id mirum magis esset in illo;
 175 Femina natus erat. monstri nouitate mouentur,
 Quisquis adest: narretque rogant: quos inter Achilles
 Dic age (nam cunctis eadem est audire voluntas)
 O facunde senex cui prudentia nostri,
 Quis fuerit Ceneus; cur in contraria versus;
 180 Qua tibi militia, cuius certamine pugna
 Cognitus; a quo sit victus, si victus ab illo est.
 Tum senior: Quamuis obstet mihi tarda vetustas;
 Multaque me fugiant primis spectata sub annis;
 Plura tamen memini: nec quae magis hareat, vlla
 185 Pectore res nostro est, inter bellique, domusque

* Elix enim
herois non ve-
icebantur.

* Ix debet, retun-
debat. vers. 1. 3. 1.

ATA

Nestoris xtas. Acta tot: ac si quem potuit spatiosa senectus
 Spectatorem operum multorum reddere, vixi
 Annos bis centum: nunc tertia vivitur aetas.
 Clara decore fuit proles Elateia Canis.
 Thessalidum virgo pulcherrima, perq; propinquas, 190
 Perque tuas urbes (tibi enim popularis Achille)
 Multorum frustra votis optata procorum.
 Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos:
 Sed iam aut contigerant illi: connubia matris,
 Aut fuerant promissa tue, nec Canis in illos 195
 Denupsit thalamos: secretaque litora carpens
 Aequorei vim passa Dei est: ita fama ferebat.
 Ut que noue Veneris Neptunus gaudia cepit;
 Sint tua vota licet, dixit, secura repulse:
 Elige quid voueas: eadem quoque fama ferebat. 200
 Magnum, Canis ait, facit hac iniuria votum,
 Tale pati iam posse nihil: cae femina ne sim:
 Omnia praestiteris, grauiore nouissima dixit
 Verba sono: poteratque vim vox illa videri;
 Sicut erat nam iam voto Deus equoris alti 205
 Annuerat: dederatque super; ne saucius ullis
 Vulneribus fieri, ferroque occumbere posset.
 Munere letus abit: studysq; virilibus auum
 Exigit Atracides, Peneiaque arua pererrat.
 Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus: 210
 Nubigenasq; feros, positus ex ordine mensis,
 Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
 Hemonij proceres aderant: aderamus & ipsi:
 Festaque confusa resonabat regia turba.
 Ecce canunt Hymenaeon: & ignibus atria fumant: 215
 Cinetaeque adest virgo matrum, iurumq; caterua,
 Praesignis facie, felicem diximus illa

Canis à Neptuno compressa, optat mutari in virum.

Canis in virum ferro inuiolabilem.

à patria Canis, Atraco Thessalica urbe. Pirithoi nuptiae.

Con-

Coninge Pirithoum: quod pane sefellimus omen.
 Nam tibi saeuorum sauisime Centaurorum
 220 Euryte quam vino pectus, tam virgine visa
 Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
 Protinus euersa turbant conuiuia mensa:
 Raptaturq; comis per vim noua nupta prebensis.
 Eurytus Hippodamen, alij, quam quisque probabat,
 225 Aut poterat, rapiunt: captaq; erat urbis imago.
 Femineo clamore sonat domus, ocyus omnes
 Surgimus: & primus, Quae te recordia, Theseus,
 Euryte pulsat: ait, qui me viuente lacesas
 Pirithoum: violasq; duos ignarus in vno?
 230 Neue ea magnanimus frustra memorauerit heros;
 Summuet instantes: raptamq; furemibus aufert.
 Ille nihil contra: neque enim defendere verbis
 Talia facta potest: sed vindicis ora proteruis
 Insequitur manibus, generosaq; pectora pulsat.
 235 Forte fuit iuxta signis exstantibus asper
 Antiquus crater, quem vastum vastior ipso
 Sustulit Aegides: aduersaq; misit in ora.
 Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq; merumq;
 Vulnere, & ore vomens, madida re supinus arena
 240 Calcitrat: ardescunt germani cade bimembres:
 Certatimq; omnes simul vno ore, arma, loquuntur.
 Vina dabant animos: & prima pocula pugna
 Missa volant, fragilesq; cadi, curuiq; lebetes,
 Res epulis quondam tum bello, & cadibus aptae.
 245 Primus Ophionides Amycus penetralia donis
 Haud timuit spoliare suis: & primus ab aede
 Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
 Elatumq; alte, veluti qui candida tauri
 Bumpere sacris molitur colla securis

Centauro nuptiae Pirithoi interturbant.

Thesei & sociorum cum Centauris pugna.

I 2

Illis

340 METAMORPH. 250
 Illisit fronti Lapithæ Celadontis: & ossa
 Non agnoscendo confusa reliquit in ore.
 Exsilire oculi: disiectisq; osibus oris
 Acta retrò naris, mediòque est fixa palato.
 Hunc pede conuulso mensa Pellæus acerna
 Strauit humi Belates, deiecto in pectora mento: 255
 Cumq; atro mistos *spumantem sanguine dentes,
 Vulnere tartareas geminato misit ad umbras.
 Proximus ut steterat, spectans altaria vultu
 Fumida terribili, Cur non, ait, utimur istis?
 Cùmque suis Gryneus immanem sustulit aram 260
 Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen:
 Oppressitque duos, Brotean, & Orion: Orio
 Mater erat *Mycale: quam deduxisse canendo
 Sæpe reluctantis constabat cornua lunc.
 Non impune feres, teli modo copia detur; 265
 Dixerat Exadius: teli que habet instar, in alta
 Que fuerant pinu, votui cornua cerui.
 Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo:
 Eruiturque oculos: quorum pars cornibus hæret:
 Pars fluit in barbam; coneretaque sanguine pendet. 270
 Ecce rapit medijs flagrantem Rhætus ab aris
 Primitium torrem: dextraque à parte Charaxi
 Tempora perfringit fuluo protecta capillo.
 Correpti rapida, veluti seges arida, flamma
 Arserunt crines: & vulnere sanguis iniustus 275
 Terribilem stridore sonum dedit; ut dare ferrum
 Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curvas
 Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud
 Stridet: & intepida submersum sibilat unda.
 Saucius hirsutis avidum de crinibus ignem 280
 Excutit: inque humeros limen tellure reuulsum.

cum spuma
eiectantem.

Alludit ad more
Theffalaru, que
beneficiis & in-
stationibus
ferè infames e-
rant.

Rhoeti Centauri
strenuitas &
mors.

Stridor canden-
tis ferri in aqua.

Tollit

Tollit onus plaustrum: quod ne permittat in hostem,
 Ipsa facit grauitas. socium quoque saxea moles
 Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
 285 Gaudia nec retinet Rhætus: Sic comprecor, inquit,
 Cetera sit fortis castrorum turba tuorum:
 Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus:
 Terque, quaterque, graui iuncturas verticis ictu
 Rupit: & in liquido sederunt ossa cerebro.
 290 Victor ad Euagrū, Corythūq; Dryantaq; transit.
 E quibus ut prima tectus lanugine malas
 Procubuit Coritus; Pueri que gloria fuso
 Parta tibi est? Euagrū ait. nec dicere Rhætus
 Plura sinit: rutilasq; feroc in aperta loquentis
 295 Condidit ora viri, perque os in pectora, flammæ.
 Te quoque saxe Dryad circum caput igne rotato
 Insequitur: sed non in te quoque constitit idem
 Exitus: assidue successu cadis ouantem,
 Quæ iuncta est humero ceruix, sude figis obusta.
 300 Ingenuit, duroque sudem vix osse reuellit
 Rhætus: & ipse suo madefactus sanguine fugit.
 Fugit & Orneus Lycabasq; & saucius armo
 Dexteriore Medon, & cum Pisenore Thaumæs,
 Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
 305 Mermeros, accepto tum vulnere tardius ibat:
 Et Pholus, & Melaneus, & Abas prædator aprorum:
 Quique * suis frustra bellum dissuaserat augur
 Astylos. ille etiam metuenti vulnera Nesso,
 Ne fugè, ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.
 310 At non Eurynius, Lycidasq; & Areus, & Imbreus
 Effugere necem. quos omnes dextra Dryantis
 Perculit aduersos: aduersum tu quoque, quamuis
 Terga fugæ dederas, vulnus * Ceneæ tuliisti.

Dryantis Thef-
sali virtus.

*Centauris.
*Alius hic est La-
pitha ab eo quo
de agitur, vt fil-
labz quantitas
iudicio est. Allu-
dit vero poëta
ad Cæsaris dictū
quo Pomponiū
quedam vulnus
in ore ostenden-
tem monuit ne
vniquam fugiens
respiceret.

I 3

Nam

Nam graue respiciens inter duo lumina ferrum,
 Qua naris fronti committitur, accipis, ime. 315
 In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
 Sopitus venis, & inexperrectus Aphidas:
 Languentiq; manu carchesia mista tenebat,
 Fusus in Ossa villosis pellibus urfa.
 Quem procul ut vidit frustra nulla arma mouentem, 320
 Inserit amento digitos, miscendaque, dixit,
 Cum Styge vina bibes, Phorbas: nec plura locutus,
 In iuuerem torfit iaculum: ferrataque collo
 Fraxinus, ut casu iacuit resupinus, adacta est.
 Mors caruit sensu: plenoque e gutture fluxit 325
 Inque toros, inque ipsa niger carchesia sanguis.
 Vidi ego Petraum conantem euellere terra
 Glandiferam quercum: quam dum complexibus ambit;
 Et quatit huc, illuc; labefactaq; robora iactat;
 Lancea Pirithoi costis immissa Petrei. 330
 Pectora cum duro luctantia robore fixit.
 Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant;
 Pirithoi virtute Chromin: sed uterque minorem
 Victori titulum, quam Dictys, Helopsq; dederunt.
 Fixus Helops iaculo est: quod peruia tempora fecit: 335
 Et missum a dextra laenam penetravit ad aurem.
 Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis,
 Dum fugit instantem trepidans Ixione natum;
 Decidit in praeceps: & pondere corporis ornum
 Ingentem fregit; suaque induit ilia fracta. 340
 Vltor adest Phareus: saxumq; e monte reuulsum
 Mittere conatur. mittentem stipite querno
 Occupat Aegides: cubitiq; ingentia fregit
 Redit ad Thesea Ossa; nec ulterius dare corpus inutile leto
 Aut vacat, aut curat: tergoq; Bianoris alti 345

Pirithoi virtus.

Dictys mira mors.

Redit ad Thesea

In-

Insilit, haud solito quemquam portare nisi ipsum:
 Opposuitq; genu costis: prensamq; sinistra
 Caesariem retinens, vultum, mimitantiaque ora
 Robore nodoso, praeduraq; tempora fregit.
 350 Robore Nedymnum, iaculatorumque Lycetum
 Sternit, & immissa protectum pectora barba
 Hippason; & summis exstantem Riphea filius,
 Tereaque, Hemonys qui prehsos montibus urfos
 Ferre domum viuos, indignante sique solebat.
 355 Haud tulit orientem pugnae successibus ultra
 Thesea Demoleon: solidoque reuellere dumo
 Annosam pinum magno molimine tentat.
 Quod quia non potuit, praefractam misit in hostem.
 Sed procul a telo Theseus veniente recessit
 360 Pallados admonitu. (credi sic ipse volebat)
 Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
 Abscidit iugulo pectus, humerumque sinistrum.
 Armiger ille iuu fuerat genitoris, Achille,
 Quem Dolopium rector bello superatus Amyntor
 365 Aeacidae dederat pacis pignusque, fidemque. *obfidem Peleo
 Hunc procul ut fado dissectum vulnere Peleus
 Vidit; & Inferias iuuenum gratissime Crantor
 Accipe, ait. validoq; in Demoleonta lacerto
 Fraxineam misit: mentis quoque viribus hastam. *cum mentis indignatione validius coniectam
 370 Qua laterum cratem perrupit: & ossibus haerens
 Intremuit. trahit ille manu sine cuspide lignum:
 Id quoque vix sequitur: cusps pulmone retenta est. Pelei fortitudo
 Ipse dolor vires animo dabat: aeger in hostem
 Erigitur: pedibusq; virum proculcat equinis.
 375 Exci pit ille ictus galea, clypeoque sonanti:
 Defensatque humeros: praetentaque sustinet arma.
 Perque armos vno duo pectora perforat ictu.

T 4

Ante

Ante tamen leto dederat Phlegraon, & Hyles
 Eminus: Hiphioum collato Marte, Clanimque:
 Additur his Dorilas: qui tempora tecta gerebat. 380
 Pelle lupi, s&uig, vicem pr&stantia teli
 Cornua dura bouum multo rubefacta cruore.
 Huic ego (nam vires animus dabat) aspice dixi,
 Quantum concedant nostro tua cornua ferro:
 Et iaculum torfi: quod cum vitare nequiret; 385
 Opposuit dextram passura vulnera fronti.
 Affixa est cum fronte manus: fit clamor: at illum
 Herentem Peleus, & acerbo vulnere victum
 (Stabat enim propior) mediam ferit ense sub aluum.
 Prosilijt: terraque ferox sua viscera traxit: 390
 Tractaque calcavit: calcataque rupit: & illis
 Crura quoque impedit: & inani concidit aluo.
 Nec te pugnanti tua Cyllare forma redemit,
 Si modo nature formam concedimus * illi.
 Barba erat incipiens: barbae color aureus: aurea 395
 Ex humeris medios coma: dependebat in armos:
 Gratus in ore vigor: ceruix, humeri que, manus que,
 Pectoraque artificum laudatis proxima signis;
 Et quacunque vir est: nec equi mendosa sub illo
 Deteriorque viro facies: da colla, caputque; 400
 *Castore dignus erit: sit tergum se sile, sic sunt
 Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra.
 Candida cauda tamen: color est: quoque cruribus albus.
 Mult& illum petiere sua de gente: sed una
 Abstulit * Hylonome: qua nulla decentior inter 405
 Semiferas altis habitavit femina siluis.
 Hec & blanditijs & amando, & amare fatendo
 Cyllaron una tenet: cultus quoque quantus in illis
 Esse potest membris; ut sit coma pectine lauis:

Cyllarus adole-
scens.

* biformi, nem-
pe C&taurorum.

Alludit ad equum
Pollucis, Georg.
3. cui & Cyllaro
nomen erat.

* Silux dep&stris

Vt

410 Vt modo rore maris, modo se viol&ue, ros&ue
 Implicet: interdum canentia lilia gestet:
 Bisq; die lapsis * Pagas& vertice silua
 Fontibus ora lauet: bis flumine corpora tingat:
 Nec nisi qua deceant electarumq; ferarum
 415 Aut humero, aut lateri pr&tendat: veller& lauo.
 Par amor est illis: errant in montibus una:
 Antra simul subeunt: & tum Lapitheia tecta
 Intrarant pariter: pariter fera bella gerebant.
 Auctor in incerto est: iaculum de parte sinistra
 420 Venit: & inferius, qua collo pectora subsunt,
 Cyllare te fixit: paruo cor vulnere laesum
 Corpore cum toto post tela educta refrixit.
 Protinus Hylonome morientis excipit artus:
 Impositaque manu vulnus fouet: ora que ad ora
 425 Admouet: atque anima fugienti obsistere tentat.
 Vt videt extinctum: * dictis, qua clamor ad aures
 Arcuit ire meas, telo quod inhaeserat illi
 Incubuit: moriensq; suum complexa maritum est.
 Ante oculos stat: & ille meos: qui saeva leonum
 430 Vinxerat inter se connexis veller& nodis
 * Phaeomes, hominemque simul * protectus, equumq;
 Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent
 Puncta, Phonoleniden a summo vertice fregit.
 Fracta volubilitas capitis latissima, perque os,
 435 Perque cauas nares oculosque auresque cerebrum
 Molle fluit: veluti concretum vimine querno
 Lac solet; ut ue liquor rari sub pondere tribri
 Manat; & exprimitur per densa foramina succus.
 Ast ego, dum parat hic armis nudare iacentem;
 440 (Scit tuus hoc * genitor) gladium spoliantis in ima
 Ili& demisi. Chthonius quoque, Teloboasque

* vicin& Pagas&
Thessalix vrbi,
que fontibus ab-
undat: vnde &
nomen habere
videtur.

* pro, cum ea di-
xisset. Sic lib. 2.
v. 771.
Cyllarus cum
uxore occubuit.

* quasi dicas, fu-
scicomus.
* sc. coma sua.

* Peleus. Achille
enim alloquitur

T s

Ense

Nestoris gesta ab ipso, more se- num, comme- morata.

Ense iacent nostro: ramum prior ille bifurcum
 Gesserat: hic iaculum: iaculo mihi vulnera fecit:
 Signa vides: apparet adhuc vetus inde cicatrix.
 Tunc ego debueram capiendâ ad Pergamâ mitti: 445
 Tunc poteram magni si non superare, morari
 Hectoris armâ meis illo sed tempore nullus,
 Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
 Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti,
 Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Ocelli 450
 Fixit in aduerso cornum sine cuspide vultu.
 Veste Pelethronius Macareus in pectus adacto
 Strauit *Erigdupum: memini & venabula conditi
 Inguine Nessei manibus coniecta Cymeli.
 Nec tu credideris tantum cecinisse futura 455
 Ampyciden Mopsun. Mopso iaculante biformis
 Occubuit, frustra que loqui tentauit Odites,
 Ad mentem lingua, mentoque ad guttura fixo.
 Quinq; neci Ceneus dederat, Stiphelumq;, Bronnumq;, 460
 Antimachumq;, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.
 Vulnera non memini: numerum, nomenque notavi.
 Prouolat Emathijs spolijs armatus Alasi,
 Quem dederat leto, membris & corpore Latreus
 Maximus. huic ætas inter iuuenemq;, senemq;:
 Vis iuuenilis erat: variabant tempora cani. 465
 Qui clypeo, gladioque Macedoniâque sarissa
 Conspicuis, faciemque obuersus in agmen utrumque,
 Armâque concussit: certumque equitauit in orbem:
 Verbaque tot fudit vacuas animosus in auras:
 Et te Ceni feram? nam tu mihi femina semper, 470
 Tu mihi Canis eris: nec te natalis origo
 Com monuit, mentemque subit, quo premia facta,
 Quaque viri falsam speciem mercede pararis?

* Pelethronio Theſſalix monte q. d. grauitre- pum.

Ad Cenei gesta, & transforma- tionem tranſit.

Quid

Quid sis nata vide, vel quid sis passa: columque
 475 I, cape cum calathis: & stamina pollice torque
 Bella relinque viris. iactanti talia Ceneus
 Extentum cursu missa latus eruit hasta,
 Quâ vir equo commissus erat. furit ille dolore:
 Nudâque *Phylei iuuenis ferit ora sarissa.
 480 Non secus hæc resilit, quam teæti à culmine grandis:
 Aut si quis paruo feriat, caua tympana saxo:
 Comminus aggreditur: laterique recondere duro
 Luctatur gladium: gladio loca peruia non sunt.
 Haud tamen effugies: medio iugulaberis ense:
 485 Quâdoquidē mucro est hebes, inquit: & in latus ensem
 Obliquat: longâque amplectitur ilia dextra.
 Plaga facit gemitus in corpore marmoris icli:
 Fractâque disiliit percusso lamina collo.
 Vt satis illæfos miranti præbuit artus:
 490 Nunc age, ait Ceneus, nostro tua corpora ferro
 Tentemus: capuloque tenus demisit in armos
 Ensem fatiferum: cecâque in viscera mouit,
 Versauitq; manum: *vulnusque in vulnere fecit.
 Ecce ruunt vasto rapidi clamore bimembres:
 495 Telaq; in hunc omnes unum mittuntq;, feruntq;:
 Tela retusa cadunt: manet imperfossus ab omni,
 *Inque cruentatus Ceneus Elateus iclu. *dialysis.
 Fecerat attonitos noua res. Heu dedecus ingens,
 *Monychus exclamat: populus superamur ab uno, *solidipes quæ
 500 Vixq; viro. quamquam ille vir est: nos segnibus actis, *αὐτόπυχος.
 Quod fuit ille, sumus. quid membra immania profunt?
 Quid gemine vires? & quod fortissima rerum
 In nobis duplex natura animalia iunxit?
 Nec nos matre *Dea, nec nos Ixione natos
 505 Esse reor: qui tantus erat, Iunonis ut alte

* Cenei, à Phyl- lo Theſſalix op- pido. Strab. 9.

* verſando ma- num.

* solidipes quæ αὐτόπυχος.

* Iunone.

Spem

Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
 Saxa, trabesque super, totosque involuit montes:
 Viuacemque animam misis elidite siluis:
 Silua premat fauces: & erit pro vulnere pondus.
 Dixit: & insanis deiectam viribus Austru 510
 Fortè trabem nactus, validum coniecit in hostem:
 Exemplumque fuit: paruoque in tempore nudus
 Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion umbras.
 Obrutus immani cumulo sub pondere Cæneus
 Aestu at arboreo: congestaque robora diuis 515
 Fert humeris, sed enim postquam super ora, caputque
 Creuit onus; nec habet quas ducat spiritus auras;
 Deficit interdum: modo se super aëra frustra
 Tollere conatur; iactasque euoluere siluas:
 Interdumque mouet: veluti quam cernimus, ecce 520
 Ardua, si terræ quatiatur motibus, Ide.
 Exitus in dubio est: alij sub inania corpus
 Tartara detrusum siluarum mole ferebant.
 Abnuat Ampycides: medioque ex agere fuluis
 Vidit auem pennis liquidas exire sub auras: 525
 Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum.
 Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
 Mopsus, & ingenti circum clamore sonantem
 Adspexit: pariterque animo est, oculisque secutus:
 O salue, dixit, Lapithæa gloria gentis 530
 Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica, Cæneu.
 Credita res auctore suo est: dolor addidit iram.
 Oppressumque egre tulimus tot ab hostibus vnum.
 Nec prius abstinimus ferro exercere dolorem:
 Quam data pars leto: partem fuga, noxque remouit. 535

Cæneus in auct.

FAB. VI. ARGUMENTVM.
 Periclymenus à Neptuno accepta potestate, vt se in varias figu-
 ras

ras transuerteret, cum aduersus Herculem dimicasset, & cum
 varietate formarum vellet eludere, in Aquilam transformatus
 est. quam ille aduolantem sibi, & in altitudinem se aëris efferen-
 tem, nouissimè sagitta traiecit interemit.

Hæc inter Lapithas, & semihomines Centauros
 Prælia Tlepolemus Pylio referente dolorem
 Præteriti Alcide, tacito non pertulit ore:
 Atque ait: Herculeæ mirum est *obliuia laudis
 540 Acta tibi: senior certè mihi sæpe referre
 Nubigenas domitos à se pater esse solebat.
 Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malorum
 Cogis? & obductos annis rescindere luctus?
 Inque tuum genitorem odium, offensasque fateri?
 545 Ille quidem maiora fide quoque gessit: & orbem
 Impleuit meritis: quod mallem posse negare.
 Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
 Hecora laudamus, quis enim laudauerit hostem?
 Ille tuus genitor Messenia mænia quondam
 550 Stravit: & immeritas vrbes Elinque, Pylumque
 Diruit: inque meos ferrum, flammisque penates
 Impulit: utque alios taceam, quos ille peremit:
 Bis sex Neleida fuimus conspecta iuuentus:
 Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
 555 Viribus, atque alios vinci potuisse ferendum est:
 Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras
 Sumere quas vellet, rursusque reponere sumptas
 Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.
 Hic ubi nequicquam est formas variatus in omnes;
 560 Vertitur in faciem volucris: quæ fulmina curuis
 Ferre solet pedibus, diuim gratissima Regi.
 Viribus usus auis, pennis, rostroque redunco,
 Hamatisque viri lanauerat unguibus ora.
 Tendit in hanc nimium certos Tyrinthius arcus:

* obliuioni à ta esse tradita.

Herculis ingenia facinora.

Periclymenus in varias figuras, & postremum in aquilam.

Atque

Atque inter nubes sublimia membra ferentem,
 Pendentemq; ferit, lateri qua iungitur ala.
 Nec graue vulnus erat: sed rupti vulnere nerui
 Deficiunt: motumque negant, viresq; volandi.
 Decidit in terram, non concipientibus auras
 Infirmis pennis: & qua leuis haeserat ala,
 Corporis affixi pressa est gravitate sagitta:
 Perque laeus summum iugulo est exacta sinistro.
 Num videor debere tui praecordia rebus
 Herculis o Rhodia ductor pulcherrime classis?
 Ne tamen ulterius quam fortia facta silendo,
 Vliscar fratres; solida est mihi gratia tecum.
 Hac postquam dulci Neleius edidit ore;
 A sermone senis repetito munere Bacchi
 Surrexere toris: nox est data cetera somno.

565

570

575

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Neptunus grauitate ferens Cygnum filium suum ab Achille occidisse, & Hectorem defenforem operum, quae ipse posuisset; ab Apolline socio laboris petri, quoniam sibi non daretur, ut cominus cum eo congredi posset, ut vltor existeret. At ille auditis precibus eius, immittit acie, nullique conspectus, arcu Alexandri in Achillem conuertit, ut sagittam in eum dirigere posset; talumq; (qui fuit in eius corpore mortalis) percussit, & interemit.

At Deus aquoreas qui cuspide temperat undas,

*quod in eam
 versus Cygnus
 Stheneli F. Phaethontis cognatus & amicus.

*Apollinis Epitheton, quod ipsi Cretenses à multis indiderunt.

In volucrum corpus nati Phaethontida versum
 Mentem dolet patria: saeuumq; perosus Achillem,
 Exercet memores, plus quam ciuilitate, iras.
 Iamq; fere tracto duo per quinquennia bello,
 Talibus in tonsum compellat Smynthea dictis:
 O mihi de fratris longe carissime natis,
 Irrita qui mecum posuisti mœnia Troia;
 Ecquid, ubi has iam iam casuras adspicis arces,
 Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros

580

585

Millia

590 Millia caesa doles? ecquid (ne persequar omnes)
 Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?
 Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso
 Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
 *Det mihi se: saxo, triplici quid cuspide possim,
 595 Sentiatur quoniam concurrere comminus hosti
 Non datur; occulta nec opinum perde sagitta.
 Annuit: atque animo pariter patriūque, suoque
 Delius indulgens, nebula velatus, in agmen
 Peruenit Iliacum, mediaq; in caede virorum
 600 Rara per ignotos spargentem cernit Achiuos
 Tela Parim: fassusq; Deum, Quid spicula perdis
 Sanguine plebis aut? si qua est tibi cura tuorum;
 Vertere in Aeaciden: & sosque vliscere fratres.
 Dixit: & ostendens sternentem Troica ferro
 605 Corpora Peliden, arcus obuertit in illum:
 Certa que letifera direxit spicula dextra.
 Quo Priamus gaudere senex post Hectora posset
 Hoc fuit, ille igitur tantorum victor Achille,
 Victus es à timido Graiae raptore marita.
 610 At si femineo fuerat tibi Marte cadendum;
 *Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.
 Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
 Nominis Aeacides, caput insuperabile bello
 Arserat; *armarat Deus idem, idemque cremarat.
 615 Iam cinis est: & de tam magno restat Achille
 Nescio quid, paruum quod non bene compleat vnam.
 At viuit; totum quae gloria compleat orbem.
 Hac illi mensura viro respondet: & hac est
 Par tibi Pelide: nec inania tartara sentit.
 620 Ipse etiam, ut cuius fuerit cognoscere posses;
 Bella mouet clypeus: deque armis arma feruntur.

*committat se mihi, & mari.

Mors Achillia.

*Amazonica sunt enim Amazones Thermodontis flaccolæ.
 *Fabricarat enim Vulcanus arma Achilli rogau Thetidis

Non

Non ea Tydides, non audet Oileus Ajax,
Non minor Atrides, non bello maior, & suo
Poscere non alij: soli Telamone creato,
Laertaque fuit tanta fiducia laudis.

*Agamemnon
Atrei F. Pelopis
N. Tantalii pro-
nepos.

A se Tantalides onus, invidiamque remouit:
Argolicosq; duces medijs considerare castris
Iussit: & arbitrium litis traiecit in omnes.

625

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XIII.

FAB. I. ARGUMENTVM.

Achille ab Alexandro occiso, arma cum peterentur ab Aiace, quia frater patruelis esset, & Vlysse, qui consilio se potiorum, ac virtute iudicaret: placuit principibus, ut vtriusque res gestae in bello perpenderentur: & digniori propositum praemium ab vniuerso exercitu tribueretur. Cum itaque in conspectu omnium Ajax virtutes suas, quibus Graios iuuisset, retulisset; & Vlysses cofilia sua, quibus communem rempub. iuuisset; duces quoque adduxisset; nouissimè signum Mineræ, quod è Troia sustulerat, ostendit. Quo Graij moti, cum antè oratione eiusdem perculli stuperent, ab Aiace arma abiudicata sunt, & Vlyssi data. Qua ille contumelia accensus, incubuit ensi: ex cuius cruore flos purpureus similis hyacintho natus est.

Aiacis in cōcio-
ne Græcorum
oratio.
*septem bouum
coriis teſti,
ἀπὸ βοῦν.

Consedere duces, & vulgi stante corona,
Surgit ad hos clypei dominus septemplex Ajax:
Utque erat impatiens ira, Sigeia toruo
Litora respexit, classemque in litore vultu:
Intendensque manus, Agimus pro Iupiter, inquit,
Ante rates causam: & mecum confertur Vlysses!
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:
Quas ego sustinui: quas hac à classe fugavi.
Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quam pugnare manu. sed nec mihi dicere promptum,

Nec

Nec facere est isti: quantumque ego Marte feroci,
Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelasgi
Esse reor (vidistis enim) sua narret Vlysses;

15 Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
Præmia magna peti fateor: sed demit honorem
Aemulus Aiaci. non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quidquid sperauit Vlysses.
Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius:

20 Quod cum victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego si virtus in me dubitabilis esset;
Nobilitate potens essem, & Telamone creatus:
Mænia qui forti Troiana sub Hercule cepit:
Litora que intrauit & Pagasæa Colcha carina.

25 Aeacus huic pater est: qui iura silentibus illic
Reddit, ubi Aeoliden saxum graue Sisyphon urget.
Aeacum agnouit summus, prolemque fatetur
Iupiter esse suam sic à Ioue tertius Ajax:
Nec tamen hac series in causam proferit Achivi;

30 Si mihi cum magno non sit communis Achille.
Frater erat: fraterna peto. quid sanguine cretus
Sisyphio? furtisque, & fraude simillimus illi,
Inferis Aeacidis alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,

35 Arma neganda mihi? potiorque videbitur illis,
Vltima qui cepit: detrectauitque furore
Militiam ficto: donec solertior isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit.
& Naupliades animi: vitataque traxit ad arma?

40 Optima nunc sumat, qui sumere noluit vlla.
Nos inhonorati, & donis patruelis orbis,
Obtulimus quia nos ad prima pericula, sumus.

* Ex æmuli col-
latione mea fa-
ma plus detrimē
ti, quam victoria
gloria est acce-
ptura.

*lib. 11. v. 217.

*lib. 7. v. 1.

* mordet Vlyssē,
qui natus dice-
batur ex Anti-
clea à Sisypho la-
trone Isthmum
obsidente com-
pressa.

* quod cum ad-
duxerit qui sibi
postea fuerit au-
ctor necis.
* Palamedes Nau-
plij F.

Atque

Atque vitiam, aut verus furor ille, aut creditus esset:

Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces

Hortator scelerum non te Pæantia proles

Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet:

Qui nunc (ut memorant) siluestribus abditus antris,

Saxa mores gemitu; Laertiadeq; precaris,

Quæ meruit: quæ (si Dii sunt) non vana precaris.

* Et nunc ille eadem nobis iratus in arma,

Hæc pars vna ducum, quo successore sagitta

Herculis utuntur, fractus morboq; fameq;ue

Velatæque, abstruq; auiibus: volucresq; petendo

Debita Troianis exercet spicula fati.

Ille tamen vivit: quia non comitatur Vlysem.

Palamedes. Vellet & infelix Palamedes esse relictus:

Viveret; aut certe levem sine crimine haberet.

Quem, malè conuicti nimium memor iste furoris,

Prodere rem Danaam finxit: fletumq; probavit

Crimen: & ostendit, quod iam præfoderat, aurum,

Ergo aut exilio vires subduxit Achivis,

Aut necesse: sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.

Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat;

Haud tamen efficiet desertum ut Nestora crimen

Esse reat nullum: qui cum imploraret Vlysem

Vulnere tardus equi, fessusq; senilibus annis:

* Proditus à socio est: non hæc mihi crimina fingi

Scit bene Tydides: qui nomine sæpe vocatum

Corripuit: trepidosq; fugam exprobrauit amico.

Adspiciunt oculis superi mortalia iustis.

En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,

Sic linquendus erat: legem sibi dixerat ipse.

Conclamat socios: adsum: videroque trementem,

Pallentemque metu, & trepidantem morte futura.

Oppo.

* Philoctetes Pæantis F. qui ad Troiã adductus in Leno ob casum & vulnus sagittæ venenatæ in pede, relictus est. lib. 9. v. 232. * eisdem obstrictus Philoctetes coedere nobiscum.

* relicto itaque exsule Philocteta Palamedis.

* Desertus ab Vlyse, defensus tantè à Diomede Tydei F. * cum interfecisset Socu Hippaci F. & certissim in eum Troiani ita iruerent, ut præcè obruerent.

75 Opposui molem clypei: textique iacentem:

Servaviq; animam (minimum est hoc laudis) inertem:

Si perstas certare; locum redeamus ad illum:

Redde hostes, vulnusq; tuum, solitumq; timorem:

Post clypeumq; late: & mecum contende sub illo.

80 At postquam eripui; cui standi vulnera vires

Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.

* Hector adest: secumq; Deos in prælia ducit:

Quaque ruit, non in tantum terretis Vlyse,

Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.

85 Hunc ego sanguinea successu cadis ouantem

Eminus ingenti resupinum * pondere fudi.

Hunc ego poscentem, eum quo concurreret, unus

Sustinui: sortemq; meam vouistis Achivi:

Et vestra valere preces: si queritis huius

90 Fortunam pugnae; non sum superatus ab illo.

Ecce ferunt Troes ferrumq; ignesq; Iouemq;

In Danaas classes: ubi tunc facundus Vlysses?

Nempe ego mille meo protexi: pectore puppes,

Spem vestri reditus: date pro tot nauibus arma.

95 Quod si vera licet mihi dicere; queritur istis;

Quam mihi maior honos: coniunctaq; gloria nostra est:

Atque Ajax armis; non Aiaci arma petuntur.

Conferat his * Itacus Rhesium, imbellemq; Dolona,

Priamidemq; Helenum: rapta cum Pallade captum.

100 Luce nihil gestum est; nihil est Diomede remoto.

Si semel ista datis meritis tam vilibus arma;

Diuidite: & pars sit maior Diomedis in illis.

Quo tamen hæc? haco? qui clam, qui semper inermis

Rem gerit: & furis incautum decipit hostem?

105 Ipse nitor galea claro radiantis ab auro

Insidias proder: manifestabitq; latentem.

nam latus ille hasta traiecerat Socus.

* Iliad. 12. * homo omnium mortalium timidissimus.

* saxo in pectus illato. Iliad. 14. * ut fortissimis fors in me caderet. Iliad. 7.

Iliad. 15.

* Vlysem sic à patria cognominat per contemptum.

Sed neque Dulichius sub Achillis caeside vertex
 Pondera tanta feret: nec non onerosa, grauisq;
 Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.
 Nec clypeus vasti celatus imagine mundi 110
 Conueniet timida, nataq; ad furta sinistra.
 Debilitaturum quid te petis improbe munus?
 Quod tibi si populi donauerit error Achivi;
 Cur spolieris, erit: non, cur metuaris ab hoste.
 Et fuga, qua sola cunctos timidissime vincis; 115
 Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
 Adde quod iste tuus tam raro praelia passus
 Integer est clypeus: nostro, qui tela ferendo
 Mille patet plagis, nouus est successor habendus.
 Denique quid uerbis opus est? spectemur agendo. 120
 Arma uiri fortis medios mittantur in hostes:
 Inde iubete peti: & referentem ornate relatis.
 Finierat Telamone satus: vulgi que secutum
 Vltima murmur erat: donec Laertius heros 125
 Adstitit: atque oculos paulum tellure moratos
 Sustulit ad proceres, expectatoque resoluit
 Ora sono: neque abest facundis gratia dictis.
 Si mea cum uestris ualuisse vota Pelasgi;
 Non foret ambiguus tanti certaminis heres:
 Tu que tuis armis, nos te potiremur Achille. 130
 Quem quoniam non aqua mihi, uobisque negarunt
 Fata, (manu que simul ueluti lacrimantia terfit
 Lumina) quis magno melius succedet Achilli;
 Quam per quem magnus Danais successit Achilles?
 Huius modo ne pro sit, quod ut est, hebes esse uidetur. 135
 Neue mihi noccat, quod uobis semper Achivi
 Profuit ingenium: mea que hac facundia, si qua est,
 Que nunc pro domino, pro uobis saepe locuta est,
 Inuidia

Oratio Vlyssis.

Respondet ad v. 110.

Inuidia careat: bona nec sua quisque recuset.
 140 Nam genus, & proauos, & qua non fecimus ipsi,
 * Vix ea nostra uoco, sed enim quia rettulit Aiax
 Esse Iouis pronepos; nostri quoque sanguinis auctor
 Iupiter est: totidemque gradus distamus ab illo.
 Nam mihi Laertes pater est, Arceus illi,
 145 Iupiter huic: neq; in his quisquam damnatus & exsul.
 Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
 Altera nobilitas. Deus est in utroque parente.
 Sed neque materno quod sum generosior ortu;
 Nec mihi quod pater est fraterni sanguinis in sons;
 150 Proposita arma peto: meritis expendite caussam;
 Dummodo quod fratres Telamon, Peleusq; fuerunt,
 Aiacei meritum non sit: nec sanguinis ordo,
 Sed uirtutis honor spolijs quaratur in istis.
 Aut si proximitas, primus que requiritur heres;
 155 Est genitor Peleus: est Pyrrhus filius illi.
 Quis locus Aiacei? Phthiam hac, Scyronue ferantur.
 Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli:
 Non petit ille tamen, num si petat auferat illa?
 Ergo operum, quoniam nudum certamen habetur;
 160 Plura quidem feci, quam qua comprehendere dictis
 In promptu mihi sit, rerum tamen ordine ducar.
 Præscia uenturi genitrix Nereia leti
 Dissimulat cultu natum: & deceperat omnes,
 In quibus Aiacei, sumpta fallacia vestis.
 165 Arma ego femineis animum motura uirilem
 * Mercibus inferui, neque adhuc proiecerat heros
 Virgineos habitus; cum parmam, hastamque tenenti,
 Nate Dea, dixi: tibi se peritura reseruant
 Pergama: quid dubitas ingentem euertere Troiam?
 170 Inieci que manum: fortemque ad fortia misi.

* sed liceat cuiq;
 ea agnoscere, &
 suo loco iis glo-
 riari.
 * Astute continet
 propter suspicio-
 nem quam dixi
 ad uersum 26.
 * ut Peleus & Te-
 lamon, ob occi-
 sum tertium fra-
 trem Phocum.
 Cōment. Pindo.
 Nem. 5. & hęc
 lib. 11. 270.
 * nam Anticles
 Autolyci F. Mer-
 curij N. erat.
 * ad uers. 31.

Orditur à fru-
 ctibus suæ clo-
 quentiæ.
 * Thetis, à patre
 lib. 11. v. 260.

* cum ageret in
 Scyro apud Ly-
 comedem im-
 mixtus puellis
 regis, Stat. 1. 29
 Achilla

Ergo

*perfanui ad-
mota eadē hasta.
Gesta Achillis.

*eū ea femi-
neis mercibus
inferui, & ipsi ut
puellā ostendi.
verf. 166.
*Menelai, ob ra-
ptam Helenam.

* sic lib. 12. v. 30

Iphigenia im-
molata.

* sic Iphigenia.
* fingebat verō
filiam nūpūram
fuisse Achilli:
alioqui nolle il-
lum cum alijs
arma capere.
* integra iuven-
tute quæ postea
vācā perit.
Legatio Ulyssis
ad Priamum.

Ergo opera illius, mea sunt. ego Telephorū hasta
Pugnantem domui: victum, orantēque refeci.
Quod Thebæ cecidere meum est: mæ credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysenq; & Cyllan Apollinis orbes,
Et Syron cepisse, mea concussa putate 175
Procubuisse solo Lyrnesia mænia dextra.
Vtique alios taceam, qui seuum perdere possent
Hectora nempe dedi: per me iacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus est * inuentus Achilles,
Arma peto: viuo dederam, post fata reposco. 180
Vt dolor * vnus Danaos, peruenit ad omnes;
Aulidæque Euboicam complerunt mille carinas;
Expectata diu, nulla, aut contraria classi
Flamina erant: duræq; iubent Agamemnona sortes
Immeritam seuē natam mactare Dianæ. 185
Denegat hoc genitor: diuisq; irascitur ipsis:
Atque in regē tamen * pater est, ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor, fassūque ignoscat Atrides:
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam. 190
Hunc tamen utilitas populi, fraterque, datique
Summa mouet sceptri; laudem ut cum * sanguine pēsset.
Mittor & ad matrem: quæ non hortanda, sed * astu
Decipienda fuit: quò si Telamonius isset,
Orba suis essent etiam nunc lintea ventis. 195
Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
Visaque & intrata est alte mihi curia Troiæ:
* Plenæque adhuc erat illa viris, interitus egi
Quam mihi mandarat communis Græcia causam:
* Accusoque Parim: prædamq;, Helenamque reposco: 200
Et moueo Priamum, Priamoque Antenora iunctum.
At Paris, & fratres, & qui rapuere sub illo,

Vix

Vix tenuere manus (scis hæc Menelæi) nefandas,
Primæq; lux nostri tecum fuit illa pericli.
205 Longa referre mora est, quæ consilioque, manuque
Vtiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas, vrbis se mœnibus hostes
Continuere diu: nec aperti copia Martis
Vlla fuit: decimo demum pugnauimus anno.
210 Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti?
Quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris;
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios; ut longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo simus alendi,
215 Armandiq; modo: mittor quo postulat usus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine somni
* Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille potest * auctore suam defendere vocem.
Non sinat hoc Ajax: delendaq; Pergama poscat:
220 Quodque potest * pugnet, cur non remoratur ituros?
Cur non arma capii? det quod vaga turba sequatur?
Non erat hoc * minimum, nunquam nisi magna loquenti.
Quid quod, & ipse fugit? vidi, puduitq; videre;
Cum tu terga dares, inhonestæque vela parares.
225 Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat ô socj captam dimittere Troiam?
Quidue domum fertis decimo nisi dedecus anno?
Talibus atque alijs, in quæ dolor ipse difertum
Fecerat; aduersos profuga de classe reduxi.
230 Conuocat Atrides socios terrore pauentes:
Nec Telamoniades, etiam nunc hiscere quidquam
Audet: & ausus erat reges, ingessere dictis
Thersites, etiam per me, haud impune proteruius.
Engor: & trepidos ciues exhortor in hostem:

Ulyssis prudens
tiz fructus.

* Agamemnon.
Iliad. 2.
* sc. Ioue.

* ironia.

* cum opus esset
eloquentia ad
remorandum
abituos.
* si vel hoc præ-
stitisset, quod vo-
lebat videri po-
se, sed non fecit

* scepro ab, V-
lyse perentius.

Z 4

Amis-

Amiffamque mea virtutem voce reposito. 235
 Tempore ab hoc quodcumque potest fecisse videri
 Fortiter iste; meum est: qui dantem terga retraxi.
 * Denique de Danais quis te laudatue, petiue?
 At sua Tydides mecum communicat acta:
 Me probat: & socio semper confidit Vlyffe. 240
 Est aliquid de tot Gaiorum milibus, unum
 A Diomede legi. nec me fors ire iubebat:
 * Sed tamen & spreto noctisque, hostisque periclo,
 * Ausum eadem que nos, Phrygia de gente Dolona
 Interimo, non ante tamen, quam cuncta coegi 245
 Prodere: & edidici quid perfida Troia pararet:
 Omnia cognoram: nec, quid specularer, habebam:
 Et iam promissa poteram cum laude reverti.
 Haud contentus eo, petij tentoria Rhesi:
 Inque suis ipsum castris, comitesque peremi: 250
 Atque ita captivo victor, votisque petitus
 Ingredior curru lato imitante triumphos.
 * Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis;
 Arma negate mihi. fueritque benignior Ajax.
 Quid Lycij referam Sarpedonis agmina ferro 255
 Deuastata meo? cum multo sanguine fudi
 Cæranon, Iphitidenque, Alastoraque, Chromiumque,
 Alcandrumque, Haliiumque, Noemonaque, Pritanimque,
 Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona,
 Et Charopem, fatisque immitibus Ennomon actum: 260
 Quique minus celebres nostra sub mœnibus urbis
 Procubere manu sunt & mihi vulnera, ciues,
 Ipso pulchra loco nec vanis credite verbis.
 Adspicite en (vestemque manu diduxit) & hæc sunt
 Pectora semper, ait, vestris exercita rebus. 265
 At nihil impendit per tot Telamonijs annos.

Resp. ad ver. 100

Vlyffis fortiter gesta.

* & tamē rogatu Diomedis iui. * missum ad castra Græcorum speculatorem, vt nos ad Troianorum.

Rhesus ab Vlyffe interemptus.

* Achilles enim equos Dolō pro sua speculatione petiuerat, si vincerent Troiani. * sit melius de vobis, quam ego meritis. Sarpedon.

SAB

Sanguinis in socios: & habet sine vulnere corpus.
 Quid tamen hoc refert: si se pro classe Pelasga
 Arma tulisse refert contra Troasque, Iouemque?
 270 Confiteorque, tulit: neque enim benefacta maligne
 Detrectare meum est; modo ne communia solus
 Occupet, atque aliquem nobis quoque reddat honorem.
 Reppulit Actorides sub imagine tutus Achilles
 Troas ab arsuris cum defensore carinis.
 275 * Ausum etiam Hecloreis solum concurrere telis
 Se putat, oblitus regisque ducisque, meique,
 Nonus in officio & prælatus munere sortis.
 Sed tamen euentus vestra, fortissime, pugna
 Quis fuit? Hector abijt violatus vulnere nullo.
 280 Me miserum, quanto cogor meminisse dolore
 Temporis illius: quo Graiū murus Achilles
 Procubuit: nec me lacrimæ, luctusque, timorque
 Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem
 His humeris: his inquam humeris ego corpus Achilles,
 285 Et simul arma tuli: quæ nunc quoque ferre laboro.
 * Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires:
 Est animus certè vestros * sensurus honores.
 Scilicet idcirco pro nato * carula mater
 Ambitiosa suo fuit, vt caelestia dona,
 290 Artis opus tanta rudis, & sine pectore miles
 Indueret? neque enim clypei calamina norit,
 Oceanum, & terras, cumque alto sidera cælo,
 Pleiadasque, Hyadasque, immunemque equoris Arcton, lib. 2. vers. 928
 Diuersasque vrbes, nitidumque Orionis ensẽ.
 295 Postulat vt capiat, quæ non intelligit arma.
 Quid? quod me duri fugientem munera belli
 Arguit incepto serui accessisse labori?
 Nec se magnânimo maledicere sentit Achilles?

Resp. ad vers. 92

Resp. ad vers. 86

Achilles Græcorum murus.

Resp. ad ver. 101 * intellecturus & ex merito estimaturus. * Thetis

lib. 2. vers. 928

Resp. ad vers. 306

Z 5

5

Si simulasse vocas crimen; simulavimus ambo.
 Si mora pro culpa est; ego sum maturior illo. 300
 Me pia detinuit coniux: pia mater Achillem:
 Primaq; sunt illis data tempora, cetera vobis.
 Haud time iam, si iam nequeam defendere crimen.
 Cum tanto commune viro, deprensus Vlysis
 Ingenio tamen ille; at non Aiace, Vlysses. 305
 Neve in me stolidæ conuicia fundere lingua
 Admireremur eum; vobis quoque digna pudore
 Resp. ad ver. 56. Obijcit. an falso Palamedem crimine turpe est
 Accusasse mihi? vobis damnaſſe decorum?
 Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, 310
 Tamq; patens valuit: nec vos audistis in illo
 Crimina: vidistis: pretioque obiecta patebant.
 Resp. ad ver. 45. *Nec Pæantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
 Esse reus merui: crimen defendite vestrum:
 (Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo; 315
 Vt ſe ſubtraheret bellique, viæque labori,
 *Tentarétque feros requie lenire dolores.
 Paruit: & vixit, non hæc ſententia tantum
 Fida, ſed & felix cum ſit, facit eſſe fidelem.
 Quem quoniam vates delenda ad Pergama poſcunt; 320
 Ne mandate mihi: melius Telamoniꝯ ibit:
 Eloquioque virum, morbiſque, iraque ſurentem
 Molliet: aut aliqua perducet callidus arte.
 *tota Græcia
 Alludit ad fabu-
 lam Sophoclis,
 qua fingitur Phi-
 loctetes relictus
 in Lemno infe-
 ſtari omnes Græ-
 cos, maximè A-
 gamemnonem
 & Vlyſſem.
 Antè retrò Simois fluet: & ſine frondibus Ide
 Stabit: & auxilium promittet *Achaia Troiæ; 325
 Quàm ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
 Aiace ſtolidi, Danais ſoleriia proſit.
 Sis licet *infeſtus ſocijs, regiſque, mihiſque
 Dure Philoctete: licet exſecrere, meumque
 Deuoveas ſine fine caput, cupiasq; dolenti 330
 Me

Me tibi fortè dari: noſtrumq; haurire cruorem:
 Vtque tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri:
 Te tamen aggrediar: mecumq; reducere nitâr.
 Tamque tuis potiar (ſaveat fortuna) ſagittis;
 335 Quàm ſum *Dardanio, quem cæpi, vate potitus. *Heleno.
 Quam reſponſa Deum, Troianaq; fata retexi:
 Quam rapui Phrygiæ ſignum penetra'le Mineruæ
 Hoſtibus è medijs. & ſe mihi comparat Ajax.
 Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine *illo. *Palladio.
 340 Fortis ubi eſt Ajax? ubi ſunt ingentia magni
 Verba viri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
 Ire per excubias? & ſe committere nocti?
 Perque feros enſes, non tantum mœnia Troiæ,
 Verum etiam ſummas arces intrare; ſuaq;
 345 Eripere æde Deam: raptamq; afferre per hoſtes?
 Quæ niſi feciſſem; fruſtra Telamone creatus
 Geſtaſſet laua taurorum tergora ſeptem:
 Illa nocte mihi Troiæ victoria parta eſt:
 Pergama tunc vici; cum vinci poſſe coegi.
 350 Deſine Tydiden vultuq; & murmure nobis
 Oſtentare meum: pars eſt ſua laudis in illo.
 Nec tu, cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas;
 Solus eras: tibi turba comès, mihi contigit vnus.
 Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minore
 355 Eſſe; nec indomitæ deberi præmia dextræ;
 Ipſe quoque hæc peteret: peteret *moderatio Ajax,
 Eurypilusq; ferox, clarog; Andromone *natus:
 Nec minus Idomeneus: *patriaq; creatus eadem
 Meriones: peteret maioris frater Atridæ:
 360 Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi:
 Conſilij ceſſere meis: tibi dextera bello
 Vtilis; ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.

*Oilei * qui tã
 te nerarius non
 eſt, vt tu.
 *Phoas qui 40
 n ues Græcorũ
 cluſij adiecit.
 *ambo Lyti
 erant.

Tu vires sine mente geris; mihi cura futuri est.
 Tu pugnare potes; pugnandi tempora tecum
 Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes;
 Nos animo. quantoq; ratem qui temperat, anteit
 Remigis officium: quanto dux milite maior;
 Tantum ego te supero. nec non in corpore nostro
 Pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
 At vos o proceres vigili date premia vestro;
 Proque tot annorum curis, quas anxius egi,
 Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
 Iam labor in fine est: obstantia fata remouit:
 Altaque posse capi faciendo Pergama cepi.
 Per spes nunc socias, casuraque mœnia Troium,
 Perque Deos oro, quos hosti nuper ademi;
 Per, si quid superest, quod sit sapienter agendum;
 Si quid adhuc audax, ex precipitiq; petendum est;
 Si Troie fatis aliquid restare putatis;
 Este mei memores: aut si mihi non datis arma;
 Huic date: & ostendit signum fatale Mineræ.
 Mota manus procerum est: & quid facundia posset,
 Re patuit: fortisq; viri tulit arma disertus:
 Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq; louemq;
 Sustinuit toties; unam non sustinet iram:
 Inuictumq; virum vicit dolor, arripit enses:
 Et meus hic certè est: an & hunc sibi poscit Vlysses?
 Hoc, ait, utendum est in me mihi: quiq; cruore
 Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cade madebit:
 Ne quisquam Aiacei possit superare, nisi Ajax.
 Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
 Quæ patuit ferro, letalem condidit enses.
 Nec valere manus infixum educere telum:
 Expulit ipse cruor: rubefactaque sanguine tellus

Ajax in gladium
 sponte incumbit.
 Aiacei cruor in
 Hyacinthum.

365

395 Purpureum viridi genuit de cespite florem,
 Qui prius * Oebalio fuerat de vulnere natus.
 * Littera communis medys pueroque, viroque
 Inscripta est folijs: hæc nominis, illa querela.

lib. 10. vers. 207.
 & 215.
 * ai. ai.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Vlysses postquam Philoæte sagittas ipso comitante in castra
 Graiorum pertulit, quibus Ilium captum est; præda diues Hecuba
 Priami coniux Vlyssi sorte cecidit: quæ nouissimè interitum
 Atyanaëis, & Polyxenæ, quæ in bustis Achillis fuerat intere-
 pta, mærens, classe in Thraciam cū esset appulsa, reliquis liberis
 orba, Polydorum apud Polymestora, qui clam fuerat educatus,
 putabat incolumen permanere: quæ dum spatia in litore, a-
 nimaduertit eum aquæ fluctibus in aridum deiectum. Polyme-
 stor autem propter aurum, quod cum infante Polydoro ei tra-
 ditum fuerat, avaritia eum interfecit. Et ut indicia quoque faci-
 noris celari possent, eum in profundum præcipitavit. Quod ut
 Hecuba sapradicta Cissei filia comperit, curauit ut perueniret
 ad Polymestorem, dicens se velle adiicere super, quod antè de-
 derat, aurum, quod facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus
 verum esse existimans, petenti secretum colloquium dedit. He-
 cuba nata locum, lumina ei abstulit: Thracesque dum eam pro-
 sequuntur saxis, versa est in canis figuram.

* Victor ad * Hypsipyles patriam, clariq; Thoantis,
 400 Et veterum terras infames * cade virorum,
 Vela dat; ut referat Trynthia tela sagittas.
 Que postquam ad Graios domino comitante reuexit;
 Impositaque fero est tandem manus: ultima bello;
 Troia simul, Priamusq; cadunt. Priamæa coniux
 405 Perdidit infelix hominis post omnia formam:
 Externasq; nouo latratu terruit auras.
 Longus in angustum quæ clauditur Hellepontus;
 Ilion ardebat: neque adhuc confederat ignis:
 * Exiguumq; senis Priami Iouis ara cruorem
 410 Combiberat: tractisq; comis * antistita Phæbi
 Non profecturas tendebat ad æthera palmas.

* Vlysses veteri
 compos.
 * filiz Thoantis?
 regis in Lemno
 insula.
 * vide argumen-
 tum epistolæ 6.
 Heroidum, &
 Eras. Adag. 327.

* pauci, ut est in
 sene decrepito.
 * Cassandra.

Darda-

Dardanidas matres patriorum signa Deorum
 Dum licet amplexas, succensaq; templa tenentes
 Inuidiosa trahunt victores premia Graij.
 Mittitur Astyanax illis de turribus; unde 415
 Pugnantem pro se, proauitaq; regna tuentem
 Sape videre patrem monstratum à matre solebat.
 Iamq; viam suadet Boreas: statuq; secundo
 Carbasia nota sonant; iubet uti nauita ventis.
 Troia vale, rapimur, clamant, dant oscula terra 420
 Troades: & patria fumantia tecta relinquunt.
 Vltima conscendit classem, miserabile visus,
 In medijs Hecubæ natorum inuenta sepulcris.
 Pressantem tumulos, atque oscibus oscula dantem
 *Dulichia traxere manus: tamen vnus hausit, 425
 Inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.
 Hectoris in tumulo canum de vertice crinem
 Inferias inopes, crinem, lacrymasq; reliquit.
 Est, vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus,
 Bistonis habitata vris: Polymnestoris illic 430
 Regia diues erat: cui te cominus alendum
 Clam, Polydore, pater: Phrygijsq; remouit ab armis.
 Consilium sapiens; scelere nisi premia, magnas
 Adiecisset opes, animi irritamen auari.
 Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensen 435
 Rex Thracum: iuguloq; sui demisit alumni:
 Et tamquam tolli, cum corpore crimina poscent;
 Exanimem scopulo subiectas misit in undas.
 Litore Threicio classem religarat Atrides,
 Dum mare pacatum, dum ventus mitior esset. 440
 Hic subito, quantus cum viueret esse solebat;
 Exit humo late rupta, similisq; minanti
 Temporis illius vultum referebat Achilles;

Præda Troiana.

* Vlysi enim forte obtigerat.

Polymnestor Thrax Polydorū puerum occidit.

Quo

Quo serus iniusto petijt Agamemnona ferro.
 445 Immemoresq; mei disceditis, inquit, Achui?
 Obrutaq; est mecum virtutis gratia nostræ?
 Ne facite: utque meum non sit sine honore sepulcrum;
 Placet Achillos maclata Polyxena manes.
 Dixit: & immiti socijs parentibus umbra 450
 Rapta sinu matris, quam iam prope sola souebat;
 Fortis, & infelix, & plusquam femina virgo
 Ducitur ad tumulum diræq; fit hostia busto.
 Que memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
 Admota est; sensitq; sibi fera sacra parari;
 455 Vtque Neoptolemum stantem, ferrūque tenentem,
 Vtque suo vidit figentem lumina vultu;
 Vtere iam dudum generoso sanguine, dixit:
 Nulla mora est: aut in iugulo, vel pectore telum
 Conde meo: iugulumq; simul, pectusq; retexit.
 460 Scilicet haud vlli seruire Polyxena vellem.
 Haud per tale sacrum numen placabitis vllum.
 Mors tantum vellem matrem mea fallere possit:
 Mater obest, mimitq; necis mihi gaudia; quamuis
 Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
 465 Vos modo, ne Stygios adeam: non libera manes,
 Este procul; si iusta peto: taetūq; viriles
 Virgineo remouete manus, acceptior illi,
 Quisquis is est, quem cadē mea placare paratis;
 Liber erit sanguis, si quos tamen vltima nostri
 470 Verba mouent oris, Priami vos filia regis
 Nunc captiua rogat: genitrici corpus inemptum
 Reddite: neue auro, redimat ius triste sepulcri,
 Sed lacrimis, tunc, cum poterat, redimebat & auro.
 Dixerat, at populus lacrimas, quas illa tenebat,
 475 Non tenet, ipse etiam flens, iniuriam que sacerdos

* ob raptam Briseida.

Polyxena sacrificiū fr. Achilli.

* Pyrrhū, Achillis filium ex Deidamia.

* violata vestro attactu.

Præ

Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
 Illa super terram defecto poplite labens,
 Pertulit intrepidus ad fata nouissima vultus.
 Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas;
 Cum caderet; castiq; decus seruare pudoris. 480
 Troades excipiunt: deploratoq; recensent
 Priamidas, & quid dederit domus una cruoris.
 Teq; gemunt virgo, teq; o modo regia coniux,
 Regia dicta parens, Asia florentis imago,
 Nunc etiam prædæ mala fors: quam victor Vlysses. 485
 Esse suam nollet, nisi quod tamen Hæctora partu
 Ediderat: dominum matri vix repperit Hæctor.
 Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
 Quas toties patriæ dederat, natisq; viroq;
 Huic quoq; dat lacrimas: lacrimas in vulnera fundit: 490
 Osculaq; ore tegit: consuetaq; pectora plangit:
 Canicemq; suam concreto in sanguine verrens,
 Plura quidem, sed & hæc laniato pectore dixit:
 Nata tuæ (quid enim superest?) dolor ultime matris
 Nata iaces: videoq; meum tua vulnera pectus. 495
 Et ne perdiderim quemquam sine cæde meorum;
 Tu quoque vulnus habes. at te, quia femina, rebar
 A ferro tutam: cecidisti & femina ferro.
 Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem
 Exitium Troiæ, nostriq; orbator Achilles. 500
 At postquam cecidit Paridis, Phœbiq; sagittis;
 Nunc certè dixi, non est metuendus Achilles.
 Nunc quoque mihi metuendus erat: cinis ipse sepultus
 In genus hoc sæuit: tumulo quoque sensimus hostem.
 Aecidiæ secunda fui. iacet Ilium ingens: 505
 Euentuq; graui finita est publica clades.
 Sed finita tamen. soli mihi Pergamæ restant:

In cursuq; meus dolor est. modo maxima rerum,
 Tot generis, natisq; potens, nuptibusq; viroq;
 510 Nunc trahor exsul, inops, tumulis auulsa meorum;
 Penelopæ manus. quæ me data pensa trahentem
 Matribus ostendens Ithacis; Hæc Hæctoris illa est:
 Clara parens: hæc est; dicet, Priamæia coniux.
 Postq; tot amissos tu nunc, quæ sola lenabas
 515 Maternos luctus, hostilia busta piasti.
 Inferias hosti peperit. quò ferrea resto?
 Quidue moror? quo me seruas annosa senectus?
 Quò dij crudeles: nisi vti noua funera cernam,
 Vinacem differtis animum? quis posse putaret
 520 Felicem Priamum. post diruta Pergamæ dici?
 Felix morte sua est: nec te mea nata peremptam
 Adspicit: & vitam pariter, regnumq; reliquit.
 At puto & funeribus dotabere regia virgo:
 Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
 525 Non hæc est fortuna domus: tibi munera matris
 Contingent fletus, peregrinaq; haustus arena.
 Omnia perdidimus: superest cur viuere tempus.
 In breue sustineam, proles gratissima matri
 Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
 530 Has datus Ismario regi Polydorus in oras.
 Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
 Abluere? & sparsos immitti sanguine vultus?
 Dixit: & ad litus passu procedit anili,
 Albentes lacerata comas. Date Troades urnam,
 535 Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas.
 Adspicit erectum Polydori in litore corpus:
 Factaque Threïcij ingentia vulnera telis.
 Troades exclamant: obmutuit illa dolore:
 Et pariter vocem, lacrimasq; introrsus obortas

* exsequiarum honoribus.

* possessio, sepultura in externa regione.

Corpus Polydori inuenit Hæcuba.

Deno-

Deorat ipse dolor: duræque simillima saxo 540
 Torper: & aduersa figit modo lumina terra:
 Interdum toruos sustollit ad æthera vultus:
 Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
 Vulnera præcipue: seque armat, & instruit ira.
 Qua simul exarsit: tamquam regina maneret. 545
 Vlcisci statuit: * pœneque in imagine tota est.
 Vique fuit catulo lætente orbata leana;
 Signaq; nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem;
 Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram;
 Non oblita animorum, annorum oblita suorum, 550
 Vadit ad artificem diræ Polymestora cadis:
 Colloquumque petii: nam se monstrare relictum
 Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.
 *Thracius, ab
 Odyris Thraciæ
 Populis.
 Credit: * Odyris: prædaq; assuetus amore,
 In secreta venit, tum blando callidus ore 555
 Tolle moras Hecube, dixit: da munera nato:
 Omne fore illius quod das, quod & antè dedisti
 Per superos iuro, spectat iruculenta loquentem,
 Falsaque iurantem: tumidæque exæstuat ira.
 *comprehensio
 Polymestore.
 Atque ita correpto, captiuarum agmina matrum 560
 Inuocat: & digitos in perfida lumina condit,
 Expellitque genis oculos: facit ira valentem.
 Immergitque manus: sædatæque sanguine fonti
 Non lumen (neque enim superest) loca luminis haurit.
 Hecuba oculos
 eruit Polyme-
 stori.
 Clade sui Thracum gens irritata tyranni 565
 Troada telorum, lapidumque incessere iactu
 Cœpit: at hæc missum rauco cum murmure saxum
 Morsibus insequitur: rictuque in verba parato
 *αυγὸς ὄψεα.
 Hecuba in canē.
 * à Sithonia Thra-
 ciz parte.
 Latrauit conata loqui, locus exstat, & ex re
 * Nomen habet: veteri: mque diræ memor illa malorum: 570
 Tum quoque Sithonios vlulauit mæsta per agros.

illius

Illius Troasq; suos, hostesque Pelasgos,
 Illius fortuna Deos quoque mouerat omnes:
 Sic omnes, ut & ipsa Iouis coniugis, sororisq;
 575 Eucritus Hecubam meruisse negauerit illos.

FAB. III. ARGUMENTVM.

Memnon Tithoni, & Auroræ filius Priamo serens auxilium ab
 Achille occiditur. mater ergo precibus pro assiduo officio in-
 ducendæ lucis ab Ioue impetrat, & fauillæ eius adusto rogo in vo-
 lucres conuerterentur Memnonides non inie: quæ memores belli,
 quotannis ad sepulcrum eius conueniunt, & inter se dimicantes
 sanguine suo manibus eius frequentes parentant. Et ipsa mater
 eius matutinis temporibus lacrimas desiderio filij sui Memnonis
 transformat in rorem, quod tamen monumentum in Phrygia cõ-
 stituit patris eius: ut Hæsiodus vult.

Non vacat Aurora, quamquam nesciẽ sauerat armis; Memnonis rogi
 Cladibus, & casu Troasq; Hecubæque moueri. fauillæ in aues.
 Cura Deam propior, luctusque domesticus angit
 Memnonis amissi: Phrygijs quem lutea campis
 580 Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
 Vidit: & ille color, quo matutina rubescunt
 Tempora; palluerat: latuitque in nubibus æther.
 At non impositos supremis ignibus artus
 Sustinuit spectare parens: sed crine soluto,
 585 Sicut erat, magni genibus procumbere non est
 Dedignata Iouis; lacrymisq; has addere voces:
 Omnibus inferior, quas sustinet aureus æther,
 (Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem)
 Diua tamen veni: non ut delubra, diæque
 590 Des mihi sacrificos, calituræque ignitus aras:
 Si tamen adspicias quantum tibi femina præstem;
 Tum cum luce noua, noctis confinia seruo:
 Præmia danda putes, sed non ea cura: neque hic est
 Nunc status Aurora; meritos ut poscat honores.

4 2

Mem-

*Priamo Lao-medontis filio, uti & ipse erat.

Memnon in auē.

*scitē & vti tum sentiebant philosophi, ignem statuētes animā.

*nouis, subito & iam iam ortis, sic & alibi. Memnonides *vt iterum ex his quorundam inferis cadant cineri cognata sepulto corpora. *Hecubam Dymantis Fa.

Memnonis orba mei, venio: qui fortia frustra
Pro *patruo tulit arma suo: primisq; sub annis
Occidit à forti (sic Dñ voluistis) Achille.
Da precor huic aliquem solatia mortis honorem
Summe Deum rector: maternaq; vulnera leni.
Iupiter annuerat; cum Memnonis arduis alto
Corruit igne rogas: nigrisq; volumina fumi
Infecere diem: veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla volat: glomerataq; corpus in unum
Densatur: faciemq; capit: sumitq; colorem,
Atque *animum ex igni: leuitas sua prebuit alas.
Et primo similis volucris, mox vera volucris
Insonuit pennis: pariter sonuere sorores
Innumera: quibus est eadem natalis origo.
Terq; rogam lustrant: & consonus exit in auras
Ter plangor: quarto seducunt castra volatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces
Bella gerunt: rostrisq; & aduncis unguibus iras
Exercent: alasq; aduersaq; pectora lassant:
Inferisq; cadunt cineri cognata sepulto
Corpora: seque viro forti meminere creatas.
Prepetibus *subitis nomen facit auētor: ab illo
Memnonides dicta, cum Sol duodena peregit
Signa: parentali moritura *morte rebellant.
Ergo alijs latrasse *Dymantida stebile visum est:
Luētib; est Aurora suis intenta: piisque
Nunc quoque dat lacrimas: & toto rotat in orbe.

F. A. B. I I I I. ARGUMENTVM.

Aeneas cum parente Anchise, & filio Ascanio profugus Delphos venit. Hic ab Anio sacerdote Apollinis recipitur hospitio: quibus indicat quinque se natorum, hoc est, filij vnus & quatuor

585

600

605

610

615

620

Quor filiarum parentem, orbem reliquit. Andrum enim filium, quo Andros insula, reliquisse patriam narrat. Huic vt Apollo dederit augurium, sic Liberum dedisse virginibus, vt contacta manibus earum in segetem, vinum, oleumque verterentur. Eas Agamemnon vt caelesti munere exercitum aleret, cum veller abducere, in insulam eandem Andron profugisse. Hinc rursus ne vinculis illigata raperentur potentia regis Agamemnonis, Liberi numen effecit ob misericordiam, & muneris sui causam, vt in columbarum speciem transferrentur.

Non tamen euersam Troie cum mœnibus esse
Spem quoque fata sinunt sacra, & sacra altera patrē
625 Fert humeris venerabile onus Cythereius heros:
De tantis opibus prædam prius eligit illam,
Ascaniumq; suum: profugaq; per æquora classe
Fertur ab Andro: scelerataq; litora Thracum,
Et Polydoro manantem sanguine terram
630 Inquit: & vtilibus ventis, æstusque secundo
Intrat Apollineam socijs comitantibus urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phœbus
Rite colebatur temploque, domoque recepit:
Vrbemq; ostendit, delubraque nota, duasq;
635 Latona quondam stirpes pariente retentis.
Ture dato flammis, vinoque in tura profuso,
Cæsarumq; boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: positisq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
640 Tunc pius Anchises: O Phœbi lætæ Sacerdos
Fallor? an & natum, cum primum hæc mœnia vidi;
Bisq; duas natas, quantum reminiscor, habebas?
Huic Anius niueis circumdata tempora vittis
Concutiens, & tristis, ait: Non falleris heros.
645 Maxime: vidisti natorum quinque parentem.
Quem nunc (tanta homines rerum inconstantia versat)
Pæne vides orbem: quod enim mihi filius absens

Aeneas pietas parentem.

* Delum Apollinis oraculo insignem.

* oleam enim & palmam complexa peperit Apollinem & Dianam. lib. 6. vers. 335.

Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
 Andros habet, pro patre locumque & regna tenentem.
 Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
 Feminea stripi voto maiora, fideque
 Munera nam tactu natarum cuncta mearum
 In segetem, laticemque meri, baccamque Minerva
 Transformabantur: diuesque erat usus in illis.
 Hoc ubi cognouit Troia populator Arides,
 (Ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
 Nos quoque parte putes) armam viribus usus
 Abstrahit inuitas gremio genitoris: alantque
 Imperat Argolicam caelesti munere gentem.
 Effugiunt, quò quæque potest; Eubœa duabus,
 Et totidem natis Andros fraterna petita est.
 Miles adest: & ni dedantur, bella minatur.
 Victa metu pietas consortia corpora pœna
 Dedit: & timido posses ignoscere fratri.
 Non hic Aeneas, non qui defenderet Andron
 Hector erat; per quos decimum durastis in annum.
 Iamque parabantur captiuis vincla lacertis.
 Illa tollentes etiamnum libera celo
 Brachia, Bacche pater fer opem dixere: tulitque
 Muneris auctor opem. (si miro perdere more
 Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
 Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum.
 Summa mali nota est: pennas sumpserat: tuæque
 Coniugis in volucres niueas abiere columbas.

Agamemnon

Anij filix in columbas.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Discedentes ab Anio Anchises & Aeneas, inuicem munera dant, & accipiunt: in quibus fuit crater Aeneæ datus ab Alcone Lydio calatus: Anius autem à Therse Bœotio acceperat: in quo sculptæ erant Thebæ, & Orionis filia, quæ pro populo Thebano se

650

655

660

665

670

passæ erant immolari: quæ cum adultæ essent, è rogi fauilla duobus aulescentes increuerunt: qui & virginum nomine Coronæ facti nominati.

675 Talibus, atque alijs postquam conuiuia dictis
 Implerunt; mensa somnum petiere remota:
 Cumq; die surgunt: adeuntq; oracula Phœbi.
 Qui petere antiquam matrem, cognataq; iussit
 Litora, prosequitur rex: & dat munus iuris:
 680 Anchisa sceptrum, chlamydem, pharetramq; nepoti,
 Craterem Aeneæ: quem quondam miserat illi
 Hospes ab Aonijs Therse Ismenius oris.
 Miserat hunc illi Therse: fabricauerat Alcon
 Myleus: & longo calauerat argumento.
 685 Vrbs erat: & septem posses ostendere portas:
 *Hæ pro nomine erant: & quæ foret illa, docebant.
 Ante urbem exsequia, tumuliq; ignesq; rogiq;
 Effusaque comas, & aperta pectora matres
 Significant: luctum: Nympha quoq; flere videntur;
 690 Siccatosq; queri fontes, sine frondibus arbor
 Nuda riget: lambunt arentia saxa capellæ.
 Ecce facit medijs natis ab Orione Thebis,
 Hanc non femineum iugulo dare pectus aperto;
 Illam demisso per fortia pectora telo
 695 Pro populo cecidisse suo, pulcrisque per urbem
 Funeribus ferri, celebrisque in parte cremari:
 Tum de virginea geminos exire fauilla,
 Ne genus intereat, iuuenes; quos fama Coronas
 Nominat, & cineri materno ducere pompam.

E fauilla rogi filiarum Orionis duo iuuenes.

*Italiam, vnde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus. *Alcanio.

*nam septem portarum ostendunt esse Thebas Bœotiarum.

*propter populæ pestilentiam afixuram.

FAB. VI. ET VII. ARGUMENTVM.

Petentes insulam Cretam, & hinc Italiam Aeneas & Anchises, vt aliquando eri orem positris ædibus finire possent, multis regionibus transitis Ambraciam adeunt, à Diis olim per certamen petitam: in quam Ambracij iudicis imaginem

in saxum conspiciunt figuratam: Hinc in Chaoniam, in qua oraculum Iouis Dodonæ: ibique adspiciunt Molossi regis filios: qui ne flamma consumerentur, immortalium numine factum est, ut in avium figuras mutarentur.

Ardex Ambra-
pius in saxum.

Haftenus antiquo signis fulgentibus ære 700

Summus inaurato crater erat asper achanto.

Nec leniora datis Troiani dona remittunt:

Dantque sacerdoti custodem turis acerram:

Dant pateram, claramq; auro, gemmisq; coronam.

Inde recordati Teucros a sanguine Teucris 705

Ducere principium, Cretam tenuere: lociq;

Ferre diu nequiere luem: *centumq; relictiis

Vrbibus, Ausonios optant contingere portus.

Sauit hyems, iactatq; viros: Strophadumq; receptos

*Creta heca-
topoli

Portubus infidis exterruit ales *Aello. 710

*vna trium Har-
pyiarum.

Et iam Dulichios portus, Ithacamq; Samumq;

Neritiasq; domos, regnum fallacis Vlyssæi,

Prætereunt velli: *certatam lite Deorum

*pro, de qua cer-
tatam est.

Ambraciam, versiq; vident sub imagine saxum

Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est, 715

Vocalemq; sua terram Dodonida quercu,

Chaoniosq; sinus: ubi nati rege Molosso

Fab. vij.
Filij Molossi in
aues.

Impia subiectis fugere incendia pennis.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Acis Fauni Simethidisque nymphæ filius Galatæam Nerei & Doridis filiam cum diligeret, nec minus ipse ab ea peteretur, Cyclops eius quoque captus amore, dolens copiam eius nullam sibi fieri (erat enim Galatææ Cyclopis feritas inuisa) incensus furore, spelunca relicta, palam profiluit: vagatusq; per silvas conspexit Galatæam gremio Acidis residentem. auulsum scopulum Aetnæ in eos eiecit, cuius vi exterrita Galatæa subiecto mari mersa est. Acis verò, qui effugere impetum eius non potuit, obrutus saxo est, cuius cruor numine eiusdem Galatææ in flumē eiusdem nominis sui, quod est in Sicilia, versus est.

Proxima Phæacum felicibus obsita pomis

Ruta

720 Rura petunt: Epiros ab his, regnataq; vati

Butrothos & Phrygio, simulataq; Troia tenetur.

*Helene

Inde futurorum certi, quæ cuncta fidei

Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant

Sicaniam: tribus hæc excurrit in æquora *linguis.

*promontoriis,
vnde Trinacria.

725 E quibus imbriferos versa est Pachynos: ad Austros:

Mollibus expositum Zephyris Lilybæon: ad Arctos

Æquoris expertes, spectat Boreamq; Peloros.

Hanc subeunt Teucris: & remis, æstuq; secundo,

Sub noctem potitur Zanclea classis arena.

730 Scylla latus dextrum, læuam irrequieta Charybdis

Infestat: vorat hæc raptas, reuomitq; carinas:

Scylla in mon-
strum.

Illa feris atram canibus succingitur aluum

Virginis ora gerens. & (si non omnia vates

Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.

735 Hanc multi petiere proci: quibus illa repulsis

Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,

Ibat: & elusos iuuenum narrabat amores.

Cui dum pectendos præbet Galatæa capillos;

Talibus alloquitur referens suspiria dictis:

740 Te tamen o virgo genus haud immite virorum

Expetit: utq; facis, potes his impune negare.

At mihi cui pater est Nereus; quam cerula Doris

Enixa est; quæ sum turba quoque tuta sororum;

Non nisi per luctus licuit Cyclopis amorem.

745 Effugere: & lacrimæ vocem impediere loquentis.

Quas ubi marmoreo deterfit pollice virgo;

Et solata Deam est; Refer o carissima, dixit:

Næue tui causam tege, sum tibi fida, doloris.

Nereis his contra refecuta *Cratæide natam est.

Scyllam Phorei
& Cratæidis G-
liam

750 Acis erat Fauno, Nymphæq; Simethide cretus,

Magna quidem patrisq; sui, matrisq; voluptas,

Nostra tamen maior nam me sibi iunxerat unā

Pulcher: & octonis iterum natalibus actis

Signarat teneras dubia languine malas.

Hunc ego, me Cyclops nullo cum sine petebat.

Nec si quaesieris odium Cyclopi, amorne

Acidis in nobis fuerit praestantior; edam.

Par virumque fuit, pro quanta potentia regni

Est Venus alma tui nempe illo immitis, & ipsis

Horrendus siluis, & visus ab hospite nullo

Polyphemus
amator Galateae

Impune, & magni cum Dijs contemptor Olympi,

Quid sit amor sentit: nostrique cupidine captus

Vitatur, oblitus pecorum, antrorumque suorum.

Iamque tibi forma, iamque est tibi cura placendi.

Iam rigidos pectus rastris Polypheme capillos:

Iam libet his sutam tibi falce recidere barbam:

Et spectare feros in aqua, & componere vultus.

Cedis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris

Cessant: & tuta veniunt, abeuntque carinae.

Telemus interea Siculum delatus in aequor,

cuius augurii

Telemus Eurymides, quem nulla sefellerat ales,

Terribilem Polyphemon adit: Lumenque quod unum

Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlysses.

Risit, & O vatum stolidissime, falleris, inquit:

Altera iam rapuit, sic frustra vera monentem

Spernit: & aut gradiens ingenti litora passu

Degrauat: aut fessus sub opaca reuertitur antra.

Prominet in pontum cuneatus acumine longo

Collis: virumque latus circumfluit aequoris unda.

Huc ferus ascendit Cyclops: mediisque refedit:

Lanigera pecudes nullo ducente secuta.

Cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum;

Ante pedes posita est, antennis apta ferendis;

Sumpta

755

760

765

770

775

780

Sumptaque arundinibus compacta est fistula centum;

785 Senferunt toti pastoribus sibi montes:

Senferunt unde latitans ego rupe, meique

Acidis in gremio residens procul auribus hausi

Talia dicta meis, auditaque verba notavi:

Candidior folio niuei Galatea ligustri,

790 Floridior prato, longa procerior alno,

Splendidior vitro, tenero lascivior hædo,

Lævior assiduo detritis æquore conchis,

Solibus hibernis, æstiva gratior umbra,

Nobilior pomis, platano conspectior alta,

795 Lucidior glacie, matura dulcior uva,

Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,

Et si non fugias, riguo formosior horto.

Seuior indomitis eadem Galatea iuuentis,

Durior annosa quercu, fallacior undis,

800 Lentior & salicis virgis, & vitibus albis,

His immobilior scopulis, violentior amne,

Laudato pavone superbior, acior igni,

Asperior tribulis, seta truculentior urta,

Surdior æquoribus, calcato immitior hydro,

805 Et, quod precipue, si possem, demere vellem,

Non tantum ceruo claris latratibus acto,

Verum etiam ventis, volucrisque fugacior aura.

At, bene si noris, pigeat fugisse: morasque

Ipsa tuas damnes: & me retinere labores.

810 Sunt mihi pars montis viuo pendentia saxo

Antra; quibus nec sol medio sentitur in æstu:

Nec sentitur hiems: sunt poma gravantia ramos.

Sunt auro similes longis in vitibus uva:

Sunt & purpurea: tibi & has seruamus, & illas.

815 Ipsa tuis manibus siluestri nata sub umbra

Polyphemi ca-
tilena.

Opes Polyphemi

Mollia

330 METAMORPH.
 Mollia fraga leges: ipsa autumnalia corna,
 Prunaeque non solum nigro liuentia succo,
 Verumetiam generosa, nouasq; imitantia ceras.
 Nec tibi castaneae me coniuge, nec tibi deerunt
 Arbuti fetus. omnis tibi seruiet arbor. 320
 Hoc pecus omne meum: multa quoque vallibus errant:
 Multas silua tegit: multa stabulantur in antris.
 Nec, si forte roges, possem tibi dicere, quot sint:
 *Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum
 Nil mihi credideris: praesens potes ipsa videre, 325
 Ut vix* circumeant distentum cruribus vber.
 Sunt fetura minor tepidis in ouilibus agni:
 Sunt quoque par atas alijs in ouilibus hedi.
 Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda
 Seruatur: partem liquefacta coagula durant. 330
 Nec tibi deliciae faciles, vulgataq; tantum
 Munera contingent, damae, leporesq;, capraeq;
 Paruae columbarum, demptisue cacumine nidus:
 Inueni geminos, qui tecum ludere possint;
 Inter se similes, vix ut dignoscere possis, 335
 Villosa catulos in summis montibus vrsa.
 Inueni: & dixi, Dominae seruabimus istos.
 Iam modo caeruleo nitidum caput exsere ponto:
 Iam Galatea veni: nec munera despice nostra.
 Certè ego me noui: liquidaeq; in imagine vidi 340
 Nuper aquae: placuitq; mihi mea forma videnti.
 Adspice sim quantus. non est hoc corpore maior
 Iupiter in caelo, (nam vos narrare soletis
 Nescio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
 Prominet in vultus, humerosq; ut lucus obumbrat. 345
 Nec mea quod rigidis horrent densissima setis
 Corpora; turpe puta. turpis sine frondibus arbor:

* sic Fastr. 4.
 v. 763.

* vide vltimum
 adagium in ap-
 pendice nostrae
 epitomes.
 * vel quod crura
 in orbem & vi-
 cissim mota
 videantur ambi-
 re vbera: vel
 quod grauitas
 impediatur, & cru-
 ra impingant in
 vbera in eundo.

Turpis

Turpis equus; nisi colla iuba flauentia velent;
 Pluma tegit volucres: ouibus sua lana decori est.
 350 Barba viros, hirtaq; decent in corpore setae.
 Vnum est in media lumen mihi fronte, sed instar
 Iugentis clypei. quid? non haec omnia magno
 Sol videt e caelo? solis tamen vnicus orbis.
 Adde, quod in vestro genitor meus equore regnat. * Neptunus
 355 Hunc tibi do socerum: tantum miserere, precesq;
 Supplicis exaudi. tibi enim succumbimus vni.
 Quiq; Iouem, & caelum sperno, & penetrabile fulmen,
 Nerei te veneror. tua fulmine sauior ira est.
 Atque ego contemptus essem patientior huius;
 360 Si fugeres omnes: sed cur Cyclopere pulso,
 Acin amas? praefersq; meis amplexibus Acin?
 Ille tamen placeatq; sibi: placeatq; licebit,
 Quod nollem, Galatea tibi: modo copia detur;
 Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.
 365 Viscerera viua traham: diuisaq; membra per agros,
 Perq; tuas spargam; si se tibi misceat, vndas.
 Vror enim: lesusq; exaestuatur acius ignis:
 Cumq; suis videor translata viribus Aetnae
 Pectore ferre meo. nec tu Galatea moueris.
 370 Talia nequicquam questus (nam cuncta videbam)
 Surgit: & ut taurus vacca furibundus adempta,
 Stare nequit: siluaque & notis salibus errat:
 Cum ferus ignaros, nec quidquam tale timentes,
 Me videt, atque Acin: Videoq; exclamat: & ista
 375 Vltima sit, faciam, Veneris concordia vestra.
 Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere
 Debuit; illa fuit. clamore perhorruit Aetna.
 Ast ego vicino pauesacta sub equore mergor.
 Terga fuga dederat conuersa Simethius heros:

EG

Et fer opem Galathea, precor mihi ferre parentes,
 Dixerat: & vestris periturum admittite regnis.
 Insequitur Cyclops: partemq; e monte reuulsam
 Mittit: & extremus quamuis peruenit ad illum
 Angulus e saxo, totum tamen obruit Acim.
 At nos quod fieri solum per fata licebat;
 Fecimus; ut vines assumeret Acis auitas.
 Punicus de mole cruor manabat: & intra
 Temporis exiguum rubor euanescere cepit:
 Fitque color primo turbati fluminis imbre:
 Purgaturq; mora, tum moles tacta debiscit:
 Vni que per rimas, proceraque surgit arundo:
 Vni que cauum saxi sonat exultantibus undis:
 Mira que res, subito media tenus exstitit aluo
 Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis:
 Qui, nisi quod maior; quod toto carulus ore est;
 Acis erat: & sic quoque erat tamen Acis in amnem
 Versus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.

Acis in flumem.

FAB. IX. ARGUMENTVM.

Glaucus Anthedonis filius, piscator, cum speciosos pisces cepisset, & eos vellet recentissimos in urbem ferre, in opaco loco proximo mari eos dum requiesceret, ac retia siccarentur, sub recentissimam herbam exposuit: at illi vigore eius, succo que conuersi, reparato spiritu quem amiserant, miserunt se in profundum. At Glaucus experrectus existimans vim quandam diuinitatis esse in herba, ipsa quoque ieiunium polluit, alienatusq; mentis ex alto se precipitavit in pelagus, sed inter Deos marinos receptus: qui ut Scyllam Phorcii, & nymphæ Cratheidis filiam eodem mari versantem conspexit, pulchritudine eius accensus fugientem profecutus est.

Glaucus in Deo marinum. Scyllæ sedes.

Desierat Galathea loqui: cæteraque soluto
 Discedunt: placidisque natant Nereides undis.
 Scylla redit: neque enim medio se credere ponto
 Audet: & aut bibula sine vestibus errat arenas

Aut

900

Aut ubi lassata est; seductos nata recessus
 Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat unda.
 Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti
 905 Nuper in Euboica, versis Anthedone membris
 Glaucus adest: visaque cupidine virginis ardet:
 Et quæcumque putat fugientem posse morari,
 Verba refert: fugit illa tamen: veloxque timore
 Peruenit in summum positi prope litora montis.
 910 Ante fretum est ingens apicem collectus in unum
 Longa sub arboribus conuexus ad æquora vertex.
 Constitit hic: & tuta loco, monstrumne, Deusne
 Ille sit ignorans, admiraturque colorem,
 Casariemque humeros, subiectaque terga tegentem,
 915 Vltimæque excipiat quod tortilis inguina piscis.
 Sensit: & innitens, quæ stabat proxima, moli,
 Non ego prodigium, nec sum fera bellua, virgo,
 Sed Deus, inquit, aquæ: nec maius in æquore Proteus
 Ius habet, & Triton: Athamantiadæque Palemon. lib. 4. v. 542.
 920 Antè tamen mortalis eram: sed scilicet altis
 Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis.
 Nam modo ducebam ducentia retia pisces:
 Nunc in mole sedens moderabat arundine linum.
 Sunt viridi prato confinia litorea, quorum
 925 Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:
 Quas neque cornigera morsu læsere iuuenta:
 Nec placida carpistis oues, hirtæue capellæ.
 Non apis inde tulit collectos sedula flores:
 Non data sunt capiti genialia fæta: nec umquam
 930 Falcifera secere manus, ego primus in illo
 Cespite consedi, dum lina madentia sicco.
 Vtq; recenserem captiuos ordine pisces;
 Insuper exposui, quos aut in retia casus,

Aut

Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
 Res similis ficta: sed quid mihi fingere prodest? 935
 Gramine contacto cepit mea praeda moueri,
 Et motare latus; terraque ut in aequore niti.
 Dumq; motor, mirorq; simul, fugit omnis in ondas
 Turba suas: dominumq; nouum, litusq; relinquunt.
 Obstupui: dubiusq; diu, quae causa requiro: 940
 Num Deus haec aliquis, num succus fecerit herbae.
 Quae tamen has, inquam, vires habet herba: manuq;
 Pabula decerpsi: decerptaq; dente momordi.
 Vix bene combiberant ignotos guttura succos: 945
 Cum subito trepidare intus praecordia sensis
 Alieriusq; rapi natura pectus amore.
 Nec potui restare diu: repetendaq; numquam
 Terra vale dixi: corpusq; sub aequore merfi.
 Dii maris exceptum socio dignantur honore:
 Utq; mihi quaecumq; feram mortalia demant, 950
 Oceanum, Tethynq; rogant. ego lustror ab illis:
 Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
 Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
 Nec mora: diuersis lapsi de partibus amnes
 Totaq; ventuntur supra caput aequora nostrum. 955
 Haec tamen acta tibi possum memoranda referre:
 Haec tamen memini: nec mens mea cetera sensit.
 Quae postquam redijt, alium me corpore toto
 Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
 Hanc ego tum primum viridi ferrugine barbans;
 Casariemq; meam, quam longa per aequora verro; 960
 Ingentesq; humeros, & caerulea brachia vidi,
 Cruráque pinnigero curuata nouissima pisce.
 Quid tamen haec species? quid Dii placuisse marinis?
 Quid inuat esse Deum? si tu non tangeris istis? 965
 Talia

Glaucus in Deum maris.

Talia dicentem, dicturum plura reliquit
 Scylla Deum, furit ille, irritatúsque repulsa
 Prodigiosa petit Titanidos atria Circes.

P. OVIDII NASONIS
 METAMORPHOSEON

FAB. I. ARGUMENTVM.

Glaucus Anthedonius supradictus Scyllam circa Siciliam concipit dum adamasset, & quia nollet sequi appetere, venit ad Circe, obsecrans remedia; ut amanti succurreret: quae illa ipsius non leui cupiditate capta nequit a proposito retardare. Vbi autem sciuit quae esset quae sibi praeferretur: instructa enim Hecates carminibus venit in locum in quo Scylla ab illi consueuisset, venenisque imbuit, quibus illa tenus pube canibus est efferata, ut amaribus odio, ac timori esset. Quod ob factum, illa postea in Vlysses amatum ab ea exereuit sententiam, quod Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

Amque giganteis iniecit faucibus Aetnam,
 Aruaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri
 Nescia, nec quidquam iunctis debentia bobus,
 Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:
 Liquerat & Zanclen, aduersaque in aenia Rhegi,
 Nauisragum que fretum, gemino quod litore pressum
 Ausonia, Siculaeque tenet confinia terre.
 Inde manu magna Tyrrhena per aequora vectus,
 Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
 Sole sata Circes variarum plena ferarum.
 Quam simul adspexit, dicta, acceptaque salute,
 Diua Dei miserere precor: nam sola lenare
 Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus) amorem.
 Quanta sit herbarum Titani potentia nulli
 Quam mihi cognitius: qui sum mutatus ab illis.

Scylla Inguina in canes.

*lib. 13, v 944. Nene

Néue mei non nota tibi sit caussa furoris;
 Litore in Italico Messenia mœnia contra
 Scylla mihi visa est pudor est promissa, precésque,
 Blanditiâsque meas, contemptaque verba referre.
 At tu sine aliquod regnum est in carmine; carmen
 Ore moue sacro: siue expugnantior herba est;
 Vtere tentatis operosa viribus herbæ.
 Nec medeare mihi sanésque hæc vulnera mando:
 Finéque nil opus est: partem ferat illa caloris.
 At Circe (neque enim flammis habet aptius vlla
 Talibus ingenium; seu caussa est huius in ipsa;
 Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
 Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
 Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
 Dignus eras: vltro poterat certéque rogari:
 Et si spem dederis; mihi crede, rogaberis vltro:
 Ne dubites: adsitque tuæ fiducia forma.
 En ego cum Dea sum; nitidi cum filia Solis;
 Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim;
 Vt tua sim, voueo. spernentem sperne: sequenti
 Redde vices: vnóque duas vltiscere factó.
 Talia tentanti prius inquit in æquore frondes,
 Glaucus, & in summis nascentur montibus alge;
 Sospite quam Scylla nostri mutantur amores.
 Indignata Dea est: & ledere quatenus ipsum
 Non poterat, nec vellet, amans; irascitur illi,
 Que sibi prælata est: Veneris que offensa repulsa,
 Protinus horrendis infamia pabula succis
 Contexit & tritis Hecateia carmina miscet.
 Cerni que induitur velamina: perque ferarum
 Agmen adulantum media procedit ab aula:
 Oppositumque petens contra Zancleia saxa

potentia, effi-
 cacia. vide in
 adagiis nostris,
 Rex suum.

Circus veneficia

ingenitam ad
 amores inclina-
 tionem.
 quo Sol suum
 cum Marte ad
 alterum palam
 fecit, vt ob id
 omnem Solis
 progeniem tur-
 pill. amoribus
 contaminet.

Scyllam
 milit
 me, que tibi ea
 nolo concedere,
 que optas: illa,
 que te asperna-
 ta est.

20

25

30

35

40

45

Rhegion ingreditur, *feruentésque æstibus vndas:
 In quibus, vt solida ponit vestigia terra:
 Summaque decurrit pedibus super æquora siccis:
 Paruus erat gurges curuos sinuatus in arcus,
 Grata quies Scyllæ: quo se referrebat ab æstu
 Et maris, & calis; medio cum plurimus orbe
 Sol erat: & minimas a vertice fecerat umbras.
 Hunc Dea præmittat: portentisq; venenis
 Inquinat: hæc pressos latice radice nocenti
 Spargit: & obscurum verborum ambage nouorum
 Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
 Scylla venit: mediâque tenuis descenderat aluo:
 Cum sua fœdari latrantibus inguina monstria
 Adspicit: ac primo credens non corporis illas
 Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque
 Ora proterua canum: sed quos fugit, attrahit vna:
 Et corpus quatens femorum, curruque pedumque,
 Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
 Stâtque canum rabies: subiectaque terga ferarum
 Inguinibus truncis, vteroque exstante coærcet.

*freti periphras-
 sis, quod à fer-
 uendo dicta vo-
 lunt.

*continet, com-
 primit.

FABULI ARGUMENTVM.

Docet eandem Scyllam transformari esse in saxum, ne Aeneas
 nauiganti in Italiam nocere possit.

Fleuit amans Glaucus: nimirumque hostiliter vasa
 Viribus herbarum fugit connubia Circes,
 Scylla loco mansit: cumque est data copia primium,
 In Circes odium sociis spoliavit Vlysses.
 Mox eadem Teucras fuerat mensura carinas;
 Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat;
 Transformatâ foret: scopulum quoque nauita vitat.

Scylla in Carth.

45

45

45

FAB. III. ARGUMENTVM.

Cercopes propter fraudem scelusque quia boni semper insidiatores fuerunt, excolus est Iupiter, qui quum vellet eos conuenientem animo figuram habere, in similes condidit, ut haec de dardani nomine (nam Graecis Pythecos, omnia dicitur) insulas, quas huius incoluerant, Pytheculas vocauit.

Cercopes in simias.

lib. iij. & v. Aeneid. argumentum.

* Carthaginis, de qua Hiabascui litus arandū dedimus.

* lib. ij. v. 432.

* Palinuro, Virg. lib. v. extremo.

Hunc, ubi Troiana remissa, undamque Charibidem
Eucere rates, cum iam prope litus adesset
Ausonium; Libycas euentibus referuntur ad oras
Excipit Aenean illic animoque, domoque
Non bene discidium Phrygi; litura marius
Sidonis: inque pyra saci sub imagine facta
Incubuit ferrā; deceptaque decipit omnes
Rursus arenosā fugiens noua moenia terrae
Ad sedes Erycis, fidemque relatus Aeghen
Sacrificat: tumulumque sui genitoris honorat
Quasque rates Iria Iudonia pauē cremarat; uo
Solut: & Hippotada regnum, terra que calet
Sulfure fumantes, Acheloidamque relinquit
Sirenū scopulos orbat aquo; preside pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pytheculas habitantium nomine, dictas
Quippe Deū genitor fraudem, & periuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dardani
In deforme viros animal mutauit; ut huius
Dis similes homini possent, similesque videtur
Membraque contraxit; natesque a fronte remissa
Contuq; rugis perarauit anilibus ora
Totaque velatos flauenti corpora villos
Misit in has sedes, necnon prius abstulit usum
Verborum, & nate dira in periuria lingua
Posse queri tantum rauce stridore, reliquit

FAB.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Apollo Iouis & Latonae filius Glauci filia cum diligeret, optauit uentam tribuit; ad illa in longum victura tempus, spaciatus in litore, hausto pugno, arene petiit, aut horum spaciū, quot partes eius dinumerare possent, igitur praesata hie, senecture dilapso corpore relicta est vox, quae Sibyllam indicaret, hinc uero pro cocubitus si consensisset, zeni nam quouque iuuentam dedit, sed illa neglexit Dei uoluntatem.

Has ubi praetendit, & Panthenope dextra
Maenidē deseruit, leua de parte canori
Aeolide tumulum, & loca seta palustribus undis
Litora Cumarum, uinacisque antra Sibyllae
Intrat: & ut manes addeat per auerna paternos,
Orat, at illa diu uultum, & ellure moratum
Erexit: ranteūque Deo suribunda recepto,
Magna petis, dixit, uir factis maxime, tuus
Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes
Pone tamen Troiane metum, poliere petitis
Elysiisque domos, & regna nouissima mundi
Me dute cognosces, simulacraque cara parentis
Inuisa uirtuti nulla est uia, dixit: & auro
Fulgentem ramum silua Iunonis Auernae
Monstrauit: iussitque suo diuelleret trunco
Paruit Aeneas, & formidabilis Orca
Vidit opes, at auroque suos, ombraeque semilem
Magnanimi Anchisae, dixit quodque iura locorum,
Quaeque nouis essent aduenda pericula bellis
Inde ferens lassos aduerso ramire passus
Cum duce Cuius ea saluti sermone laborem
Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit,
Seu Dea tu praesens, seu Diis gratissima, dixit,
Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor
Muneris esse tui, quae me loca mortis adire

* Miseni Aeolide.

* Aeneas nauigio.

lib. vj. Aeneid. argumentum.

* Proserpinæ, sic Iouem infernalē quidam Plutonaē vocant.

Aeneas congressus cum Sibylla Cumana.

6 3

Quae

Qua loca me visa voluisti evadere mortis,
 Pro quibus aeras meritis evectus ad auras,
 Tempora tibi statuam: tribuam tibi turis honores.
 Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis;
 Nec Dea sum, dixit, nec sacri turis honore.
 Humanum dignare caput, ne ne scius erres,
 Lux aeterna mihi, carituraeque sine datur;
 Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti,
 Dum tamen hanc sperat, dum praeorumpere donis
 Me cupit; Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
 Optatis potiere tuis: ego pulveris hausti
 Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
 Tot mihi natales contingere vana rogavi.
 Excidit ut peterem iuvenes quoque protinus annos:
 Hos tamen ille mihi dabat, aeternamque iuventam,
 Si venerem paterer, contempto munere Phœbi
 Innuba permaneo: sed iam felicitas
 Terga dedit: tremuloque gradu venit agra senectus;
 Quae patienda diu est, nam iam mihi secula septem
 Acta vides: superest, numeros ut pulveris equem:
 Tercentum messes, tercentum musta videre,
 Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam
 Longa dies faciet: consumptaque membra senectas
 Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
 Nec placuisse Deo: Phœbus quoque forsitan ipse
 Vel non agnosceret, vel dilexisse negabit.
 Vsque adeo mutata ferar, nullique videnda,
 Sibylla in voce. Voce tamen noscar: vocem mihi fata relinquunt.

Humanum caput non dignandum diuino honore.

quem pugno meo eram complotus.

Sibylla Cumæa: prorsus prorsus a Phœbo.

LIB. V. ET VI. ARGUMENTVM.

Aeneas iter in Italiam tendens ad Lastrigonas venit, ubi Maecareus Neritius comes Vlyssis apparuit, congressusque eos est comitatus. Itaque cum exposuisset Achemenides apud Cyclopem quae essent pasci fori, similiter & ille quae apud Circeam cum comite

mirre Eurylocho, qui portione accepta in porcos commutatus sunt: novissimè Vlyses remedio Mercurij ed venit, & socios recuperavit ab eadem Circe pristinae formae restitutos. Ex eo Circe iunxit se ei in matrimonium. Monuit deinde Aeneam ne litoribus Circes accederet.
 Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
 Sedibus Euboicam Stygiis emerit in vrbem
 Troius Aeneas: sacrisque ex more litatis,
 Litora adit nondum nutriciae habentia nomen.
 Hic quoque substiterat post radia longa laborum
 Neritius Maecareus, comes experientis Vlyssis:
 Desertum quondam mediis in rupibus Aetnae
 Noscit Achemeniden: improvisoque repertum.
 Viuere miratus, Quis te casusue, Deusue
 Servat Achemenide? cur, inquit, barbarae Graium
 Prora vehit? petitur vestra quae terra carina?
 Talia querenti iam non hirsutus amictu,
 Iam suus, & spinis conserto tegmine nullis,
 Fatur Achemenides: Iterum Polyphemon, & illos
 Adspiciam fluidos humano sanguine rictus:
 Haec mihi si potior domus est, Ithacaeque carina:
 Si minus Aeneam veneror genitore: nec umquam
 Esse satis potero, praestem licet omnia gratus.
 Quod loquor, & spiro: calumque, & lumina Solis
 Adspicio, (possumne ingratus, & immemor esse?)
 Ille dedit: quod non anima haec Cyclopis in ora
 Venit: & ut lumen iam nunc vitale relinquam;
 Ut tumulto, aut certe non illa condar in aluo.
 Quid mihi tunc animi, nisi si timor abstulit omnem
 Sensum, animamque fuit, cum vos petere alta relictus
 Aequora conspexi? volui inclamare: sed hosti
 Prodere me timui: vestra quoque clamor Vlyssis
 Pene rati nocuit. vidi cum monte reuulsum.

Gaieta nutrit Aeneas.

immistū classis Troianorum.

sumpsit ex Aeneid. 3. extremo vbi & haec de Achemenide: dira illucies, immiffa; barba. Conferunt tegmen spinis.

Achemenidis relictus in Aetna liberatio.

cum abies clamaret se Nemine vocari, & secutus iactus lapidis pene ipsam naue demersisset.

Immanem scopulum medias permisi in undas.
 Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
 Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
 Et ne deprimeret fluctusue, lapisue carinam.
 Pertimui, iam me non esse oblitus in illa.
 Ut vero fuga vos ab acerba morte reduxit.
 Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam,
 Pertentatque manu silvas, & luminis orbem.
 Rupibus incurvat: sedatâque brachia tabo.
 In mare protendens, gentem exsecratur Achiuam.
 Atque ait: O si quis referat mihi casus Vlysem,
 Aut aliquem ex sociis, in quem mea seuiat ira.
 Viscera cuius edam: cuius videntia dextra
 Membra mea laniam: cuius mihi sanguis inundet.
 Guttur: & elisi trepident sub dentibus artus.
 Quam nullum, aut leue sit damnum mihi lucis adeptæ.
 Hæc & plura ferox: me luridus occupat horror.
 Spectantem vultus etiamnum cade madentes,
 Crudelisque manus, & inanem luminis orbem,
 Membraque, & humano concretam sanguine barbam.
 Mors erat ante oculos, minimum tamen ipsa doloris.
 Et iam prensurum; iam nunc mea viscera rebar.
 In sua mensurum: mentique hærebat imago.
 Temporis illius: quo vidi bina meorum.
 Ter quater affligi sociorum corpora terra.
 Cum super ipse iacens hirsuti more leonis
 Viscerâque, & carnes, eamque albis ossa medullis,
 Semianimesque artus anidam condebat in aluuiis.
 Me tremor inuasit, stabam sine sanguine mæstus,
 Mandentemque videns eiectantemque cruentas.
 Ore dapes, & frustra mero glomerata vomentem.
 Talia fingebam misero mihi fata parari:

Polyphemi ex-
zanti querela:

Polyphemus ho-
mias deuorat.

Pérque

Pérque dies multos latitans, omnemque tremiscens
 215 Ad strepitum, mortemque timens, cupidusque moriri,
 Glande famem pellens, & mista frondibus herba,
 Solus inops, exspes leto, pænæque relictus.
 Hanc procul adspexi longo post tempore nauam:
 Orauique fugam gestu: ad litusque cucurri.
 220 Et moui: Graiûmque ratis Troiana recepit.
 Tu quoque pande tuos: comitum gratissime casus,
 Et ducis, & turba, quæ tecum est credita ponto.
 Aeolon ille refert Thusco regnare profundo.
 Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos:
 225 Quos bonis, inclusos tergo (memorable munus)
 Dulichium sumpsisse ducem; statique secundo
 Lucibus isse nouem; & terram adspexisse petantem.
 Proxima post nonam cum sese Aurora moueret;
 Inuidia socios, prædeque cupidine victos.
 230 Esse ratos aurum; dempsisse ligamina ventis;
 Cum quibus isse retrò, per quas modo venerat undas,
 Aeoliique ratem portus repetisse tyranni.
 Inde Lami veterem Læstrygonis, inquit, in orbem
 Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.
 235 Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum:
 Vixque fuga, quaesita salus, comitique, mihi que.
 Tertius è nobis Læstrygonis impia tinxit.
 Ora cruore suos fugientibus instat: & agmen
 Concitat Antiphates, coeunt: & saxa, trabesque,
 240 Coniiciunt: merguntque viros; merguntque carinas.
 Vna tamen, qua nos, ipsûmque vehēbat Vlysem,
 Effugit: amissa sociorum parte, dolentes,
 Multaque conquesti terris allabimur illis;
 Quas procul hinc cernis, procul hinc, mihi crede, videnda
 245 Insula visa mihi, ætque, ò iustissime Troiam

Errores Vlyssæ

Antiphates Læ-
strygonum rex.

Nate

b s

Nate Dea (neque enim finito Marte vocandus
 Hostis es Aenea) moneo, fugelitora Circes.
 Nos quoque Circeò religata in litore pinu
 Antiphata memores, immanis etique Cyclopis
 Ire negabamus, vel tecta ignota subire.
 Sorte sumus lecti: fors me, fidemque Polyten
 Eurylochumque simul, nimirumque Elpenora vini,
 Bisque novem socios Circe ad mœnia misit.
 Quæ simul attigimus: steterimisque in limine tecti,
 Mille lupi, missique lupis urisque, leaque
 Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
 Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.
 Quinetiam blandas mouere per atria caudas:
 Nostraque adulescentes comitant vestigia: donec
 Excipiunt famule: perque atria marmore tecta
 Ad dominam ducunt: pulcro sedet illa recessu.
 Sublimi folio: pallamque induta nitentem,
 Insuper aurato circumuelatur amictu.
 Nereides, Nymphæque simul, quæ vellera motis
 Nulla trahunt digitis; nec fila sequentia ducunt;
 Gramina disponunt: sparsosque sine ordine flores
 Secernunt calathis, variisque coloribus herbas.
 Ipsa quod hæ faciunt opus exigit ipsa, quis usus
 Quoque sit in folio, quæ sit concordia mistis
 Nouit: et aduentens pensas examinat herbas.
 Hæc ubi nos vidit; dicta, acceptaque salute,
 Diffudit vultus: et reddidit omnia votis.
 Nec mora: miseri tosti iubet ordeæ grani,
 Mellaque, vimque meri, cum lacte coagula passo.
 Quique sub hæc lateant furtim dulcedine, succos
 Adicit: accipimus sacra data pocula dextra.
 Quæ simul arenti sitientes hausimus ore:

Circe aula, & pedisequæ.

camquã pòde- re, & mensura.

Et tetigit summos, virga Dea, dira capillos;
 Et pudet, et referam: sese horrescere capis.
 Nec iam posse queri: pro verbis edere rancum
 Murmur: et intexam toto procumbere vultu.
 Osque meum sensi pandoque calle secere rostrum.
 Colla tumens, et qua modo pocula parte
 Sumpta mihi fuerant, illa vestigia feci.
 Cùmque eadem passis (tanta medicamina possunt)
 Claudor in antra. Suis solum caruisse figura
 Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
 Quæ nisi vitasset: pecoris pars una maneret
 Nunc quoque fetigeri: hæc tanta cladis ab illo
 Certior ad Circeam ultor venisset Ulysses.
 Passer huic dederat florem Cyllenus album:
 * Moly vocant superi: nigra radice tenetur.
 Tutus eo, monitisque simul celestibus intrat.
 Ille domum Circes: et ad insidiosa vocatus.
 Pocula, coquantem virga mulcere capillos
 Reppulit: et stricto pauidam deterruit ense.
 Inde fides, dextraque date: thalamoque receptus
 Coniungit dotem, sociorum corpora poscit.
 Spargimur ignotæ succis melioribus herbe:
 Percutimurque caput, conuersæ verbera virgæ.
 Verbaque dicuntur, distis contraria verbis.
 Quò magis illa, canit, magis hoc tellure leuati
 Erigimur: setaque cadunt, bifidosque relinquit
 Rima pedes: redeunt humeri, et subiecta lacertis.
 Brachia sunt, stentem, stentes, complectimur illum:
 Hæremisque ducis collo: nec verba locuti
 Vlla priora sumus, quam nos testantia gratos.
 Annua nos illic tenuit mox: multaque præsens
 Tempore tam longo, vidi: multa auribus hausi.

Ulyssis socij in porcos.

brachia in crura anteriora.

Eurylochus nò mutatur à Circe.

plin. lib. 25. cap. 4.

Fab. vi.

Ulyssis socij in pristinas formas

Et

Hoc quoque cum multis, quod clausi mihi rettulit **330**
 Quattuor è famulis ad tabula sacra paratis.
 Cum duce namque meo Circe dum sola moratur,
 Illa mihi nitens factum de marmore signum
 Ostendit iuvenile, gerens in vertice Picam
 Aede sacra positum, multisque insignis coronis **335**
 Quis foret, & quare sacra coleretur in aede,
 Cur hanc ferret avem, quarentis, & scire volenti,
 Accipe ait Macareu, dominaeque potentia qua sit
 Hinc quoque discite meae uti dictis adite mentem.

F A B. VII. A. R. C. Y. M. E. N. T. I. M.
 Picus Saturni filius, Latij rex, cum Canentem Iani ex Venilia
 filiam duxisset uxorem, à Circe in venatione visus, statim ab ea
 amarus est. Cuius in morem gerere nollet, ab ea in avem sulno
 mutatus est.

Picus Latij rex. Picus in Ausoniis proles Saturnia, ceteris
 Rex fuit, utilium bello studiosus equorum
 Forma viro, quam cernis, erat: licet ipse decorem
 Adspicias, fictaque probes ab imagine veram.
 Par animus forma: nec adhuc spectasse tor annos
 Quinquennem poterat, Graia quater edere pugna **325**
 Ille suos Dryadas Latius in montibus ortas
 Verterat in vulsus, illum fontana perebant
 Numina Naiades, quas Albula, quasque Numici,
 Quas Amentis aquae, tenuisque brevis sinus Almo,
 Narue tulit praereps, & opae Farfatus undae **330**
 Quaeque colunt, & Sythicae stagnum memorabile Diana,
 Finitimisque lacus, speris tamen omnibus, amant
 Ille colit Nympham, quam quondam in colle Palati
 Dicitur ancipiti peperisse Venilia Iano
 Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis, **335**
 Preposito cunctis Laurenti tradita Pico est,

Ordo est: n. a.
 p. e. q. q. s. r. a.
 P. e. p.
 P. a. l. e. s. t. r. a.
 qui non longe
 à suo fonte Ti-
 berim influit.
 cui Scythico
 sine Iaurico ri-
 tu, hoc est, hu-
 mano sanguine,
 aliquando à Rom.
 sacrificati fuit.
 Sen. A. e. d. 3.

Rara

Rara quidem facie, sed rarios arte canendi
 Vnde Canens dicta est, silvas, & saxa movere
 Et mulcere feras, & flumina longa morari
 Ore suo, volucrasque, & agas retinere solabat **340**
 Quae dum sermone modulatur carmina, voces
 Exierat, totos Laurentes Picus in agros,
 Indigenas, fixosque apros, & argumque premebat
 Acus equi, leuamque hastilibus bina ferebat **345**
 Phoenicem fulvo, & blamydem, comprehensus ab auxo,
 Venerat in silvas, & filia Solis, easdem
 Vique novas legeret secundis collibus herbas,
 Nomine dicta, sub Ciraea reliquerat arua **350**
 Quae simulacrum inuicem, & vultus abditos vidit,
 Obstupuit, cecidere manu, quas legerat, herbas
 Flammamque per toras visa est, errare medullas
 Vapillum valido mentem collegit, & ab astu
 Quid cuperet, fastura fuit, ne posset adire
 Cursus equi, fecit circumfusisque satelles **355**
 Non tamen effugies, vento rapiare licbit,
 Si modo me noui, si non euantit omnis
 Herbarum virtus, & me mea carmina fallunt
 Dixit, & effugem nullo cum corpore, faste
 Finxit apri, praeterque oculos, transcurrere regis **360**
 Insit, & in densum trabibus nemus ire uideris
 Plurima quæ silua est, & equo loca perula non sunt
 Haud mora, continuo praedapetit, in scuis, umbram
 Picus, equique, & celer spumantia terga reliquit,
 Spemque sequens, uanam silua, pedes errat in alta **365**
 Concipit illa preces, & verba precantia dicit
 Ignorosque Deos, ignoto carmine, adorat,
 Quo solet, & mixta vulnum confundere Luna
 Et patrio capiti, bibulas subtere nubes.

Canens

Circe amat Picum.

Tunc

Tunc quoque cantato densatur carmine celum:
 Et nebulas exhalat humus: cæcisque vagantur
 Limitibus comites: & abest custodia regis
 Nacta locum; tempusque; Per ò tua lumina dixit,
 Quæ mea cæperunt; perque hanc pulcherrimæ formam,
 Quæ facit ut supplex tibi sim! Dea, consule nostris
 Ignibus: & socerum, qui præuidet omnia; Solem
 Accipe: nec durus Titanida despice Circen:
 Dixerat: ille feræ ipsamque; præcèsque repellit
 Et quacumque es; ait, non sum tuus: altera captum
 Me tenet: & teneat per longum comprecor auum.
 Nec Venere externa socialia federa lædam;
 Dum mihi lanigenam seruabunt fata Canentem,
 Sæpe retentaris precibus Titania frustra:
 Non impunè feres: neque, ait, reddere Canenti
 Læsæque quid faciat; quid amans, quid semina, disces
 Rebus, ait: sed amans, & læsa, & semina Circe est
 Tum bis ad occæsus, bis se conuertit ad orbis
 Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit:
 Ille fugit: sed se solito velocius ipse
 Currere miratus; pennas in corpore vidit.
 Sæque nouam subito Latius accedere siluis
 Indignatus ausem, duro fera roborano stro
 Figit: & iratus longis dat vulnèra ramis
 Purpureum t' hlamylis penna traxere colorem:
 Fibula quod fuerat, vestemque; momorderat aurum;
 Pluma fit: & fuluo ceruix præcingitur auro.
 Nec quidquam antiquum Pico; nisi nominarestant.

Ficus à Circe mutatur in aui sui nominis.

Pici comites in varias feræ rati.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.
 Socij quoque Pici requirentes ducem, ne viribus in noxiam
 scuirent contacti venenis in varias ferarum species abiere mu-
 Interca comites clamato sæpe per agros;

Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,
 Inueniunt Circen: nam iam tenuauerat auras:
 Passaque erat nebulas ventis ac sole resolui:
 Criminibusque premunt veris: regemque reposcunt:
 Vini que ferunt: sauisque parant incessere telis.
 Illa nocens spargit virus, succosque veneni:
 Et noctem, noctisque Deos Erebonque, Chæonque
 Conuocat: & longis Hecaten vlnulatus orat.
 Exsiluere loco (dictu mirabile) siluæ:
 Ingemuitque solum: vicinæque palluit arbor:
 Sparsaque sanguineis rubuerunt pabula guttis:
 Et lapides visi mugitus edere raucos:
 Et latrare canes; & humus serpentibus atris
 Squallere; & tenues animæ volitare videntur.
 Attonitum monstris vulgus pænet: illa pauentius
 Ora venenata tetigit mirantia virga.
 Cuius ab attacku variarum monstra ferarum
 In iuuenes veniunt: nulli sua mansit imago.

FAB. IX. ARGUMENTVM.
 Vxor quoque Pici Canens secundum Tiberim desens deside-
 rio viri amissi extabit: ita tamen vt locus memoriam nominis
 præberet posteris: Canens enim nominatus est.
 Presserat occiduis Tarthesia litora Phæbus:
 Et frustra conuix oculis animoque Canentis
 Expectatus erat famuli, populisque per omnes
 Discurrunt siluas: atque obuia lumina portant.
 Nec satis est Nymphæ flere; & lacerare capillos;
 Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia; seque
 Proripit: ac latos errat vesana per agros:
 Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
 Lumina viderunt inopem somnique, cibusque
 Per inga, per valles, qua fors ducebat euntem.

Canens Pici vxor in auras locoque nomen dedit.

Vli-

400 METAMORPH.
 Ulmus adspexit sessam luctuque, utaque
 Tibris, & in gelida ponentem corpora ripa.
 Illic cum lacrimis ipsos modulata dolores,
 Verba sono tenui marens fundebat; ut olim
 Carmina iam moriens canit exsequialia Cygnus. 430
 Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
 Tabuit: inque leues paulatim evanuit auras.
 Fama tamen signata loco est: quem vitæ Canentem
 Nomine de Nymphæ veteres dixerunt coloni.
 Talia multa mihi longam narrata per annum, 435
 Visaque sunt, resides, & desuitudine rardi
 Rursus inire fretum, rursus dare vela iubemur:
 Ancipitesque vias, & iter Titania vastum
 Dixerat, & scire stare pericula ponti.
 Pertinuit, fateor, nactiisque hoc litus adlixi 440

ARGUMENTVM.

Refert Macareus Aeneam aduersus Rutulos pro Latino dimi-
 cantes ab Euandro auxilium petisse, & quemadmodum Turnus Ve-
 nulo legato a Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauo Ta-
 pygia rege domicilium posuisset, qui id se factum negasset, eo-
 quod pro Aenea Venus rarer, quam in bello Troiano a se vulnera-
 tam inimicam haberet. Refert quoque ut Diomedes comites Vene-
 ris contemptu cupientes in illud proficisci bellum, a Dea in aues
 mutati sunt, quæ de nomine ducis Diomedæ sunt appellatæ. Eorū
 nomina hæc sunt: Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quæ vo-
 lucres albi coloris cygnis similes sunt.

Finierat Macareus: vnaque Aeneia nutrix
 Condita marmoreo tumulo breue carmen habebat:
 Hic me Cæteram notæ pietatis alumna
 Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremavit.
 Soluitur herboso religatus ab aggere funis:
 Et procul insidias, insam, atque relinquunt
 Testa Dea: incosque petunt, vbi nubilus umbra 445

in fœderat
 petu, ut nozv
 camon sub totol
 abab

tear sepulchri

In mare, cum fulua prorumpit Tibris arena,
 Faunigenæque domo potitur, nataque Latini,
 450 Non sine Marte tamen bellum cum gente feroci
 Suscipitur, pactaque fuit pro coniuge Turnus.
 Concurrit Latio Tyrrhena tota, diuque
 Ardua sollicitis victoria queritur armis.
 Auget uterque suas externo robore vires.
 455 Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
 Castra: neque Aeneas, Euandri ad mœnia frustra,
 At Venulus frustra profugi Diomedis ad urbem
 Venerat, ille quidem sub lapyge maxima Dauo
 Mœnia condiderat; dotaliaque arua tenebat.
 460 Sed Venulus Turni, postquam mandata peregit;
 Auxilium petuit, vires Aetolius heros
 Excusat: nec se aut soceri committere pugna
 Velle sui populos, aut quos e gente suorum
 Armet, habere, vellos, neue hæc commenta putetis;
 465 (Admonitu quamquam, luctus renouentur amari)
 Perpetiar memorare tamen, postquam alta cremata est
 Ilion; & Danaas paucunt Pergama flammis;
 * Naritiusque heros a * virgine, virgine raptâ,
 Quam meruit pœnam solus digessit in * omnes,
 470 Spargimur, & ventis inimica per equora rapti
 Fulmina, noctem, umbres, iram, celique, marisque,
 Perpetimur Danaï, cumulumque Capharea cladis.
 Neue moxer referens tristes ex ordine casus:
 Grecia tum potuit Priamo, quoque sterida videri.
 475 Me tamen armifera seruatum cura Minerua
 Fluctibus eripuit: patrius sed rursus ab agris
 Pellor: & antiquo memores de vulnere pœnas
 Exigit alma Venus: tantosque per alta labores
 Aequora sustinui, tantos terrestribus armis;

Diomedes

Turnus Rutulo-
 rum rex contra
 Aeneam;

* Ajax Oilei P.
 a Narice Locri-
 dis vrbe;
 * Pallade ob stu-
 prata in eius tē-
 plo Casandram.
 * nam tota clas-
 sis tēpestatibus
 disiecta est: &
 ipse fulmine
 percussus.
 Diomedis erro-
 res.

VE:

Ut mihi felices sint illi saepe vocati: 480
 Quos communis hycnis, importunusque Caphareus
 Mersit aquis: vellemque horum pars una fuisse.
 Ultima iam passi comites, belloque, fretoque,
 Deficiunt: finemque rogant erroris, at Agmon
 Feruidus ingenio, tum vero & claudibus asper, 485
 Quid superest, quod iam patientia nostra recuset
 Ferre viri? dixit, quid habet Cytheraea, quod Ulva
 (Velle puta) faciat: nam dum peiora timentur,
 Est locus in voto: fors autem ubi pessima rerum est;
 Sub pedibus timor est: securaque summa malorum. 490
 Audiat ipsa, licet: & quod facit, oderit omnes
 Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes
 Spernimus: & magno stat magna potentia nobis.
 Talibus iratam Venere: Pleuronius Agmon,
 Instimulat verbis: veteremque resuscitat iram. 495
 Dicta placent paucis, numerum maioris amici
 Agmona corripimus, cui respondere volenti
 Vox pariter, vocis que visa est tenuata: comaque
 In plumas abeunt: plumis quoque colla teguntur,
 Pectoraque, & tergum: maiores brachia pennas 500
 Accipiunt: cubiti que leues sinuantur in alas
 Magna pedis digitos pars occupat: ora que cornu
 Indurata rigent: finemque in acumine ponunt.
 Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetenore Nycteus,
 Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem 505
 Accipiunt faciem: numeris que ex agmine maior
 Subuolat: & remos plausit: circumuolat alis.
 Si volucrum que sit dubiarum forma requiris;
 Ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.
 Vix equidem has sedes, & Lapygis arida Daunii 510
 Arua gener tenet minima cum parte meorum.

Socij Diomedis in aues Diomedas.

Acuminata sunt.

FAB.

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Lavinie regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurij filius tenuit: quem postea Nymphae coluerunt: has pastor Appulus cum procacibus maledictis terruisset: ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleastrum extabuit: cuius fructus suo amore linguae pastoris asperitatem refert.

Pastor Appulus in oleastrum. Pan.

Hactenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
 Peucetiosque sinus, Messapiaque arua reliquit:
 In quibus antra vider: quae multa nubila silua,
 §15 Et leuibus guttis manantia, semicaper Pan
 Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphae.
 Appulus has illa pastor regione fugatas
 Terruit: & primo subita formidine mouit.
 Mox ubi mens rediit, & contempserunt sequentem;
 §20 Ad numerum motis pedibus duxere choreas;
 Improbat has pastor: saluque imitatus agresti
 Addidit obscenis conuitia rustica dictis.
 Nec prius obticuit; quam guttura condidit arbor:
 Arbor enim est: succoque licet cognoscere mores.
 §25 Quippe notam lingua baccis oleaster amaris
 Exhibet: asperitas verborum cessit in illas.

FAB. XII. ARGUMENTVM.

Turnus aduersus Aeneam pro Lavinia sponsa dimicans, cum immittere ignem classibus conaretur: mater deorum, quia ex Ida monte Phrygiae sibi sacro essent factae, impetrauit precibus ab Ioue, ut in nympharum speciem conuerteret, deorumque marinarum numerum augere possent.

Hinc ubi legati rediere negata ferentes
 Arma Aetola sibi, Rutuli sine viribus illis
 Bella infesta gerunt: multumque ab utraque ciuoris
 §30 Parte datur, fert ecce quidam in pinea Turnus
 Tecta facies: ignisque timent, quibus vnda pepercit.
 Lamque picem, & ceras, alimentaque cetera flammis
 Mulciber urebat: perque altum ad caelum saepe iuauit.

Turnus Aeneam classibus conatur.

404 METAMORPH.
 Ibat: & incuru& sumabant transtra carinae.
 Cum memor has pinus Ideo vertice casas 535
 Sancta Deum genitrix tinnitibus aethera pulsi
 Aenis, & inflati compleuit murmure buxi.
 Perque leues domitis inuicta leonibus auras,
 Irrita sacrilega iactas incendia dextra
 Turne, ait: eripiam: nec me patiente cremabit 540
 Igais edax nemorum partes, & membra meorum.
 Intonuit dicente Dea: tonitruumque secuti
 Cum saliente graues ceciderunt grandine nimbi.
 Aeraque, & tumidum subitis concursibus aquor
 * Astræi turbant, & eunt in prælia fratres. 545
 E quibus alma parens unius viribus usa,
 Stuppea prærupit Phrygiae retinacula classis:
 Fertque rates pronas: medioque sub æquore mergit.
 Robore mollito, lignoque in corpora verso,
 In capitum facies puppes mutantur adunca. 550
 In digitos abeunt, & crura natantia remi:
 Quodque sinus fuerat, latus est: mediisque carina
 Subdita nauis: spina mutatur in usum.
 Lina coma molles, antennæ brachia fiunt.
 Cæculus, ut fuerat, color est, quasque antè timebant; 555
 Illas virginis exercebat lusibus undas.
 Naidæ equoreæ: durisque in montibus orta
 Molle fretum celebrant: nec eas* sua tangit orgo.
 Non tamen oblita, quam multa pericula sæuo
 Pertulerint pelago; iactatis sæpe carinis. 560
 Supposuere manus: nisi si qua vehebat Achivos.

Eadem Virg. Aeneid. ix.

* vent, nam fi- guntur filij Au- rore & Astræi. Gigantis, Hesiod. Theog.

Aeneas naues in Nymphas.

* non capit eas desiderium mon- tium ubi nati- erant.

FAB. XIII. ARGUMENTUM.
 Naues Aeneas in specie Nympharum veritas deorum voluntate docet: ex recordatione Odyssei Græcos, ideoque hilares vidisse fluctuantia fragmina nauis Ulyssis, qui naufragium fecerat. Item Alcinoi nauem, qua Ulysses in Ithacam vehebatur in saxum transfiguratum.

Clas

Cladis adhuc Phrygia memores, odere Pelasgos:
 Nevitæque ratis viderunt fragmina letis
 Vultibus: & letis videre rigescere puppem
 565 Vultibus Alcinoi; saxumque crescere ligno.

Nauis ab Alci- noo Ulyssi data, in saxum.

FAB. XIII. ARGUMENTUM.
 Turno ab Aenea interempto Ardea vrbs regnum Turni incen- dio ad cinerem redacta: ex qua volucris emersa est, quæ patris eius nomine vocaretur à posteris Ardea.
 Spes erat in Nymphas animata classe marinas
 Posse metu monstri Rutulum desistere bello.
 Perstat; habetq; * Deos pars utraque: quodq; Deorum est
 Instar, habent animos, nec iam dotalia regna,
 570 Nec sceptrum fœceri, nec te Lauinia virgo;
 Sed vicisse petunt: deponendique pudore
 Bella gerunt, tandemque Venus victricia nati
 Arma videt: Turnusque cadit: cadit Ardea, Turno
 Sospite dicta potens: quam postquam * barbarus ensis
 575 Abstulit, & tepida paruerunt tecta favilla;
 Congerie è media tum primum cognita præpes
 Subuolat: & cineres plausis euerberat alis:
 Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
 Quæ deceant urbem; nomen quoque mansit in illa
 580 Urbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

* Alludit ad Tur- ni verba Ae- neid. ix. Sunt & mea fata &c.

Turnus vincit- tur ab Aenea. * Troianus.

Ardea Turni uitas in attem

FAB. XV. ARGUMENTUM.
 Venus ut animaduertit filium Aeneam laboribus exhaustis ad finem venisse, petit ab Ioue patre ut promissis fidem faceret. Cuius ille precibus auditis, efficit ut in agro Laurenti sumine Numicio mortalitatem ablucet, interque indigeres deos transferretur, ita ut à posteris, sicut ceteris diis, sacra ei administrarentur.
 Iamque Deos omnes, ipsamque Aeneia virtus
 Iunonem veteres finire coërcuit iras:
 Cum bene fundatis opibus crescentis Iuli.
 Tempestiuus erat calo * Cythereius heros.

* Aeneas Cyth- rex suo Ven- ris f.

Ambic

406 METAMORPH. 585
 Ambieratque Venus superos. colloque parentis
 Circumfusa sui, Nunquam mihi, dixerat, villo
 Tempore dure pater, nunc sis mitissimus opto:
 Aeneaque meo, qui te de sanguine nostro
 Fecit avum, quamais paruum, des, optime, numen,
 Dunt modo des aliquod, satis est inamabile regnum 590
 Adspexisse semel; Stygios semel isse per annes.
 Assensere Dei: nec comix regia vultus
 Immotos tenuit; placat oque annuit ore.
 Tum pater, Est is, ait, caelesti numine dignus:
 Queque petis, pro quoque petis, cape nata quod optas. 595
 Fatus erat: gaudet, grate sique agit illa parenti:
 Perque leues auras iunctis inuecta columbis
 Litus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit
 In freta fluminis vicina Numicius undis.
 Hunc iubet Aenea quaecumque obnoxia morti 600
 Abluere; & tacito deferre sub aquora cursu.
 Corniger exsequitur Veneris mandata: suisque,
 Quidquid in Aenea fuerat mortale, repurgat,
 Et respesit aquis. pars optima restitit illi.
 Lustratum genitrix diuino corpus odore 605
 Vnxit: & ambrosia dulci cum nectare mista
 Contigit os: fecitque Deum: quem turba Quirini
 Nuncupat Indigetem: temploque, arisque recepit.

supra 116.

Aeneas inter deos indigetes.

FAB. XVI. ARGUMENTVM.

Tiberinus Albanorum rex Thusco anni, qui tunc dicebatur Albulus, interitus, ac nome flauio reliquit. Ite Auentinus, a quo mons dicitur, urbis Albæ accepit imperium. Sub hoc fuit Pomona Hamadryadum nympnarum horroru cultrix, feliciuque arborum: vnde nomen e pomis obtinet. Hanc cu Vertumnus diligeret, solius in varias figuras mutari, & ea refugiente concubitu sollicitudine assidua vreretur: nouissime in anum conuersus est; ique multa retrulit, quibus femina stecti solerent, vt sibi iungeretur. Ipsa autē perseverante in proposito, nouissime refert quoque fuisse in Cypro

Anaxereten virginem, quæ propter superbiam punita fuisse à Venere: versusque in suam formam concubuit cum ea.
 Inde sub Ascarij ditione binominis Alba,
 610 Resque Latina fuit: successit Siluius illi:
 Quo satis, antiquo tenuit repetita, Latinus.
 Nomina cum sceptro: clarus subit Alba Latino:
 Epitus ex illo: post hunc Capetusque Capysque,
 Sed Capys ante fuit: regnum Tiberinus ab illis
 615 Cepit: & in Tusci demersus fluminis undis.
 Nomina fecit aque: de quo Remulusque feroxque
 Acrota sunt genti: Remulus maturior annis
 Fulmineo perit imitator fulminis ictu.
 Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
 620 Tradit Auentino: qui quo regnarat, eodem
 Monte iacet positus: tribuitque vocabula monti:
 Iamque Palatine summam Proca gentis habebat.
 Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
 Inter Hamadryadas coluit solertius hortos:
 625 Nec fuit arborei studiosior altera fetus:
 Vnde tenet nomen: non siluas illa, nec amnes,
 Rus amat, & ramos felicia poma ferentes:
 Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce:
 Qua modo luxuriam premit: & spiantia passim
 630 Brachia compescit: fisso modo cortice, lignum
 Inserit: & succos alieno prestat alumno:
 Nec sentire sitim patitur: bibulaque recuruas
 Radicis fibras labentibus irrigat undis.
 Hic amor, hoc studium: Veneris quoque nulla cupido est,
 635 Vim tamen aqrestum metuens, pomaria claudit
 Intus: & accessus prohibet, refugitque viriles.
 Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
 Fecere: & pinu præcincti cornua Panes;
 Silenusque suis semper iuuenilior annis;

quia & Iulus dicitur. posthumus Siluius Aeneæ ex Lavinia F. vide Fastorum lib. 4. v. 41. &c. Tiberis. lib. Fast. 4. v. 42. Agrippu Siliuu facit filium Tiberini, Remulus nepotem.

Auentinus mons Pomona. imperium regionis Palatinæ circumiacentis.

solitio.

661

Quisque Deus fures vel falce, vel inguine tenet;
 Ut potuerunt ea? sed enim superabat amando
 Hos quoque Vertumnus: neque erat felicitior illis.
 O quoties habitu duri messoris aristas
 Corbe tulit: curique fuit messoris imago!
 Tempora sepe, vertens sereno religata recenti;
 Defectum poterat gramen * versare videri
 Sæpe manu stimulos rigida portabat; ut illum
 Iyrasses fessos modo distinxisse militescos.
 Falce data frondator erat, virisque putator.
 Induerat scalas; lecturum poma putares.
 Miles erat gladio, piscator arundine sumpta,
 Denique per multas aditum sibi sepe figuras
 Repperit; ut caperet spectatæ gaudia formæ.
 Ille etiam picta sedimnis tempora mira,
 Innitens baculo: positus per tempora canis
 Assimulavit animum: cultusque intravit in hortos:
 * Pomæque mirata est: Tantoque potentior inquit!
 Paucæque laudata dedit oscula; qualia nunquam
 Vera dedisset: annis glebæque incurva resedit
 Suspiciens pandos autumnæ pondere ramos.
 Vlmus erat contra speciosa nitentibus vitis:
 Quam socia postquam pariter cum vite probavit
 At si staret, ait, caelebs sine palmitè truncus;
 Nil præter frondes, quare peteretur, haberet.
 Hæc quoque, quæ iuncta vitis requiescit in olmo,
 Si non iuncta foret: teriæ acclinata raceret.
 Tirramen exemplo non tangeris arboris huius;
 Concubitusque fugis: nec te coniungere curas.
 Atque vitam velles. Helene non pluribus esset
 Sollicitata procis: nec quæ Lapithæia mouit
 Prælia, nec coniux * timidi, * atque audacis Vlysser.
 Nunc

Vertumnus in
 omnes formas.
 Instar scænis
 Vertumnus in
 num.
 In omnibus,
 uos vidi, lib.
 ulgatis hunc
 erium sequi-
 ur duo alij, pla
 è falsi, absunt
 nim ab Aldi e-
 ito libro, &
 riptis nostris
 ouc. vt intelli-
 as, quis præter
 Idli veteribus
 membranis sit
 sus, quas tamè
 eratum omnes
 ctant.
 Hippodamia.
 b. xij. v. 210.
 in confidit.
 in fruendis
 nfidit.

Nunc quoque cum fugias auerisque petentes;
 Mille vni cupiunt, & semideique Deique,
 Et quæcumque tenent Albanos numina montes.
 67 Sed tu si sapias: si te bene iungere, annique
 Hanc audire voles: quæ te plus omnibus illis,
 Plus quam credis, amo, vulgares reuice tædas:
 Vertumnumque tori socrum: tibi delige: pro quo
 Me quoque pignus habe, neque enim sibi notior ille est.
 68 Quam mihi nec toto passim vagus errat in orbe:
 Hæc loca magna colit, nec vti pars magna procorum,
 Quam modo vidit, amai: tu primus, & ultimus ille
 Ardor eris: solique suos tibi deuouet annos.
 Adde quod est iuuenis: quod naturale decoris
 68 Munus habet: formæque apte fingetur in omnes:
 Et quod erit iussus (iubeas licet omnia) fiet.
 Quid quod amatus idem? quod quæ tibi poma coluntur,
 Primus habet? lætæque tenet tua munera dextra?
 69 Sed neque iam fetus desiderat arbore demptos:
 Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas:
 Nec quicquam, nisi te, misereere ardentis: & ipsum
 Quod petit, ore meo præsentem crede precari.
 Vltrosque Deos, & pectora dura perosam
 Idaliæ, memoremque time Rhannusidis iram.
 69 Quoque magis caueas, lætenim mihi multa vetustas
 Scire dedit referam tota notissima Cypro
 Facta: quibus flecti facile, & nitescere possis.
 F A B. X V I I. A R G V M E N T V M.
 69 In insula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminis,
 quæ forma ceteras gentes eiusdem ciuitatis supergressa est, sed v-
 pulchritudo eminentis fuit, ita propter aspernationem virorum
 abominanda omnibus. Quam cum Iphis eiusdem ciuitatis, amo-
 re diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens quod in tam
 grauem sortem incidisset, ne diutius doleret, ad extremum noctis
 clam ante fores puellæ suspendio eius amore se liberauit. Cur cura
 sua

funus pro dignitate fortunæ per publicum maxima frequentia duceretur; & patientissimè ex superiori parte domus prospiceret; ob nimiam crudelitatem, animique duritiam in vestigio suo à Veneris saxo durata est: ita ut apud Salaminius species eius prospicientis Veneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus rediens in suam speciem Pomona potitus est.

Iphis Anaxaretes amore periculis, se laqueo suspendit ad eiusdem stammam.

Viderat à veteris generosam sanguine Teucri

Iphis Anaxaretem humili de stirpe creatus.

Viderat: & totis perceperat ossibus ignes: 700

Luctat usque diu; postquam ratione furorem

Vincere non potuit; supplex ad limina venit.

Et modo nutrici miserum confessus amorem;

Ne sibi dura foret; per spes orauit alumna:

Et modo de multis alicui blanditus amicus 705

Sollicita petit propensum voce fauorem.

Sæpe ferenda dedit blandis sua verba tabellis.

Interdum madidas lacrimarum rore coronas

Postibus intendit: posuitque in limine duro

Molle latus: tristisque serâ conuicia fecit. 710

Senior illa freto surgente cadentibus hædis;

Durior & ferro, quod Nonius excoquit ignis;

Et saxo, quod adhuc vimum radice tenetur;

Spernit: & irridet: factisque immitibus addit

Verba superba serox: & spe quoque fraudat amantem. 715

Non tulit impatiens longi tormenta doloris

Iphis: & ante fores hæc verba nouissima dixit:

Vincis Anaxarete: neque erunt tibi tandem

Vlla ferenda mei: latos molire triumphos: 720

Et pæna voca: nitidæque incingere lauro.

Vincis, ait: moriorque libens. agè ferrea gaude.

Certe aliquid laudare mei cogers: eritque

Quo tibi sim gratus: meritumque fatebere nostrum.

Non tamen ante mihi curam excessisse memento;

Quam

725 Quam vitam: geminæque simul mihi luce carendum est.

Nec tibi fama mei ventura est nuntia leti;

Ipse ego, ne dubites, adero: præsensque videbor;

Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.

Si tamen o superi mortalia facta videtis;

730 Este mei memores: nihil ultra lingua precari

Sustinet: & longo facite ut narremur in æno:

Et qua dempsistis vita, date tempora fama.

Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis

Humentes oculos, & pallida brachia tollens,

735 Cum foribus laquei religaret vincula summis;

Hæc tibi ferta placent, crudelis, & impia, dixit:

Inseruitque caput: sed tum quoque versus ad illam est:

Atque onus infelix: ellsa fauce pependit.

Icta pedum motu trepidantem, & multa gementem

740 Visa dedisse sonum est, adaperatque ianua factum

Prodidit, exclamant famuli: frustra que leuatum

(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.

Accipit illa sinu: complexaque frigida nati

Membra sui, postquam miserarum verba parentum

745 Edidit; & matrum miserarum facta peregit;

Funera ducebat mediam lacrimosa per urbem;

Luridæque arfuro portabat membra feretro.

Fortè vicinâ vicina domus; quâ flebilis ibat

Pompa, fuit: duræque sonus plangoris ad aures

750 Venit Anaxaretes: quam iam Deus ultor agebat.

Mota tamen, Videamus, ait; miserabile funus:

Et patulis inuit tectum sublime fenestris.

Vixque bene impositum lecto prospexerat Iphis:

Diriguere oculi: calidusque è corpore sanguis

755 Inducto pallore fugit: conatæque retro

Ferre pedes, hæsit: conata auertere vultus,

Anaxarete pud
la in saxum.

Ho

præcipue circa pectus rigidum planè & inextinguibile.

Hoc quoque non potuit paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro iam pridem corpore, saxum.
Nene ea facta putes; dominae sub imagine signum
Seruat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum 760
Prosperientis habet, quorum memor, o mea, lentos
Pone, precor fastus: & amant iungere, Nymphæ.
Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
Poma; nec excutiant rapidi florentia venti.
Hæc ubi nequicquam formas Deus apertus in omnes, 765
Edidit; in iuuenem rediit: & amilia demit
Instrumenta sibi: talisque apparuit illi;
Qualis ubi oppositas nitidissima solis imago
Euicit nubes; nullaque obstante reluxit:
Vimque parat: sed vi non est opus, inque figura
Capta Dei Nymphæ est: & mutua vulnera sensit.

FAB. XVIII. ET XIX. ARGUMENT.

Post Amulij, ac Numitoris Albanorum regum interitum, Romulus urbis à se conditæ cepit imperium. Qui cum aduersus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hostis appropinquauit urbi: portis obsecris vna patefacta est, Tarpeia virgine prodente patriâ. Quod ut præsentit Venus; pro filij incolumitate à Nymphis, quæ proximæ Iano erant, geminum petiit auxilium. Data ergo venia, secundum portam, quam Sabini irrupturi erant, recluso fonte scaturire aquæ, quæ antea latherant, ceperunt: quæ cum frigidæ hosti introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas versæ, hoste auerterunt; victoriæ quæ Romulus positus, rebus urbis compositis, iura red dens populo, sicut petierat mater, raptus in cælum est: ita ut Quirinus nouo nomine vocaretur.

ob fratrem imperio eiec- tum, & occisum Lau- sum eius F. Tati- us Roman- innadit. propter raptu- Sabinarum. Sp. Tarpei qui Rom. arci præ- erat filia. quomodo ar- nois obruta & necata sit, variè narrat Lin. lib. 1. Sabini, quoru- urbs est. Cures.

Proximus Ausonias iniusti miles Amuli
Rexit opes. Numitorque senex amissa nepotum
Munere regna capit: festisque Parilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatiús, patresque Sabini
* Bella gerunt: arciisque via * Tarpeia reclusa
Dignam animam pœna congestis exiit armis.
Inde * sati Curibus tacitorum more luporum

Ore

Ore premunt voces: & corpora victa sopore
780 Inuadunt; portasque petunt: quas obice firmo
Clauferat: Iliades. vnam tamen ipsa reclusit,
Nec strepitum verso Saturnio cardine fecit:
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit:
Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam
785 Diis licet acta Deum. Iano loca iuncta tenebant
Naides. Ausonia gelido rostantia fonte:
Has rogat auxilium, nec Nymphæ iusta petentem
Sustinere Deam: venasque, & flumina fontis
Elicuere sui, nondum tamen inuisa Iani
790 * Ora patentis erant, nec iter præcluserat vnda.
Lurida supponunt secundo sulfura fontis:
Incenduntque cauas fumante bitumine venas.
Viribus his, aliisque vapor penetrant ad ima
Fontis: & Alpino modo quæ certare rigori
795 Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipsis.
Flammiferæ gemini fumant adspersione postes:
Portaque nequicquam rigidis promissa Sabinis
Fonte fuit præstructa nouo: dum Martius arma
Indueret miles, quem postquam Romulus vltro
800 Obtulit: & strata est tellus Romana Sabinis
Corporibus; strata estque suis generique cruorem
Sanguine cum soceri permisit impius ensis,
Pace tamen sisti bellum, nec in vltima seruo
Decertare placet: Tatiumque accedere regno.
805 Occiderat Tatiús populisque equata duobus
Romule iura dabas: posita cum caeside Manors
Talibus affatur diuinique hominumque parentem:
Tempus adest genitor (quoniam fundamine magno
Res Romana valet: & præsele pender ab vno)
810 Præmia iam promissa mihi, dignoque nepoti

Romulus... Fab. 19. Romulus in Deu nomine Quirinus.

Loca quæ m... do dixit Iano iuncta, hinc ora... ludi ad suos factos lib. 1. v. 269. vbi & calore aquarum Iani munus fa- cit, ut hinc Nympharum aquæ frigidæ in calidas. quod necatim eam quæ patefecerat portam. Romanus à patre Romuli.

Fab. 19. Romulus in Deu nomine Quirinus.

Sole

Soluere: & ablatum terris imponere calo.
 Tu mihi consilio quondam presente Deorum
 (Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
 Vnus erit, quem tu tolles ad sidera cali;
 Dixisti. rata sit verborum summa tuorum,
 Annuit omnipotens: & nubibus aera cecis
 Occuluit, tonitruque & fulgure terruit orbem.
 Que sibi promissa sensit, data signa rapina,
 Innixusque hasta pressos remone cruento
 Impavidus conscendit equos Gradiuus: & ictu
 Verberis increpuit: pronumque per aera lapsus
 Constitit in summo nemorosi colle Palati:
 Reddentemque suo non regia iura Quirini
 Abstulit. Iliaden corpus mortale per auras
 Dilapsum tenues; ut lata plumbea funda
 Missa solet medio glans intabescere calo.
 Pulchra subit facies: & pulvinaribus altis
 Dignior est; qualis trabeati forma Quirini.
 Flebat ut amissum coniux; cum regia Iuno
 Irim ad Herfiliam descendere limite curuo
 Imperat: & vacua sua sic mandata referre.

¶ Versus est En-
 nij, legendus &
 hic, ut ab auto-
 re relicus est,
 quod cum in fi-
 mitis aliis doce-
 bimus in no-
 stra editione.

¶ aqua & ciui-
 lia, no tyrannica.

¶ talis tunc ap-
 paruit, qualis
 eius trabea in-
 duri imago po-
 stea pingi con-
 fecit.

¶ arcu suo.

FAB. XX. ARGUMENTVM.

Herfilia coniux Romuli cum fieret amissum coniugem, a Iunone
 ei post datam immortalitatem Ora nuncupata est: quorum templa
 a populo Romano in colle Quirinali constituta sunt.

O & de Latio, o & de gente Sabina
 Precipuum matrona decus, dignissima tanti
 Ante fuisse viri coniux, nunc esse Quirim;
 Siste tuos fletus: & si tibi cura videndi
 Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
 Qui vivet: & templum Romani regis obumbrat.
 Parei: & in terram pictos delapsa per arcus,

315
 320
 325
 330
 335

Herfiliam iussis compellat vocibus Iris.
 340 Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
 O Dea (namque mihi, nec que sis dicere promptum est:
 Et liquet esse Deam) duc, o duc, inquit: & offer
 Coniugis ora mihi: quem si modo posse videre
 Fata semel dederint, calum accepisse videbor.
 345 Nec mora, Remiuleos cum virgine Thauimanthea
 Ingreditur colles, ibi sidus ab aethere lapsum
 Decidit in terras: a cuius lumine flagrans
 Herfilia crinis cum sidere cessit in auras.
 Hanc mambus notis Romana conditor urbis
 350 Excipit: & priscum pariter cum corpore nomen
 Mutat: Oramque vocat: qua nunc Dea iuncta Quirino est.

Herfilia in Ora
 Deam

355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XV

ARGUMENTVM

Mycilus Aemionis filius procreatus Argis, eum quieti se dedit. Hercules visus est, qui cum moneret, ut patriam relinqueret, & secundum Aesarem animum consideret, qui cum facere extimesceret, quia lex veteret deserere patriam, & in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque penates suos destituit, ideoque in iudicium publicum est devocatus, & cum omnem populum aduersus se haberet, iudicaturis calculi albi, ac nigri dati sunt. Vt patri damnarent, candidi absoluerent. Mycilus itaque partem periculum capitis, Herculem inuocauit, ut laboranti sibi, quia eius iussis obtemperasset, ferret auxilium: cuius preces non incassum abierunt. Nam cum calculi more patrie in vna effusi deduci essent, omnes apparuerunt in colorem album conuersi. Quamobrem ille metu liberatus per Ionium pelagus nauigans, cum in Italiam venisset, & Aesarem animum attigisset, sicut preceptum erat, urbem contigit: eamque a proximo tumulo, cui & Tares Neptuni filius subiectus erat, Tarentum nominauit.

Videatur Lucanus alium potius fecurus, quam Ovidium, qui de Tara villo & Tarento ne somnauit quidem. *Anna Popilius.*

Crotonis, qui Herculem ex Hispania videri Gerione reuersum excepit. *Promontorium inter Adriaticum mare & Epiroticum.*

Queritur interea quis tanta pondera molis
Sustineat: tantoque queat succedere regi.
Destinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam, non ille satis cognosce Sabine
Gentis habet ritus; animo maiora capaci
Concipit: & quæ sit rerum natura requirit.
Huius amor curæ, patria, Curibusque relictis
Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitium urbem.
Graia quis Italicis auctor posuisset in oris
Mænia quærenti, sic è senioribus vnus
Rettulit indigenis, veteris non inscius æui:
Dives ab Oceano bobus Ioue natus Iberis
Litora felici tenuisse Lacina cursu
Fertur: & armento teneras errante per herbas.

Ipsa

- 15 Ipse domum magni, nec in hospita tecta Crotonis
Intrasse; & requie longum releuasse laborem;
Atque ita discedens, Aëno, dixisse, nepotum
Hic locus, urbis erit: promissaque vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
- 20 Mycilus, illius Diis acceptissimus æui.
Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
Clauiger alloquitur: lapidasas Aesaris undas
Ipete diuersi: patrias age desere sedes.
Et nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.
- 25 Postea discedunt pariter somnūsque Deusque.
Surgit Alemonides: tacitæque recentia mente
Visa refert: pugnatque diu sententia secum.
Numen abire iubet: prohibent discedere leges:
Pœnæque mors posita est patriam mutare volenti.
- 30 Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol:
Et caput extulerat densissima siderum nox:
Visus adesse idem Deus est; eademque monere;
Et nisi paruerit, plura, & grauiora minari.
Pertinuit: patriamque simul transferre parabat
- 35 In sedes penetrare nouas, fit murmur in urbe:
Spretarumque agitur legum reus: utque peracta est
Causa prior: crimemque patens sine teste probatum;
Squalidus ad superos tollens reus ora, manusque,
O cuius calum bis sex fecere labores,
- 40 Fer precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquis, mureis, atrisque lapillis;
His damnare reos, illis absolere culpa.
Tunc quoque sic lata est sententia tristis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
- 45 Quæ simul effudit numerandos versa lapillos;
Omnibus è nigro color est mutatus in album:

Mycilus capitis reus factus.

procul hinc disiti, est enim hic fl. in Calabria, iuxta Crotonam labens. *Strab. 6.*

ipla conficta.

aperuerunt, acquisuerunt. Suffragia lata per lapillos.

Calculi nigri in candidos.

d

Can.

Candidaque Herculeo sententia numine facta
 Soluit Alemonidem, grates agit ille parenti
 Amphitryoniada: ventisque fauentibus aquor
 Nauigat Ionium: Lacedaemoniumque Tarentum
 Praeterit, & Sybarim, Salentinumque Neathum,
 Thurinosque sinus, Temesēnque & Iapygis arua.
 Vixque pererratis quae spectant litora terris,
 Inuenit Aesareï fatalia fluminis ora;
 Nec procul hinc tumultum, sub quo sacrata Crotonis
 Ossa tegebat humus: iussaque ibi mœnia terra
 Condidit: & nomen tumultu traxit in urbem.
 Talia constabat certa primordia fama
 Esse loci, positaeque Italis in sinibus urbis.

FAB. II. ARGUMENTVM.

Pythagoras Samius tyrannidē fugiens cū patriam reliquisset, in Italiam venit, & quae didicerat de rerū natura, mundi que, aperit, ad modumque seculi aurei docet: ad vsus quoque necessarios cuncta praebente terra nefas esse animalibus vesci: quod essent in eis forte confanguineorum animarū mortaliū: & quod ē corporibus in corpora animarū transfunderetur. Postea docet vnde occidē dorū animalia vsus primum inoleuerit. Nam paulatim concessum est, vt maleficae ferarū dolis interceptae occiderentur; & mansuetarum ferarū fides, quod fruges faras eruerent; item capri, quod vitem maturam praecerpere assueissent, nec deinde fructus cresceret.

Pythagorae dogmata.

Vix fuit hic ortu Samius: sed fugerat una
 Et Samon, & dominos; odioque tyrannidis exsul
 Sponte erat. isque licet caeli regione reuotus,
 Mente Deos adiit: & quae natura negabat
 Visibus humanis; oculis ea pectoris hausit.
 Cūque animo, & vigili perspexerat omnia curas;
 In medium discenda dabat, ceterumque silentium,
 *Dictaque mirantum, magni primordia mundi,
 Et rerum causas, & quid natura docebat:
 Quid Deus, vnde niues, quae fulminis esset origo:

Pythagoreis enim pro ipsorum captu ad certum tempus silentium iniungebatur. Azell. 1, 9.

Inpi-

70 Iupiter, an venti discussa nube tonarent;
 Quid quateret terras; quae sidera lege mearent;
 Et quodcumque latet, primusque animalia mensis
 Arguit imponi: primus quoque talibus ora
 Docta quidem soluit, sed non & credita, verbis:
 75 Parcite mortales dapibus tenerare nefandis
 Corpora: sunt fruges: sunt deducuntia ramos
 Pondere poma suo, tumidaque in vitibus uua:
 Sunt herbae dulces; sunt quae mitescere flamma,
 Mollisque queant: nec vobis lacteus humor.
 80 Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
 Prodigia diuitias, alimentaque mitia tellus
 Suggest: atque epulas sine cade, & sanguine prabet.
 Carne ferae sedant ieiunia: nec tamen omnes:
 Quippe equis, & pecudes, armenta que gramine viuunt:
 85 At quibus ingenium est immansuetumque ferumque,
 Armenia tigris, iracundi que leones,
 Cūque lupis vrsi dapibus cum sanguine gaudent.
 Heu quantum scelus est in viscere viscera condi;
 Congestaque avidum pinguescere corpore corpus;
 90 Alteriusque animantem animantis viuere leto!
 Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
 Terra creat; nil te nisi tristia mandere sauo
 Vulnere dente inuat? rit usque referre Cyclopius?
 Nec, nisi perdidideris alium; placare voracis.
 95 Et male morati poteris ieiunia ventris?
 At verus illaetas, cui fecimus Aurea nomen;
 Fetibus arboris, & quas humus educat, herbis,
 Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
 Tunc & aues tute mouere per aera pennas:
 100 Et lepus impavidus medijs errauit in aruis:
 Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.

Pythagorae dogmata.

Cunctis

*viuendi faci-
litati.

Cuncta sine insidiis, nullamque timētia fraudem,
 Plenāque pacis erant postquam non vtilis auctor
 *Victibus inuidit, (quisquis fuit ille Deorum)
 Corporea que aapes auidam demersit in aluum;
 Fecit iter sceleri, primoque e cade ferarum
 Incauisse potest maculatum sanguine ferrum:
 (Idque satis fuerat) nostrumque petentia letum
 Corpora missa ueni salua pietate satemur:
 Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.
 Longius inde nefas abuit: & prima putatur
 Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
 Eruerit rostris, spemque interceperit anni.
 Vite caper morsu Bacchi mactatus ad aras
 Dicitur vltoris, nocuit sua culpa duobus.
 Quid meruistis oves placidum pecus inque tuendos
 Natum homine? pleno que fertis in vberē nectar?
 Mollia que nobis vestras velamine lanas
 Præbetis? vitæque magis, quam morte iuuatis?
 Quid meruere boues, animal sine fraude, dolisque
 Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
 Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
 Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
 Ruricolam mactare suum: qui trita labore
 Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,
 Tot dederat messes; percussit colla securi.
 Nec satis est, quod tale nefas committitur: ipsos
 Inscrisere Deos sceleri, numenque supernum
 Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenti.
 Victimâ labe carens, & præstantissima forma,
 (Nam placuisse nocet) vitæ insignis, & auro,
 Sisset ante aras, auditque ignara precantem:
 Imponique sua videt inter cornua fronti,

Est prima ho-
stia.
Caper.
Oues.

Et oues

Alludit poëta
ad id, quod Py-
thagoras non
victimas sed pla-
centas in Deorum
faciis obrulerit.

Quas

Quas coluit, fruges, percussaque sanguine cultros
 35 Inscit in liquida præu: sos forsitan vnda.
 Protinus ereptas viuenti pectore fibras
 Inspiciunt: mentisque Deum scrutantur in illis:
 Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
 Audetis vefci genus o mortale? quod oro
 40 Ne facite: & mouitis animos aduertite nostris:
 Cumque bouum dabitur casorum membra palato:
 Mandere vos vestros scite, & sentite colonos.
 Et quoniam Deus ora mouet, sequar ora mouentem
 Rite Deum, Delphosque meos, ipsumque recludam
 45 Aethera: & augustæ referabo oracula mentis.
 Magna, nec ingenis inuestigata priorum,
 Quæque diu latuere, canam, inuat ne per alta
 Astra: inuat terris, & inerti sede relicta,
 Nube vehi, validique humeris insistere Atlantis:
 50 Palantesque homines passim, rationis egentes
 Despectare procul, trepidosque, obitumque timentes
 Sic exhortari, seriemque euoluere sat.

P A B. I I I. A R G V M E N T V M.

Pythagoram eundem iouduci referentem cuncta rerum tempo-
 ribus mutari: si quidē ipse annus vertitur in quatuor species, veris,
 ætatis, autumnū, & hiemis: & que nascuntur, quoniam in initio pro-
 dita teneras, immittunt que species habeant: deinde crescendo ro-
 bustæ ætatis, nouissime ienescens fieri: se quoque memoria tene-
 re bello Troiano Euphorbum Panthoidem fuisse: & postea quam a
 Menelao sit occisus in bello, ad imam eius in se esse transfusam, cly-
 peumque eius, dum in ætates ductus sit, quo vsus esset in bello, in
 templo Iuonis Argiæ cognouisse.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis,
 Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis,
 55 Materiem vatium, falsique pericula mundi?
 Corpora siue rogi flamma, seu tabe vetustas
 Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis.

*molâ saluam
vel in ipso
ictu, vel iacen-
tes in aquis:
*quæ in sacrifi-
ciis iuxta poni
solet, vbi hostiæ
iugulantur.

Euphorbus in
Pythagoram.

Merte

Phallegeneſia
Pythagoræ.

vel ab Abante
rege, vel ab A-
bantibus Eu-
boiæ populis.

Morte carent anima: ſemperque priora relicta
 Sede, nouis domibus viuunt: habitantque receptæ.
 Ipſe ego (nam meminî) Troiani tempore belli
 Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam
 Haſit in aduerſo grauis haſta minoris Atida.
 Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtra
 Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
 Omnia mutantur: nihil interit: errat, & illinc
 Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus
 Spiritus: æque ſeris humana in corpora tranſit,
 Inque ſeras noſter: nec tempore deperit ullo.
 Vtque nouis facilis ſignatur cera figuris;
 Nec manet, ut fuerat: nec formam ſeruat eandem;
 Sed tamen ipſa cadem eſt: animam ſic ſemper eandem
 Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.
 Ergone pietas ſit victa cupidine ventris;
 Parcite (vaticinor) cognatas cade nefanda
 Exturbare animas: nec ſanguine ſanguis alatur.
 Et quoniam magno feror equore: plenaque ventis
 Vela dedi: nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
 Cuncta fluunt: omniſque vagans formatur imago.
 Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu,
 Non ſecus ac flumen: neque enim conſiſtere flumen,
 Nec leuis hora poteſt: ſed ut vnda impellitur vnda;
 Virgeturque prior veniente, virgeturque priorẽ,
 Tempora ſic ſugiunt pariter: pariterque ſequuntur:
 Et noua ſunt ſemper: nam quod fuit ante, relictum eſt:
 Fitque quod haud fuerat: momentaque cuncta nouantur.
 Cernis, & emenſas in lucem tendere noctes;
 Et iubar hoc nitidum nigra ſuccedere nocti.
 Nec color eſt idem: cali cum laſſa quiete
 Cuncta iacent media: cumque albo Lucifer exit

Clarus

190 Clarus equo: ruruſque alius, cum præuia lucis
 Tradendum Phæbo Palantias inſicit orbem.
 Ipſe Dei clypeus, terra cum tollitur ima,
 Manè rubet; terraque, rubet, cum conditur ima.
 Candidus in ſummo eſt: melior natura quod illie
 195 Aetheris eſt: terraque procul contagia fugit.
 Nec par, aut eadem nocturna forma Diana
 Eſſe poteſt umquam: ſemperque hodierna, ſequente
 Si creſcit, minor eſt: maior: ſi contrahit orbem.
 Quid? non in ſpecies ſecedere quattuor annum
 200 Adſpicias, ætatis peragentem imitamina noſtra?
 Nam tener, & lactens, puerique ſimillimus æuo
 Vere nouo eſt: tunc herba recens, & roboris expers
 Turget: & inſolida eſt: & ſpe delectat agreſtes.
 Omnia tum florent: florumque coloribus almus
 205 Ludit ager: neque adhuc virtus in frondibus vlla eſt.
 Tranſit in Aeſtatem, poſt Ver, robuſtior annus:
 Fitque valens iuuenis: neque enim robuſtior ætas
 Vlla, nec oberior: nec, que magis ardeat, vlla eſt.
 Excipit Autumnus, poſito feruore iuuenta,
 210 Maturus, mitiſque inter iuuenemque, ſenemque
 Temperie mediũs, ſparſus quoque tempora canis.
 Inde ſenilis Hiems tremulo venit horrida paſſu,
 Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet, alba capillos.
 Noſtra quoque ipſorum ſemper, requieque ſine vlla
 215 Corpora vertuntur: nec quod ſuimusue, ſuimusue,
 Cras erimus: fuit illa dies; qua ſemina tantum,
 Spesque hominum primæ, matrisque habitauimus aluo.
 Artifices natura manus admouit: & angu
 Corpora viſceribus diſtenta condita matris
 220 Noluit: æque domo vacuas emiſit in auras.
 Editus in lucem iacuit ſine viribus infans:

Soli

Luna

Ver.
Aeſtas.

Autumnus

Hiems.

Ætates qua-
tuor.

Moſ

d 4

Mox quadrupes, rit uque tulit sua membra ferarum:
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisque aliquo conamine nervis:
Inde valens, veloxque fuit: spatiumque iuventa
Transit: & emeritis medij quoque temporis annis,
Labitur occidua per iter decline senectæ.
Subruit hæc æui, demoliturque prioris

Milo Crotonia- Robora flētque Milon senior, cum spectat inanēs
Illos, qui fuerant solidarum morte ferarum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

Flet quoque ut in speculo rinas adspexit amiles
Tyndaris: & secum, cur sit bis rapta, requirit.
Helene forma- Tyndaris: & secum, cur sit bis rapta, requirit.
tate deterior. Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis: vitiatæque dentibus æui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Hæc quoque non perstant, quæ nos elementa vocamus:
Quasque vices peragant, animos adhibete, docebo.

FAB. IIII. ARGUMENTVM.

Ipsa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transi-
gurari motibus suis: resolutam enim tellurem in aquas abire, at-
tenuatam aquam efficere, & æra rursus per eundem ordinem retexi:
spissatum ignem enim in æra verti, hunc in aquam, hanc in terram
abire. ceteraque rerum perinde variari, quæ tempus, aut natura ac-
ceptas ab initio facies cogit amittere. eadem fluminibus etiam fon-
tibus ac terrenis locis accidere.

Sementorum- Quattuor æternus genitalia corpora mundus
metationes. Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoque

Pondere in inferus tellus, atque vnda feruntur:
Et totidem gravitate carent: nulloque premente
Alia petunt ær, atque ære purior ignis.
Quæ quamquam spatio distant: tamen omnia fiunt
Ex ipsis: & in ipsa cadunt: resolutæque tellus
In liquidas rarefcit aquas: tenuatur in auras,
Æræque humor habet: dempto quoque pondere rursus

In

In superos ær tenuissimus emicat ignes.

Inde retrò redeunt: idemque retexitur ordo.

250 Ignis enim densum spissatus in æra transit:
Hinc in aquas: tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuique manet: rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.

Nec perit in tanto quidquam (mihî credite) mundo:
255 Sed variat: faciẽmque novat: nascique vocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit ante: morique
Definere illud idem. cum sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc: summa tamen omnia constant.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem
260 Crediderim: sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic toties versa est fortuna locorum.

Aquæ in terras,
motes in valles,
& contrâ.

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus;
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conche iacuerunt marine:

265 Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit: & eluivie mons est deductus in æquor.
Equæ paludosa siccis humus aret arenis:
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.

270 Hic fontes natura novos emisit, & illic
Clauisit: & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina profiliunt: aut exsiccata residunt.

FAB. V. ARGUMENTVM.

Amnem Lyciæ consumptum ostendit, alias apparuisse, alias non.
Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatus,
Exsistit procul hinc, alioque renascitur orbe.

Lycus fluvius.
De utroque
Flin. l. 2. c. 19. §.

FAB. VI. ARGUMENTVM.

Erasinus in Arcadia fluere visus, modò lateas, terræ voragine
absumptus, postea Argis est redditus voluntate Iunonis.

d s

84

Erasin' fluius: Sic modo combibitur; tecto modo gurgite lapsus. 273
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.

FAB. VII. ARGUMENTVM.

Caycus fluius: Caycum flumen Myfix aliis nunc ripis, aliis in initio fluxisse fertur.

Et Misum capitisque sui, ripaque prioris Penituisse ferunt; alia nunc ire Caycum.

FAB. VIII. ARGUMENTVM.

Amasenus fluius: Amasenu flumen Si alix innumescere, resuere, interdum siccat.

Nec non Sicanius voluens Amasenus arenas Nunc fluit: interdum suppressis fontibus aret. 280

FAB. IX. ARGUMENTVM.

Anigrus fluius: Anigrum flumen inuodissimam aquam sitientibus prestasse: posteaquam Centauri ab Herculeis sagittis confecti cruorem in eo abluerint, aspero aduenientes fugasse odore.

Ante bibebatur; nunc quas contingere nolis Fundit Anigrus aquas; postquam (nisi vatibus omnis Eripienda fides) illic lauere Bimembres Vulnere, clauigeri quae fecerat Herculis arcus.

FAB. X. ARGUMENTVM.

Hypanis fluius: Hypanim Scythiae amnem marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulcissimi, ob fontem regionis eiusdem in eum influentem.

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, 285
Qui fuerat dulcis, salibus vitatur amaris?

FAB. XI. ARGUMENTVM.

Insulae in continentem: Antissa, & Pharos, item Tyros in Phoenicia, insulae fuerunt, nunc vero continenti coniunctae.

Fluctibus ambita fuerant Antissa, Pharosque, Et Phoenissa Tyros: quarum nunc insula nulla est.

FAB. XII. ARGUMENTVM.

Insula ex continente: Item Leucades insulae tres in solo sunt nunc; a fluctibus olim relictae; item Zancle olim coniuncta Italiae, nunc freto discriminatur; propterea id contigit, quod Latoniae sedes est ibi negata.

Leucada continuam veteres habuere coloni: Nunc freta circumueunt. Zancle quoque iuncta fuisse 290
Dicitur

Dicitur Italiae; donec confinia pontus Absulerit; & media tellurem repulit vnda.

Regiones quaedam a loco genitae abruptae.

FAB. XIII. ARGUMENTVM.

Helice & Bura: Helice, & Bura Achaiae vrbes ponto voratae sunt. Si queris Helicen, & Burae Achaidae vrbes; Inuenies sub aquis: & adhuc ostendere nautae Inclinatae solent cum membris oppida merisis. 295

Helice Bura.

FAB. XIII. ARGUMENTVM.

Pitheus Aetnae: Tumulum secundum Traczenam urbem ex area factum ait eruptione spiritus, qui terrae increuerat.

Est prope Pitheam tumulus Traczena sine collis Arduus arboribus, quondam planissima campi Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu) Vis fera ventorum, caecis inclusa cavernis,

* Pithei Aetnae patris patriam Ex planicie montes.

300 Exspirare aliqua cupiens, lucrat aequae frustra Liberiore frui calo, cum carcere rima Nulla foret toro: nec peruia statibus esset; Extentam tumescit humum ceu spiritus cras

Terrae motus

305 Tendere vesicam solet; aut direpta bicornis Terga capri. tumor ille loci permansit: & alti Collis habet speciem: longoque induruit aeo.

FAB. XV. ARGUMENTVM.

Hammonis fons: Fons in Africa Hammonis, solis ortu, obituque calescit, postmodum in glaciem vertitur.

Plurima cum subeant audita, aut cognita nobis; Pauca super referam. quid? non & lymphas figurat Datque, capiteque nouas? medio tua corniger Hammon 310 Vnda die gelida est: ortuque, obituque calescit.

Hammonis fons

FAB. XVI. ARGUMENTVM.

Athamantis fons: Athamanis, Thessaliae regionis fonti lignum tenuata luna adnotum accenditur.

Adnotis Athamantis aquis accendere lignum Narratur; minimos cum luna recessit in orbis.

Athamantis fons

FAB.

FAB. XVII. ARGUMENTVM.

Flumen quoque apud Ciconas est: ex quo qui bibit, in lapidem conuertitur.

Flumen habent Cicones: quod potum saxea reddit viscera; quod tactis inducit marmora rebus.

Ciconis Cico.

FAB. XVIII. ARGUMENTVM.

Crathis amnis, & ei confinis Sybaris, capillos aurci coloris efficiunt.

Crathis & Sybaris.

Crathis, & hinc Sybaris vestris conterminus oris Electio similes faciunt, aurisque capillos.

FAB. XIX. ARGUMENTVM.

Salmacis fons in Caria contactu sui liquoris cogit in molliem corporis obsceni verti: beneficio Mercurij & Veneris dicitur esse factum.

Salmacis fons.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum, Verum animos etiam valeant mutare liquores. Cui non audita est obscena Salmacis vnda?

FAB. XX. ARGUMENTVM.

Lacus est in Aethiopia hausto liquore ad finem sedandam, aut in insaniam aut in soporem vertit.

Aethiopi lacus.

Aethiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit, Aut furit: aut patitur mirum grauitate soporem.

FAB. XXI. ARGUMENTVM.

Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit: quod Melampus Amithaonis filius Proetidas cum ab insania liberasset, non nisi me remedia in eum proiecit fertur.

Clitorius flu.

Clitorio quicumque sitim de fonte leuarit, Vina fugit: gaudetque meris abstemius vndis. Sen vis est in aqua calido contraria vino: Sive, quod indigenae memorant, Amithaone natus Proetidas attonitas postquam per carmen, & herbas Eripuit furis; purgamina mentis in illas Misit aquas: odiumque meri permansit in vndis.

FAB. XXII. ARGUMENTVM.

Lyncestius amnis Thraciae hanc vltim obtinet, potestate murata, ut aquam eius bibentes ebrj fiant.

Hinc

Hinc fluit effectum dispar Lyncestius amnis: Quem quicumque parum moderato gutture traxit, Naud aliter titubatur, quam si mera vina bibisset.

Lyncestius amnis.

FAB. XXIII. ARGUMENTVM.

In Arcadia secundum Phenon urbem aquae feruntur, quae potae nocte nocent, luce autem innocuae cognoscuntur.

Arcadiae lacus.

Est lacus Arcadiae, Phenonem dixerunt priores, Ambiguus suspectus aquis: quas nocte timeto: Nocte nocent potae: sine noxa luce bibuntur.

FAB. XXIII. ARGUMENTVM.

Ortygia insula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in ponto concurrentes, statibus solite moueri, nunc fixae fundamentis tenentur loco.

Ortygia insula.

Sic alias, aliasque, lacus, & flumina vires Concipiunt: tempusque fuit, quo nauis in vndis: Nunc sedet Ortygie, timuit concursibus Argo Vndarum sparsas Symplegadas elisarum: Quae nunc immotae perstant: venti que resistunt.

Symplegades.

FAB. XXV. ARGUMENTVM.

Aetna mons Siciliae in ignem verti coepit, cum initio rigeret.

Aetna mons vnde de perpetuo deat. Terra animata.

Nec qua sulfureis ardet fornacibus Aetna; Ignea semper erit: neque enim fuit ignea semper. Nam siue est animal Tellus, & diuit; habetque Spiramenta locis flammam exhalantia multis; Spirandi mutare vias, quotiesque mouetur. Has finire potest, illas aperire cavernas. Siue leues imis venti cohibentur in antris; Saxaque cum saxis, & habentem semina flammæ Materiam iactant: ea concipit etibus ignem; Antra relinquuntur: sedatis frigida ventis.

Siue bitumine rapiunt in uentura vires; Luteaeque ex ignis arescunt sulfuris fumis; Nempe tibi terra cibos, alimentaque pinguis flammæ.

Non

430 METAMORPH.
Non dabit, absumptis per longum viribus annis;
Naturaque suum nutrimentum deerit edaci;
Non feret illa famem: desertaque deseret ignes. 355

Pallenei viri in
aues.

FAB. XXVI. ARGUMENTVM.
In Pallene, quae sub Aquilone iacet, homines dicuntur in volu-
cres verti, novies cum in Tritoniacam paludem meriti sint.
Esse viros fama est in Hyperborea Pallene:
Quis soleant leuibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies subiere paludem.

Mulieres in
aues.

FAB. XXVII. ARGUMENTVM.
Seythides, in Scythia feminæ, venenis sparsæ corpora immutant,
se in aues transfigurantes.
Haud equidem credo: sparsæ quoque membra veneno
Exercere artes Seythides memorantur easdem. 360

Apes ex cada-
uere bubulo.

FAB. XXVIII. ARGUMENTVM.
Ex vitulis apes nascuntur: quas Aristæus fertur inuenisse.
Si qua fides rebus tamen est addenda probatis;
Nonne vides quæcumque mora, fluidoque calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
I quoque: delectos mactatos obrue tauros:
(Cognita res usu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes: quæ more parentum
Rura colunt: operique fauent: in spemque laborant. 365

Ex equo tra-
rones.

FAB. XXIX. ARGUMENTVM.
Ex equo putrescens crabrones nasci potuisse primum proditum
Pressus humo bellator equus crabronis origo est.

corpore ex
ansæ.

FAB. XXX. ARGUMENTVM.
Cancrum demptis brachiis si terræ subiciat, scorpius nascitur.
Concaua litoreo: si demas brachia canero;
Cetera supponas terræ: de parte sepulta
Scorpius exibat: caudaque mimabitur vnca. 370

FAB. XXXI. ARGUMENTVM.
Bombyces quæ folia silis intexunt, in papilionæ vertuntur.
Quæ

Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tinea (res observata colonis)
Ferali mutant cum papillone figuram:

Bombyces in
papilionæ.

FAB. XXXII. ARGUMENTVM.
Rana nascuntur ex limo sine pedibus: mox natando pedes
increfuit.

375 Semina limus habet virides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus: mox apta natando
Cruva dat: utque eadem sint longis saltibus apta;
Posterior superat partes mensura priores.

Rana ex limo

FAB. XXXIII. ARGUMENTVM.
Vrsæ carnem pariat, eamque lambendo in figuram sui con-
uertunt.

Vrsæ lambendo
figitur.

Nec catulus, partu quem reddidit Vrsæ recenti,
380 Sed malè viua caro est: lambendo mater in artus
Fingit: & in formam, quantam capit ipsa, reducit.

FAB. XXXIII. ARGUMENTVM.
Apes initio truncæ, ut vermes, nascuntur: postea corporis par-
tes, ac pennas accipere prodantur.

Apes primo
ne pedibus.

Nonne vides, quos cera tegit sexangula fetus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?
Et serosque pedes, serasque assumere pennas?

FAB. XXXV. ARGUMENTVM.
Pauones, qui in rurela Iunonis habentur: item aquilæ Iouis,
columbæque Veneris: & ceteræ volucres, ex media parte oui, qui
vitellus vocatur, videntur nasci.

385 Iunonis volucrem, quæ caudâ sidera portat;
Armigerumque Iouis, Cythereidæque columbas,
Et genus omne animi mediis è partibus oui
Ni sciret fieri, quis nasci posse putaret?

Aues ex oui
medio.

FAB. XXXVI. ARGUMENTVM.
Ex medulla humana in sepulchris angues profeminantur.
Sunt qui cum clauso putrescens est spina sepulchro;

Anguis ex hu-
manis spina.

390 Mutari credant humanas angue medullas.

FAB.

432 METAMORPH. FAB. XXXVII. ARGUMENTVM.

Phoenix in Assyria finibus nido ex odoribus facta, cum est senectute pressa, supra recumbit, ex cuius sanie alia renascitur: & viribus roborata, nidum in urbem effert solis: ibique in templo eius monumentum patris reponit. Fertur enim quinque etatis secula replere.

Hec tamen ex aliis generis primordia ducunt: Vna est, qua reparat, seque ipsa reserminet ales: Assyrii Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis, Sed turis lacrimis, & succo viuit amomi. Hec ubi quinque suæ compleuit secula vitæ; Ilicis in ramis, tremulaeque cacumine palmae, Vnguibus & duro nidum sibi construit ore. Quo simulac castas, & nardi lenis aristas, Quas sâque cum sulua substravit cinnama myrthas; Se super imponit: sinitque in odoribus auum. Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos; Corpore de patrio paruum Phœnica renasci. Cùm dedit huic etas vires; onerique ferendo est; Ponderibus nidi* ramos leuat arboris altae. Fertque pius, curasque suas, patriamque sepulcrum: Perque leues auræ Hyperionis vrbe potitus. Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

FAB. XXXVIII. ARGUMENTVM.

Hyæna fera ex semina in marem vertitur. Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis, Alternare vices, & quæ modò femina tergo Passa marem est, nunc esse marem miremur Hyenam.

FAB. XXXIX. ARGUMENTVM.

Chameleon ventis, & aura nutritus, quodcumque contigerit, coloris eiusdem efficiitur. Id quæque, quod ventis animal nutritur, & aura, Protinus assimulat, tetigit quoscumque colores.

FAB. XL. ARGUMENTVM.

Lynces, qui sunt in Liberi tutela, vrinam vertunt in lapidem.

Phoenix ex seipso.

*antea grauatosi nidi onere liberat. Plin. l. 5. cap. 9.

Hyæna, modò mas, modò femina.

Chameleontis natura.

395

400

405

410

Vieta

Vieta racemifero Lyncas dedit India Baccho: E quibus, ut memorant, quidquid vesica remisit,

415 Vertitur in lapides: & congelat aere tacto.

FAB. XLI. ARGUMENTVM.

Corallium lapis sub aqua mollis est: extra durefcit. Sic & Corallium, quo primùm contigit auras Tempore, durefcit: mollis fuit herba sub undis.

FAB. XLII. ARGUMENTVM.

Significat gentes variari in species deorum voluntate. Desinet ante dies; & in alto Phæbus anhelos Aequore tinget equos; quàm consequar omnia dictis.

420 In species translata nouas: sic omnia veritæ Cernimus: atque alias assumere robora gentes; Concidere has sic magna fuit, censûque, virisque: Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos: Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,

425 Et pro diuitiis tumulos ostendit auorum.

Clara fuit Sparte: magna viguere Mycene: Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces: Vile solum Sparte est: alta cecidere Mycene: Oedipodionie quid sunt nisi nomina Thebæ?

430 Quid Pandionie restant nisi nomen Athene?

FAB. XLIII. ARGUMENTVM.

Numa Pompilius propter scientiam rerum à populo Romano in regnū est receptus: cuius præcepta cū antè dictis hæc sunt. Quæcumque nascuntur, hæc crescendo, & senescendo transmutari in dissimiles species: & post obitum sic coalescere, ut aut in terrâ abeant quæ corpora sunt; aut in aëra, quæ spiritu contineri videntur. Porro Helenus Priami filius refert ab Aeneâ vrbis conditæ positionem.

Nunc quoque Dardanium fama est cõsurgere Romæ: Romæ Appenninigenæ quæ proxima Tiberidis undis Mole sub ingenti rerum fundamina ponit. Hæc igitur formam crescendo mutat: & olim

Lyncurium ex lyncum vrinæ

Corallium ex molli durum

Rerum adeo quæ reguorum mutationes.

Immensa

434 METAMORPH. 435
 Immensi caput orbis erit: sic dicere vates,
 Faticinasque ferunt sortes: quantumque recordor,
 Dixerat Aeneas, cum res Troiana labaret,
 Priamides Helenus flenti, dubioque salutis,
 Nate Dea, si nota satis praesagia nostra
 Mentis habes; non tota cadet te sospite Troia. 440
 Flamma tibi, ferrumque dabunt iter: ibis: & una
 Pergama rapta feres; donec Troiaque, tibi que
 Externum patrio contingat amicus aruum,
 Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes;
 Quanta nec est, nec erit: nec visa prioribus annis. 445
 Hanc alij proceres per secula longa potentem,
 Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
 Efficiet: quo cum tellus erit visa; fruuntur
 Aetherea sedes, caelumque erit cernis illi.
 Haec Helenum cecinisse Penatigero Aeneas 450
 Mente memor refero: cognataque mania lator
 Crescere: & utiliter Phrygiis vicisse Pelasgos.
 Ne tamen oblitus ad metam tendere longè
 Exspatiemur equis; caelum, & quodcumque sub illo est,
 Immutat firmas, tellusque, & quidquid in illa est. 455
 Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora solum,
 Verum etiam volucres animae sumus: inque ferinas
 Possumus ire domos: pecudumque in pectora condit)
 Corpora quae possunt animas habuisse parentum,
 Aut fratrum, aut aliquo iunctorum foedere nobis, 460
 Aut hominum, certè, tuta esse, & honesta sinamus:
 Neque Thyestæis cumulemus viscera mensis.
 Quam male consuecit, quam se parat ille cruori
 Impius humano: vituli qui guttura cultro
 Rumpit: & immotas praebebat mugitibus aures! 465
 Aut qui vagitus similes puerilibus haedum
 Edentem ingulare potest: aut alite vesci,

quibus Aeneas
 Thyestæ fratri
 suo proprios fi-
 lios deuorandos
 appoluit.
 infelici exitu,
 praue, inique.

LIB. XV. 435
 Cui dedit ipse cibos! quantum est quod desit in istis
 Ad plenum facinus? quam transitus inde paratus?
 470 Bos aret: aut martem senioribus imputet annis.
 Horrifera contra Borean ouis arma ministret.
 Vbera dent satura manibus pressanda capellæ.
 Retia cum pedicis, laqueosque, artesque dolosas
 Tollite: nec volucres viscata fallite virga:
 475 Nec formidatis ceruos* includite pennis:
 Nec celate cibis uncas fallacibus hamos.
 Perdite si qua nocent: verum hæc quoque perditæ tantum:
 Ora vacent epulis: alimentaque congrua carpant.
 FAB. XLIIII. ARGUMENTVM.
 Egeria post mortem mariti Numæ in vallem Aricinam se cõ-
 tulit lugens.
 Talibus atque aliis instructo pectore dictis,
 480 In patriam remeasse ferunt; ultroque petitura
 Accepisse Numam populi Latialis habenas.
 Coniuge qui felix Nympha, ducibusque Camenis
 Sacrificos docuit ritus: gentemque feroci
 Assuetam bello pacis traduxit ad artes.
 485 Qui postquam senior regnumque, ævumque peregit;
 Extinctum Latiaque nurus, populisque, patresque,
 Desseueræ Numam: nam coniux urbe relicta,
 Vallis Acicina densis latet abdita siluis:
 Sacraque Orestæ gemitu, questuque Diana
 490 Impedit. ah quoties Nymphae memorisque, lacusque
 Ne faceret, monuere! & consolantia verba
 Dixerunt! quoties flenti* Thesæus heros
 Siste modum, dixit: nec enim fortuna querenda
 Sola tua est: similes aliorum respice casus:
 495 Mitius ista feres: utinamque exempla dolentem,
 Non mea te possent releuare: sed & mea possunt.

* agite in retia,
 formidari autē
 à ceruis puni-
 ceas pennas ait
 Virg. Georg. 3.
 rubras Aufoni
 ad Theonē. Cæl.
 lib. 16. cap. 11.

Numa deorum
 cultū instituit.

* quam Orestes
 unā cum sorore
 Iphigenia de
 Taurica regione
 in Italiam trās-
 rulerat.
 * Hippolytus
 Thesæi & Hip-
 polytæ Amazo-
 nis filius.

Hippolytus cum propter nouercae odium propulsus esset patria,
& Troezena proficisceretur, ex improviso mari elatus taurus, sicut
parens optauerat, grauisimum ei obiecit timorem: exasperatis
equis trahens interit. Quem Aesculapius Diana voluntate, cuius
initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem Dea euo-
catus in nemus Aricinum, mortalitatem exiit ei. Conuerso itaque
nomine Deus Virbius est appellatus.

Fando aliquem Hippolytum, vestras si contigit aures,
Credulitate patris, scelerata & fraude nouercae

Occubuisse neci; mirabere, vixque probabo.

Sed tamen ille ego sum: me *Pasiphaeia quondam.

Tentatum frustra patrum temerare cubile,

Quod voluit, sinxit voluisse: & crimine verso,

Indicium metu magis, offensae repulsa

Arguit: imminerit iamque pater proiecit ab urbe:

Hostilique caput prece detestatur euntis.

Pittheiam profugo curru Troezena petebam:

Iamque Corinthis carpebam litora ponti:

Cum mare surrexit: cumulisque immanis aquarum.

In montis speciem curuari; & crescere visus;

Et dare mugitus: summoque cacumine findi.

Corniger hinc *taurus ruptis expellitur undis:

Pectoribusque tenus molles erectus in auras

Naribus, & patulo partem maris euomit ore.

Corde pauent comitum: mihi mens interrita mansit

Exsiliis contenta suis, tum colla feroces

Ad freta conuertunt: erectisque auribus horrent

Quadrupedes: monstrisque metu turbantur: & altis

Præcipitant currum scopulis: ego ducere vana

Frena manu, spumis albescentibus oblita iuctor:

Et retro lentas tendo, resupinus habenas.

Nec vires tamen has rabies superasset equorum;

Ni rota, perpetuum que circumuertitur axem;

Stipitis

Phædra Pasi-
phaes. F. Hippo-
lyti nouerca.

*Phosa.

Stipitis occursum fracta, ac dissecta fuisset.

Excitior curru: lorisque tenentibus artus

§ 25 Viscera viuam trahi; nervos in stirpe teneri;

Membra rapti partim, partim reprensam relinquit;

Ossa grauem dare fracta sonum; sessamque videres

Exhalare animam; nullasque in corpore partes,

Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus.

§ 30 Num potes, aut audes cladi componere nostra,

Nympha tuam? vidi quoque luce carentia regna:

Et lacerum sibi Phlegethontide corpus in unda.

Nec, nisi Apollineo valido medicamine prolis,

Reddita vita foret, quam postquam fortibus herbis

§ 35 Atque ope Peonia Dite indignante recepi;

Tum mihi, ne presens auerem muneris huius

Inuidiam: densas obiecit Cynthia nubes:

Vtque forem tutus; possemque impune videri;

Addidit etatem: nec cognoscenda reliquit

§ 40 Ora mihi: Cretæque diu dubitauit habendam

Traderet, an Delon. Delo, Cretæque relictis

Hic posuit, nomēque simul quod possit equorum

Admonuisse, iubet deponere: Quisque fuisti

Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

§ 45 Hoc nemus inde colo: de Disque minoribus vnus

Numine sub domina, lateo: atque assentior illi.

FAB. XLVI. ARGUMENTVM.

Egeria Nympha Numæ Pompilij coniux, post viri interitum cum
se in nemus Aricinum contulisset, ibi questu assiduo desseuit ca-
sum viri, fatigans Dianam eius regionis incolam assiduo fletu. No-
uissimè lacrimæ eius ab eadem Dea transmutatæ sunt in fontem:
qui ex eius nomine nuncupatur Egeria.

Non tamen Egeriæ luctus aliena leuare

Damna valent: montisque iacens radicibus imis

Liquitur in lacrimas; donec pietate dolentis

Hippolyti mors
Aesculapius re-
ducit Hippoly-
tum ab inferis.

Hippolytus in
Virbium, quasi
bis virum.

Egeria in fontem

Mota

Mota soror Phæbi gelidum de corpore fontem
Fecit: & aternas artus tenuauit in undas.

550

FAB. XLVII. ARGUMENTVM.

Cum in Tyrhenia, quæ etiam Thuscia est, quidam arator iustum opus in dies redderet, presso vomere glebam opinionè sua ponderosiorem excitauit, cuius dum miratione premeretur, animaduertit eam in figuram pueri esse transmutatam, qui Etruscorum lingua Tages postea nomine, futurorum scientiam inuenit.

At Nymphas tetigit noua res: & Amazone natus

Haud aliter stupuit; quàm cum Tyrhennus arator
Fatalem glebam motis adspexit in aruis,
Sponte sua primum, nulloque agitante moueri;
Sumere mox hominis, terraque amittere formam;
Oraque venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

555

FAB. XLVIII. ARGUMENTVM.

Romulus Martis & Ilie filius, cum venaretur, ex monte Auentino persequens aprum fugientem, iaculum iecit, quod protius in colle Palatino hæserit. Locus eius montis sceleris reat: cuius ima pars adeo depressa terra est, ut sit comprehensa radicibus, effectum est nouissime, ut in arborem cornuum conuersum sit.

Utque Palatinis hærentem collibus olim,

Cum subito vidit frondescere Romulus hastam:
Que radice noua, non ferro stabat adacto:
Et iam non telum, sed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.

560

Æneæ Romuli in arborem.

sumptum ex historia quam refert Plutarchus de Romulo.

FAB. XLIX. ARGUMENTVM.

Cippus Genutius ab hoste victor reuertens, priusquam triumphans portam intraret, animaduertit cornua sibi temporibus enata, quo prodigio exterritus, haruspices cum consulisset, responsum est, eum, si in urbem intraret, regnaturum: quod ille auersatus, patribus conuocatis indicauit: ac cum perstitisset nuraquam se tyrannum futurum, decretum est ei vniuersorum consilio tantum agri, quantum vno die aratro posset circumdare: portaque qua iuraturus fuisset, in signi gratiam factum, ut æneis cardinibus

bus

bus aptaretur, in qua ad memoriam posterorum cornutum caput: tuis exsculperetur.

565 Aut sua fluminea cum vidit Cippus in vnda
Cornua: vidit enim: falsamque in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis
Que vidit, tetigit: nec iam sua lumina damnans
Restitit, ut victor domino veniebat ab hoste.

Cippus cornutus. Valer. l. 5. cap. 6.

570 Ad calumque oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid, ait, superi monstro portenditur isto,
Sen letum est aliquid patriæ, populoque Quirinis
Sive minax, mihi sit: viridique e cespite factas
Placat odoratis herbosâs ignibus aras:

575 Vinaque dat pateris: mactatarumque bidentum
Quid sibi significant trepidantia consulit exta.
Que simul adspexit Tyrhennæ gentis haruspex;
Magna quidem rerum molimina vidit in illis:
Non manifesta tamen. cum verò sustulit acre

580 A pecudis fibris ad Cippi cornua lumen,
Rex, ait, o salue tibi enim, tibi Cippe, tuisque
Hic locus, & Latæ parebunt cornibus arces:
Tu modo rumpe moras: portasque intrare patentes
Ad propera: sic fata iubent, namque urbe receptus

585 Rex eris: & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem: toruamque a mœnibus urbis
Auertens faciem, Procul o procul omnia dixit,
Talia Diu pellant: multoque ego iustus auum
Exsul agam; quam me videant Capitolia regem.

590 Dixit: & extemplo populumque, grauemque senatum
Conuocat, ante tamen capitis noua cornua fronde
Velat: & aggeribus factis à milite forti
Insistit: priusque Deos de more precatus,
Est, ait, hic vnus, quem vos nisi pellitis urbe,

Rex erit: is qui sit, signo, non nomine dicam. 595
 Cornua fronte gerit: quem vobis indicat augur,
 Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
 Ille quidem potuit portas irrumperere apertas:
 Sed nos obstitimus: quamuis coniunctior illo
 Nemo mihi est: vos urbe virum prohibete Quirites. 600
 Vel, si dignus erit, grauibus vincite catenis:
 Aut finite metum fatalis morte tyranni.
 Qualia* succinctis ubi trux insibilat Eurus;
 Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
 Aequorei faciunt, si quis procul audiat illos: 605
 Tale sonat populus: sed per confusa frementis
 Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille est?
 Et spectant frontes: praedictaque cornua quaerunt.
 Rursus ad hos Cippus, Quem poscitis, inquit, habetis.
 Et dempta capiti populo prohibente* corona 610
 Exhibuit gemino praesignia tempora cornu.
 Demisere oculos omnes: gemitumque dedere:
 Atque illud meritis clarum (quis credere possit?)
 Inuiti videre caput: nec honore carere
 Vltius passi, festam imposuere coronam. 615
 At proceres, quoniam muros intrare vetaris;
 Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
 Quantum depresso subiectis bobus aratro
 Complecti posses ad finem lucis ab ortu.
 Cornuaque aurais miram referentia formam 620
 Postibus insculpunt, longum mensura per eum.

quod more
 corum, qui alte
 lunt facti, iuxta
 acumē demum
 ramos emittāt.

frondea. v. 597.

F. A. B. L. A. R. G. V. M. E. N. T. V. M.
 Grauis pestilentia Romanis cū incidisset, & maxima repeditio
 urbē teneret, per legatos oraculum Apollinis consultum est, ex quo
 responsum, ut Aesculapium Epidaurō accersirent: nobilissimique
 legati cū simulacrum Dei petiū ad Epidaurios iussent, stupenti-
 bus admiratione Deus in Draconem versus, per medium Epidau-
 rum lapsus, natem legatorum conscendit: cū quibus vedus, Ro-
 mam

mam ut delatus est, Iulianus Tiberis ingressus est, ibique se vir-
 gultis occultavit: qui locus Draconis vocatur.
 Pandite nunc, Musa, praesentia numina vatam
 (Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
 Vnde Coronidem circumflua Tibridis alii
 625 Insula Romuleae sacris adiecerit urbis.
 Diva lues quondam Latias vitauerat auras:
 Pallidaque exsanguisqualebant corpora morbo.
 Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
 Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum;
 630 Auxilium caeleste petunt: mediamque tenentis
 Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi:
 Utque saluifera miseris succurrere rebus
 Sorte velit, tantaque urbis mala finiat, orant.
 Et locus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
 635 Intremuere simul: cortinaque reddidit imo
 Hanc adyto vocem: pauesactaque corpora mouit:
 Quod petis hinc, proprio loco Romane petisses:
 Et pete nunc proprio loco: nec Apolline vobis,
 Qui minuat luctus, opus est, sed Apolline nato.
 640 Ite bonis auibus: prolemque accersite nostram.
 Iussa Dei prudens postquam accepere Senatus;
 Quam colat, explorat, inuenis Phœbeius urbem:
 Quique petant ventis Epidauria litora mittunt,
 Quae simul incurua missi tetigere carina;
 645 Consilium, Graiosque patres adiere: darēntque
 Orare Deum: qui praesens funera gentis
 Finit Ausonia: certas ita dicere sortes:
 650 Dissidet, & variat sententia: parsque negandus
 Non putat auxilium: multi, retinere, suamque
 Non emittere opem, nec numina tradere suadent.
 Dum dubitant: seram pepulere crepuscula lucem:

Aesculapii Co-
 ronidis F.

Pestilentia.

*vel tripus Del-
 fica: vel holmus,
 id est, ea tripodis
 pars in qua
 Pythias sedere
 consueverat. In-
 terp. Aristoph.

Aesculapij in signa.

Vmbraque telluris tenebras induxerat orbi.
 Cum Deus in somnis opifer consistere visus
 Antetuum, Romane, torum, sed qualis in aede
 Esse solet: baculumque tenens agreste sinistra
 Casariem longa dextra deducere barba: 655
 Et placido tales emittere pectore voces:
 Pone metum, veniam: simulacraque nostra relinquam.
 Hunc modo serpentem, baculum qui nexibus ambit;
 Perspice: & usque nota, visum ut cognoscere possis: 660
 Ventar in hunc: sed maior ero: tantusque videbor;
 In quantum verti caelestia corpora debent.
 Extemplo cum voce Deus, cum voce Deoque
 Somnus abit: somnique fugam lux alma secuta est.
 Postera sidereos Aurora fugauerat ignes: 665
 Incerti quid agant proceres ad templa petiti
 Perueniunt operosa Deis: quaque ipse morari
 Sede velit, signis caelestibus indicet, orant.
 Vix bene desierant: cum cristis aureis altis
 In serpente Deus praeunntia sibi mouit: 670
 Aduentusque suo, signumque, arasque, forisque,
 Marmoreumque solum, fastigiaque aurea mouit:
 Pectoribusque tenus media sublimis in aede
 Constitit: atque oculos circumtulit igne micantes.
 Territa turba pauet, cognouit numina castus 675
 Euinctus vitta crines albente sacerdos.
 En Deus est: Deus est: animis, linguisque fauete,
 Quisquis adest, dixit: sis o pulcherrime visus
 Vtiliter: populosque iuues tua sacra colentes.
 Quisquis adest, visum veneratur numen: & omnes 680
 Verba sacerdotis referunt geminata, piumpque
 Aeneida praestant & voce, & mente fauorem.
 Annuit his: motisque Deus nata pignora cristis,

Aesculapius in serpentem.
Aesculapius. Ro nam accersitur.

Et repetita dedit vibrata sibi lingua.
 68 Tum gradibus nitidis elabitur: oraque retrò
 Flectit: & antiquas abiturus respicit aras:
 Assuetasque domos, habitatque templa salutat.
 Inde per iniectis adopertam floribus ingens
 Serpit humum: flectitque sinus: mediamque per urbem
 69 Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
 Resistit hic: agmenque suum, turbaque sequentis
 Officium, placido visus dimittere vultus,
 Corpus in Ausonia posuit rate, numinis illa
 Scnsit onus: pressaque Dei grauitate carina.
 69 Aeneadae gaudent: caesoque in litore tauro
 Torta coronatae soluant retinacula navis.
 Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet altè:
 Impositaque premens puppim cernice recuruam
 Ceruleas despectat aquas: modicisque per aquas
 70 Ionium Zephyris sexta Pallantidos ortu
 Italiam tenuit: praeterque Lacinia templa
 Nobilitata Dea, Scyllaetaque litora fertur.
 Linqvit Iapygiam, leuisque Amphrysia remis
 Saxa fugit, dextra praerupta Cerannia parte.
 705 Romechiumque legit, Caulonaeque, Naritiamque,
 Euinctique fretum, Siculique angusta Pelori,
 Hippotadaeque domos regis, Themeseisque metalla,
 Leucosiamaque petit, tepidique rosaria Paesti:
 Inde legit Capreas, promontoriumque Minerua,
 710 Et Surrentino generosos palmitè colles,
 Herculeaque urbem, Stabiisque, & in otia nata
 Parthenopen, & ab hac Cumae templa Sibylla.
 Hinc calidi fontes, lenti sciferumque tenetur
 Linternum, multamque trahens sub gurgite arenam
 715 Vulturum, niueisque frequens Sinuessae calubris,

Minerua

*Caicta.
*Formia.

444 METAMORPH.
 Minturnaeque graues, & *quam tumulauit alutinus,
 *Antiphataeque domus, Trachasque obsessa palude,
 Et tellus Circaea, & spissi litoris Anium.
 Huc ubi veliferam nauis aduertere carinam;
 (Asper enim iam pontus erat) Deus explicat orbes: 720
 Perque sinus crebros, & magna volumina labens,
 Tempia parentis init fluum tangentia litus.
 Aequore placato patrias Epidaurius aras
 Linqvit: & hospitio iuncti sibi numinis usus
 Litoream tractu squamae crepitantis arenam 725
 Sulcat: & inmixtus moderamine nauis, in alta
 Puppe caput posuit; donec Castrumque, sacrasque
 Lauini sedes, Tiberinaeque ad hostia venit.
 Huc omnes populi passim, matrumque, patrumque
 Obuia turba ruit, quaeque ignes Troica seruat 730
 Vesta tuos: laetorque Deum clamore salutant.
 Quaque per aduersas nauis cita ducitur undas,
 Tura super ripas, aris ex ordine factis,
 Parte ab utraque sonant: & odorant aera fumis:
 Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros. 735
 Iamque caput rerum, Romanam intrauerat urbem:
 Erigitur serpens: summoque accliuia malo
 Colla mouet: sedesque sibi circumspicit aptas.
 Scinditur in geminas partes circumfluis amnis:
 Insula nomen habet: laterumque a parte duorum 740
 Porrigit aequales media tellure lacertos.
 Huc se de Latia pinu Phaebeus anguis
 Contulit: & finem, specie caeleste resumpta,
 Lucibus imposuit; venitque salutaris urbi.

Aesculapius Romanam venit.

FAB. LI. ARGUMENTVM.
 Ouidius opere peracto docet se a Chao principium cepisse, & ad
 Caesarem deduxisse: quae gentibus orbis deuidis, Venus post luorum
 insidias in cometen vertit.
 Hic

445 Julius Caesar in cometen.

745 Hic tamen accessit delubris aduena nostris:
 Caesar in urbe sua Deus est: quem Marte, togaeque
 Praecipuum, non bella magis finita triumphis,
 Resque domi gesta, properataque gloria rerum
 In sidus uertere nouum, stellamque comantem,
 750 Quam sua progenies, nec enim de Caesaris actis
 Vllum maius opus, quam quod pater exstitit huius:
 Scilicet aequoreos plus est domuisse Britannos:
 Perque papyriferi septem sua flumina Nili
 Victrices egisse rates: Numidasque rebelles,
 755 Cyniphiumque subam, Mithridatisque tumentem
 Nominibus Pontum, populo adiecisse Quirini:
 Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos;
 Quam tantum genuisse virum: quo praeside rerum
 Humano generi superi fauistis abunde.
 760 Ne foret hic igitur mortali semine cretus;
 Ille Deus faciendus erat: quod ut aurea vidit
 Aeneae genitrix; vidit quoque triste parari
 Pontifici letum; & coniurata arma moueri;
 Palluit: & cunctis, ut cuique erat obuia, diuis.
 765 Adspice, dicebat, quanta mihi mole parentur
 Insidiae; quantaque caput cum fraude petatur;
 Quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.
 Solane semper ero iniustus exercita curis?
 Quam modo Tydida Calydonia vulneret hasta:
 770 Nunc male defensione confundant moenia Troiae:
 Quae videam natum longis erroribus actum;
 Iactarique freto: sedesque intrare silentum;
 Bellaque cum Turno gerere; aut, si vera facemur,
 Cum Iunone magis, quid nunc antiqua recordor
 775 Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
 Non sinit, in me acui sceleratos cernitis enses:

Veneris oratio pro Iulio.

Quos

Quos prohibete, precor: facinusque repellite: néne
 Cede sacerdotis flammam exstinguite Vestæ.
 Talia nequicquam toto Venus anxia celo
 Verba iacit: superosque mouet: qui rumpere quamquam 780
 Ferrea non possunt veterum decreta sororum:
 Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
 Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
 Terribilesque tubas, auditæque cornua celo
 Premonuisse nefas: Solis quoque tristis imago 785
 Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
 Sæpe faces visa mediis ardere sub astris:
 Sæpe inter nimbos gutta cecidere cruenta.
 Cerulus & vultum ferrugine Lucifer atra
 Sparsus erat: sparsi lunares sanguine curus.
 Tristia mille iocis Stygius dedit omina bubo:
 Mille locis lacrimauit ebur: cantusque feruntur
 Auditi, sanctis & verba minantia lucis.
 Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
 Fibra monet: casumque caput reperitur in extis. 795
 Inque foro, circumque domos, & templa Deorum
 Nocturnos ululasse canes; umbrasque silentium
 Errauisse ferunt; motamque tremoribus urbem.
 Non tamen insidias, venturæque vincere fata
 Premonitus potuerit Deum: strictique feruntur
 In templum gladij: nec enim locus ullus in urbe
 Ad facinus, diramque placet, nisi curia, cadem.
 Tum verò Cytherea manu percussit utraque
 Pectus: & aetherea molitur condere nube:
 Qua prius infesto Paris est ereptus Atropa:
 Et Diomedeos Aeneas fugerat enses. 800
 Talibus hanc genitor: Sola insuperabile fatum
 Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum,
 Nata mouere paras? intres licet ipsa sororum,

Prodigia quæ
Cæsaris mortem
portenderant.

Cæsar in curia
Cassio & Bru-
to interficitur.

Tecia

Tecta trium; cernes illic molimine vasto
 810 Ex ære, & solido rerum tabularia ferro:
 Quæ neque concussum celi, neque fulminis iram,
 Nec metuunt vllas tuta, atque æterna ruinas.
 Inuenies illic incisa adamantem perenni
 Fata tui generis: legi ipse: animoque notauit:
 815 Et referam; ne sis etiamnum ignara futuri.
 Hic sua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
 Tempora, perfectis, quos terra debuit, annis.
 Vt Deus accedat celo; templisque colatur;
 Tu facies, natusque tuus: qui nominis hæres
 820 Impositum feret vnus onus: casique parentis
 Nos in bella suos fortis: imus ultor habebit.
 Illius auspiciis obfessa mania pacem
 Victa perent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum:
 Aemathique iterum madefient cæde Philippi:
 825 Et magnum Siculis nomen superabitur undis:
 Romanique ducis coniux Aegyptia tædæ
 Non bene fisa cadet: frustra que erit illa minata
 Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.
 Quid tibi barbariam, gentesque ab utroque iacentes
 830 Oceano numerem? quodcumque habitabile tellus
 Sustinet; huius erit: pontus quoque seruiet illi.
 Pace data terris animum ad ciuilia vertet
 Iura suum: legesque feret iustissimus auctor:
 Exemploque suo mores reget: inque futuri
 835 Temporis ætatem venturorumque nepotum
 Prospiciens prolem sancta de coniuge natam
 Ferre simul nomenque suum, curasque iubebit.
 Nec, nisi cum senior similes æquauerit annos;
 Aethereas sedes cognataque sidera tanget.
 840 Hanc animam interca caso de corpore raptam

Vnde Capella
Parcas scribas
Iouis appellat,
quod eius decre-
ta in æreas ta-
bularum referant.
Fatorum series
in adamante.

Augustus.

Cleopatra.

Videtur Augu-
stus faciente hæc
Quidio, nondum
attigisse lxx. an-
nos. quæ est ætas
Iulij, quam Au-
gustus xx. annis
superauit, mor-
tuus ætatis anno
lxxvj.

Fæc

Fac iubar: ut semper Capitolia nostra forūque
Diuis ab excelsa prospectet Iulius aede.

Vix ea satis erat: media cum sede senatus
Constitit alma Venus, nulli cernenda: sulque
Caesaris eripuit membris, nec in aera solui
Passa recentem animam, caelestibus intulit astris.
Dumque tulit: lucem capere, atque ignescere sensit:
Emisitque simul: simul euolat altius illa:

845

Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat: natique videns benefacta, fatetur
Esse suis maiora: & vinci gaudet ab illo.

850

Hic sua praeferrī quamquam vetat acta paternis;
Liberā fama tamen, nullisque obnoxia iussis
Inuitum praefert: vnāque in parte repugnat.

855

Sic magnis cedit titulis Agamemmonis Atreus:
Aegea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.

Denique ut exemplis ipsos aequantibus utar;
Sic & Saturnus minor est Ioue. Iupiter arces
Temperat aethereas, & mundi regna triformis:

860

Terra sub Augusto pater est, & rector vterque.
Dij, precor, Aeneae comites, quibus ensis, & ignis
Cesserunt, Dique indigetes, genitorque Quirinae

Vrbis, & inuicti genitor Gradivae Quirini,
Vestaque Caesareos inter sacrata Penates,
Et cum Caesarea tu Phoebe domestice Vesta,

865

Quique tenes altus Tarpeias Iupiter arces,
Quosque alios Vati fas appellare, piūque est,
Tarda sit illa dies, & nostro senior auro;

Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat caelo: faueatque precantibus absens.

870

Iamque

I Amque opus exegi: quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
Ius habet; incerti spatium mihi finiat aui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum:
Quaque patet domitis Romana potentia terris;
Ore legar populi: perque omnia secula fama,
Si quid habent veri Vatum praesagia, vivam.

FABR

FABVLARVM ET RERVM MEMORABILIVM COPIOSVS INDEX.

A. Aesculapius Romam arces- situr. 442. Achelous in anquem, & taurum. 251. Achilles mors. 351. Aeneas inter deos indiget. 406. Aeneas nauis in nymphas. 404. Aeneas congressus cum Sibylla Cumana. 389. Aeneas pietas. 373. Aeneas nauigatio. 389. Aescacus Priami F. Hesperia vim afferre conatur. 239. Aesculapius in serpente. 442.

INDEX.

Anguis ex hominis spina. 431. Annus in quatuor partes. 26. Antigone in volucrem. 163. Antiphates Lastrigonii rex. 393. Antysia in continete. 426. Apes e bubulo cadauere. 430. Apes primo sine pedibus. 431. Apollinis adulteria. 164. Apollo & Neptunus Troiana moenia edificant. 310. Appulus pastor in oleastris. 403. Aquae frigidae in calidas. 413. Aquae in terras. 425. Arachne lanificij peritissima. 160. Arachnes cum Pallade certamen. 161. Arachne in araneam. 165. Arcas Calistus filius. 65. Ardea Turni ciuitas in aenem. 405. Arethusa in fontem. 156. Argi oculi in caudam pauonis. 47. Aries in agnum. 195. Ariadne corona in sidus. 223. Arne in monedulam. 203. Aescalaphus in bucone. 354. Atalanta in leanam. 299. Atalanta velocitas. 295. Athamantis fons. 427. Athamas furens se occidit. 124. Atlas in montem. 129. Atys in pinum. 279. Aues ex oui medulla. 431. Augustus maior Casare. 447. Autumnus. 423. B. Bacchantium habitus. 106. Baccharum habitus. 181. Bacchus insuitur femori Iouis. 90. Bacchus in puerum. 100. Bacchi acclamationes & cognomina. 106. Bacchi adulteria. 164. Bacchi nutrices reiuuenerunt. 195. Battus in silicem. 73. Baucis & Philemon. 239. Bellorum nervi. 26. Bombyces in papiliones. 431. Boreas raptor Orithyiae. 185. Bos in apes. 430. Boues hostia. 420. Bura urbs absorpta a mari. 427. Byblis fratrem amat. 264. Byblis in fontem. 271. f. 2. Byblidis.

INDEX.

Byblidis repulsa querela. 268
 Byblidis littera ad Caunum. 266
 C
Cadmus & Hermione in dracones. 126
 Cadmus sorore non inuenta Thebas condit. 80
 Cadmi congressus cum serpente, & de eo victoria. 82
 Canis in virum ferro inuulnerabilem. 338
 Canis a Neptuno compressa optat mutari in virum. 338
 Caneus inuulnerabilis opprimitur siluis 348
 mutatur in auem. ibidem
 Caesaris mors. 446
 Caesaris in Scellam. 448
 Caesaris mors praedicta. 446
 Caieta sepulcrum. 400
 Caieta nutrix Aeneae. 391
 Calculi nigri in candidos. 417
 Calisto id uersam. 65
 Calisto & Arcas in sidera. 66
 Calliopes cantus. 145
 Callirrhoes filij impuberes in viros. 262
 Calydonij apri descriptio. 227
 cum Calydonio apro pugna 229. de eodem victoria. 231
 Cancer in Scorpionum. 430
 Canne vocales. 308
 Canens uxor Pici. 397
 Canis & vulpes in saxa. 214
 Caper hostia 420
 Carnium esus detestandus. 434
 Caycus fluius 426
 Celmus in Adamantē. 116
 Centauri nuptias Pirithoi interturbant. 339
 Cephalus in aliam uiriformam. 210
 Cephalo telū ineuitabile. 210
 Cephenorū pugna. 136
 Cephēni in saxa. 141
 Cephisi nepos in phocam. 199
 Cerambus in auem. 197
 Cerasta. 284
 Cerberus. 122
 Cerberi spuma in aconitum. 201
 Cercopes in simias. 388
 Cereris laus. 147
 Ceres aduertit raptum filia. 152
 Coronis Coronae F. in cornicem. 68
 Cerua pro Iphigenia supparsita. 332
 Ceruus candidus proditor Coronidis. 67
 Ceruus

INDEX.

Ceruus mansues Cyparissi. 280
 Ceycis infelix nauigatio. 319
 Ceycis naufragium. 322
 Ceyx it consultum Phœbum 317
 Ceyx in halcedinem. 328
 Ceyx Halcionae adparet in somnis. 325
 Chaos in elementa. 21
 Chameleontis natura. 432
 Chione a Diana interfecta. 314
 Chrysaor. 133
 Ciconum fluius saxificus. 428
 Cinyra nata in gradus templi. 163
 Cippus cornutus. 493
 Circa aula & pedisequa. 394
 Circe amat Picum. 397
 Circes ueneficia. 386
 Cleoprata. 447
 Clytie nympa in heliotropium. 114
 Clitorius fons uino infestus. 428
 Coe matres cornuta. 198
 Columba 374
 Combe in auem. 199
 Cornu copiae. 251
 Coronis transfixa telo ab Apolline. 70
 Coralium 332
 Coralium ex molli durum. 433
 Coronis Phlegiae F. Phœbum amatorem fallit. 67
 Crabrones ex equo. 430
 Crathis capillos electro facit similes. 428
 Crepusculum. 120
 Creusa cum patre exusta. 200
 Crocos in florem. 116
 Croton Herculis hospes. 416
 Cyane prohibitura raptum Proserpina in fontē. 150
 Cygni natura 61
 Cygnus rex in olorem. 61
 Cygnus Hyries F. in olorem. 199
 Cygni & Achillis certamen 334
 Cygnus inuulnerabilis ab Achille strangulatur. 335
 Cygnus in auem. 336
 Cyllarus Centaurus formosissimus. 344
 Cyllarus cum uxore occumbit. 345
 Cyparissus in cupressum 280
 Cypri incolae in boues. 284
 D
Dadalion in accipitrem. 315
 Dadalus uolucer. 224
 Danaides. 122
 Daphne in laurum. 40
 Daphnis in saxum. 40
 f 3 Decu-

INDEX.

Decumanus fructus. 321
Decianira forma. 248
Dentes serpenti in homines 84
Deorum potestas. 238
Deorum cum Typhoes pugna, & cum in fugā coniecti essent, secuta mutationes. 146
Dercetis in piscem. 105
Deucalione iacti lapides in viros. 35
Dictys mira mors. 342
Diluyj descriptio. 32
Diomedis errores. 401
Diomedis à bello reuersi sedes. 401
Diomedis socij in aues Diomedear. 402
Draco Hesperius. 190
Draco in saxum. 198
Dryantis Thessali virtus. 341
Dryope in arborem. 260
E.
Echo Iunonis F. in vocem 92
Echinades insula. 237
Egerie Numæ uxor. 435
Egeria in fontem. 437
Electrum ex lacrimis sororum Phaëthontis. 61
Elementorum mutationes. 424
Equus in crabrones. 430
Erasinus fluius. 426
Eridanus. 99
Eriscython Cereris lucum violat. 243
Eriscythonis fames. 244
Eriscythonis filia in piscatorum & alias deinde formas. ibidem.
Eumeli filia in auem. 199
Euphorbus in Pythagoram. 421
Europa à Ioue abducta & uitiata. 79
Eurylochus non mutatur à Circe. 395
F.
FAmis descriptio. 244
Fama domus descriptio 332
Fatorum series in adamante 447
Filiarum Orionis excustarum fauilla in duos iuuenes. 444
Fontes & flumina orbis celeberrima. 57
Formice in Myrmidonas. 209
Fulmina Iouis secunda. 90
Fungi in homines. 200
Furiarum ornatu 123
G.
GAlanthi in mustellâ. 259
Ganymedus raptus. 281
Gestus ingressuri aquas. 118
Gestus

INDEX.

Gestus tollentis securim. 231
Gestus se eleuantis è terra. 131
Gestus & habitus currentis. 298
Gestus expergiscens. 324
Gigantum sanguis in homines. 27
Glaucus in deum maris. 384
Gleba in puerum. 438
Gracorum expeditio contra Troianos. 331
H.
HAlcyones vota pro Ceyce marito. 323
Halcyone in halcedinem. 328
Hammonis fons. 427
Hammon in montem. 163
Hecuba Vlyssi sorte obtingit. 366
Hecuba inuenit Polydori corpus. 369
Hecuba in canem. 370
Helena forma atate deterior 424
Helice urbs absorpta à mari 427
Herculis & Acheloi congressus. 249
Herculis labores. 254
Herculis sagitta ad Troiam vincenda necessaria. 256
Herculis ingentia facinora. 349
Hercules ab uxore missa Nesi veste uenenata interimitur. 555
Herculis apotheosis. 257
Ex Hermaphrodito & Salmaice unum corpus. 119
Hersilia in Oram deam. 415
Hesperie effugit vitium illatum ab Asaco. 329
Hiemis. 423
Hippocrene. 144
Hippomenes in leonem. 299
Hippolyti mors. 437
Hippolytus Virbius eodem
Hirundo 183
Hippomenes cursu cū Atlantia certat. 299
Humani generis reparatio per lapides 35
Hyalanthus in florem. 282
Hyalanthus. 364
Hyana modo mas, modo femina. 432
Hypanis fluius. 426
Hyrice in stagnum. 199
I.
Iason potitur vellere aurea 189
Icari uolatus & submersio. 225
Icarium mare, insula. 225
Ilithyia in uetulam. 258
Inferorum aditus & descriptio. 121
Ino uxor Athamantis in Leucotheam. 121
Insitio. 407
Inuidia descriptio. 75
f 4 **lms**

INDEX.

Inus comites Sidonia in saxa. 125
Io comprimitur a Ioue. 42
Io Inachi F. in vaccam. 43
Io in Isidem. 47
Iolaus senex in iuuenem. 26
Iouis adulteria. 164
Iouis tres filij iustitia maxime insignes. 264
Iphigenia immolata. 358
Iphis nomen commune viro & femina. 272
Iphis puella ardet in puella. 273
Iphis puella in masculum. 275
Iphis amore Anaxaretes, se ad summos eiusdem postes suspendit. 410
Iris. 323
Isidis comitatus. 272
Itys patri apponitur deurandus. 182
Iulius Caesar in cometen. 445
Iuno in Beroen. 89
Iupiter in Dianam. 63
Iupiter caussa rapiende Europa in taurum. 78
Iupiter in aquilam. 281
Ixion. 122

L
Labyrinthus Dadali. 222
Lacteus circulus. 28
Lanificij tres partes. 106

Lanificij partes. 160
Laurus Apollini sacra. 41
Lethæa in saxum. 278
Leucothoe a Phæbo compressa in arborem turisram. 113
Leucothoe defoditur viua. 114
Leucothea. 114
Leucaides infula olim continens. 426
Lichas in scopulum. 256
Lotos nympa in arborem sui nominis. 260
Luna mutationes. 423
Lupi rabies. 316
Lupus Pelei armenta vastans in lapidem. 317
Luscimia. 183
Lycæon in lupum. 28
Lycus fluvius. 425
Lycij rustici in ranas. 173
Lyncus cadem parans Triptolemo in lyncæ ferâ. 158
Lyncæstius fluvius inebriat. 429
Lyncurum ex lyncura natura. 433

M
Marsya supplicij. 173
Medea amor erga Iasonem. 186
Medea Asoni reparat inuentutem. 194
Medusei capitis gutta sanguinea in serpentes. 127
Medu-

INDEX.

Meduse crines in angues. 134
Meleagri sorores in Meleagrides. 235
Meleager interimit suos avunculos. 144
Melicertes. 121
Memmonis rogi favilla in aues Memmonides. 372
Menephron in seram. 199
Mercurius in pastorem. 45
Mercurius vitiat Chionem. 314
Mergus. 328
Micylus capitis reus factus. 417
Mida tacta in aurum. 206
Mida aures in asinas. 308
Miletus è Minois regno fugit. 264
Milo Crotoniata. 424
Mineides Thebana in verspertiliones. 119
Minerva in anum. 159
Minos Scyllam proditricem patris repudiat. 220
Minthe nympa in metham herbam. 301
Molosij filij in aues. 376
Monedula. 203
Montes altissimi. 56
Montes in Valles. 425
Mopsus Thessalus. 346
Mori alba poma in sanguinea. 108
Mundus in secula, siue at-

tes quatuor. 29
Mutationes rerum. 411
Myrmidones. 209
Myrtha deperit parentem. 287. & fruitur. 292
Myrtha in arborem. 292

N
Nais in piscem. 107
Naides in Echinnadae insulas. 237
Narcissus Cephisi F. ab Echo amatur. 92
Narcissus, periens sui amore, in florem mutatur. 94
Navis ab Alcinoò Vlyssi data in saxum. 405
Neptunus freti è terra elicit percussu tridentis. 162
Neptuni adulteria. 164
Nesi cruor in venenû. 252
Nestoris ætas. 338
Nestoris gesta. 346
Niobes iactantia. 166
Niobes vij. filiorum mors. 168
Niobes vij. filiarum mors. 170
Niobe in marmor. 170
Nisus rex in halyatum. 222
Numa deorum cultum instituit. 435
Nythimene in noctuam. 69
Nympharum, satyrorum &c. lacrima ob Marsyam excoriatum in flumen. 173

f s o.

INDEX.

O.
Ocyroë in equam. 72
 Ocyroë vates. 71
 Olea Minerue. 162
 Oleaster. 403
 Olenus in saxum. 278
 Olor. 199
 Omina nuptiarum inauspicata. 176
 Oppidum Phrygium quoddam in stagnum. 241
 Ora dea. 415
 Orbis incendium. 53
 Orgiorum descriptio. 98
 Orithyia à Borea rapitur. 184
 Orphei descensus ad inferos. 276
 Orphei infauſta nuptia. 276
 Orpheus diſſerpitur à Bacchis. 303
 Orphei Lyra. 304
 Ortygia olim fuit natans in ſula. 419
 Oues hoſtie. 420
 Ouidius quando ſcripſerit Metamorphoſes. 447

P.
Pætolus ſt. ſit auriger. 307
 Pallenai viri in aues. 430
 Palingeneſia Pythagora. 422
 Palemon. 124
 Pan cantu certat cum Apolline. 308
 Papilio è bombycibus. 430
 Παπαυοντιον in ſaxu. 278
 Pegaſus è collo Meduſe. 133
 Peleus Thetin precatur. 311
 ea conſilio Protei fruitur. 312
 Pelei fortitudo. 342
 Pelias aſtu Medea à natibus ſuis interſicitur. 197
 Pelopis humerus è carneo in eburneum. 174
 Pentheus Tireſian ridet, & Bacchi ſacra. 98
 Pentheus à Bacchis diſſerpitur. 104
 Perdix in auem. 225
 Periphas in auem. 200
 Perilymenus in varias formas, & poſtremo in aquilam. 349
 Perimele in inſulam. 238
 Perſei & Andromeda nuptia. 133
 Peſtilentia cauſſa & deſcriptio. 205
 Phaëthon præcepſit in Eridanum. 59
 Phaëthonis ſorores in arbores. 60
 Pharos in continentem. 426
 Phædra. 436
 Philemonis & Baucidis domus in templum. 241
 Philemon & Baucis in arbores. 241
 Phile-

INDEX.

Philomela in luſciniam. 183
 Philomelam Tereus deperit & vitiat. eodem
 Philoctetes & ſagitta Hercules. 354
 Phineus in ſaxum. 141
 Phineus in auem. 200
 Phæbus vitiat Chionem. 314
 Phoenix ex ſeipſo. 432
 Procris Cephalæ uxor. 211
 Pice. 146. & 159
 Picus Latij rex. 396
 Pici à Circe mutatur in auem ſui nominis. 398
 Pici comites in varias ſeras. 398
 Pierides Muſas pronocant. 146
 Pierides in picas. 159
 Pirithoi nuptia. 338
 Pirithoi virtus. 342
 à Pyrrha iacti lapides in mulieres. 35
 Planicies in montes. 427
 Polydeſtes in lapidem. 142
 Polymeſtor Polydorum occidit. 366
 Polymeſtori eruantur ab Hecuba oculi. 370
 Polyphemonis neptis in auem. 200
 Polyphemus amator Galatæa. 378
 Polyphemi cantilena. 379
 opes, ibidem
 Polyphemus homines deum rat. 392
 Polyphemi excacati quærela. 392
 Polyxena ſacrificium ſit Achilli. 367
 Pomona. 407
 Procris à marito interfecta. 216
 Prodigia ante Caſaris mortem. 446
 Proetus in ſaxum. 142
 Prøgne in hirundinem. 183
 Propætidæ in ſilicem. 284
 Proſerpina partum apud ſuperos partim apud inferos. 155
 Proteſilaus. 333
 Proteus in varias formas. 242
 Puer quidam in ſtellionem. 151
 Pygmalionis ſtatua in puellam mutata fruitur. 286
 Pygmaei. 163
 Pyramus ſibi manus infert. 110
 Pyreneus Muſarum violator. 144. eiſdem præcipitium. 145
 Pythagora dogmata. 419
 Pythagoras placentas offert. 420
 Pythagora μετὰ τὴν ἀπονομίαν. 421
 Python ſerpens occiſus ab Apolline. 36
 Philo-

INDEX.

Q uirinus. Q.		Scython modo vir, modo fe-	
	413	mina.	116
R ana ex limo.	431	Scythides in aues.	430
R egnorum mutationes		Semele ex Ioue grauida.	89
433		Semiramis in columbam.	
Rhadamanthus.	264		107
Rhesus ab Vlyssè interem-		Serra descriptio.	225
ptus.	360	Serpens in lapidem.	304
Rhodope in montem.	163	Serpens in saxum.	332
Rhoeti centauri strenuitas.		Sibylla in vocem.	390
340		Sibylla Cumanæ etas proro-	
Roma fit è Troia.	433	gata à Phœbo.	390
Romulus in deum Quiri-		Silenus.	106
num.	413	Simia.	388
Romuli lancea in arborem.		Sirenes comites Proserpina.	
438		ex parte in aues.	155
Rustici pauperis apparatus.		Sisyphus.	122
239		Smilax in florem.	116
		Solis aula.	49
S.		Solis comitatus.	50
Salmacis amat Herma-		Solis quatuor equi.	54
phroditum.	116	Sol Veneris & Martis adul-	
Salmacis sens effeminat.	119	terium prodit.	112
Salmacis effeminat.	428	Solis mutatio.	423
Saturni adulteria.	164	Solonis gnome.	85
Saxa ex hominibus. 141. &		Somni ciusque regia descri-	
142		ptio,	323
Sciron in petram.	202	Somni filij tres,	324
Scylla in Minois amorem		Statua eburnea in puellam.	
incidit.	218	285	
Scylla in Cyrim.	222	Stellio.	151
Scylla in monstrum.	377	Stridor candentis ferri in	
Scyllæ sedes.	382	aquis.	340
Scylla inguina in canes.	385	Styx Deorum timor.	90
Scylla in saxum.	387	Suffragia lata per lapillos,	
Scorpius è cancro.	430	417	

Sus

INDEX.

Sus prima hostia.	420	res.	304
Sybaris capillis similes reddit		Thyoneus in ceruum.	198
electro.	428	Tyresias in feminam, inde	
Symplegades olim natantes.		denuo in virum.	91
429		Tityus.	122
Syrinx nympha in fistulam.		Triopeis in varias figuras.	
46		247	
T.		Triptolemus agriculturâ do-	
Tantalus.	122	cet iussu Cereris.	158
Tarpeia arcem Rom.		Troia ab Hercule expugna-	
Sabinis prodit, & ab ijs-		ta.	310
dem necatur.	412	Troiana prada.	366
Tatius Ramam inuadit.	412	Tumultus descriptio,	135
Tele lancea descriptio.	161	Turnus Rutulus contra E-	
Telchines in scopulos.	198	neam.	401
Tempestatis descriptio verè		Turnus Aenea classem cona-	
Ouidiana.	320	tur exurere.	403
Tereus linguam philomela		Typhoei supplicium.	147
exsecat.	180	Tyros insula in continentem.	
Tereus in upupam.	183	426	
Terra in varias formas.	22	Tyrrheni naua in Delphi-	
Terra in aquas.	425	nos.	102
Terra motus.	427	V.	
Terra animal.	429	Valles in montes.	425
Theba à Cadmo conduntur.		Venti.	23
84		Venus Solis prodicionem vl-	
Thersites.	359	ciscitur.	112
Theseus agnoscitur patri,		Veneris cum Marte adulte-	
& tantum nõ veneno ne-		rium.	112
catur.	201	Veneris venatio.	294
Thesei gesta.	202	Veneris ad Iouem oratio pro	
Thesmophoria.	291	Iulio.	445
Thessala maga.	340	Ver.	423
Thetis in varias figuras.	311	Vertumnus in omnes for-	
Thisbe ferro incumbit.	111	mas.	408
Thracia mulieres in arbo-		Vertumnus in anuum.	408
		Ves.	

INDEX.

<i>Despertilio.</i>	119	<i>Ulyssis socij in porcos.</i>	395
<i>Virga in coralio.</i>	132	<i>Ulyssis socij in pristinam formam.</i>	395
<i>Ulyssis oratio ut Achilles arma ipsi decernantur.</i>	350	<i>Vpupa.</i>	183
<i>Ulyssis scelerate gesta.</i>	353	<i>Ursa lambendo fingit catulum.</i>	431
<i>Ulyssis prudentia fructus.</i>	354		
<i>Ulyssis legatio ad Priamum.</i>	358	Z.	
<i>Ulyssis fortiter gesta.</i>	360	<i>Zancle insula olim continens.</i>	426
<i>Ulyssi Achilles arma adiudicantur.</i>	364	<i>Zetes & Calais ex parte aues.</i>	185
<i>Ulyssis errores.</i>	393	<i>Zodiacus circulus.</i>	50, 53
		<i>Zona & circuli.</i>	23

FINIS.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE
 CHRISTOPHORVS PLANTINVS
 ARCHITYPOGRAPHVS
 REGIYS ANNO M. D. LXXV.

LECTORI.

QUAM multa in his Ouidij libris exan-
 tiquis exemplaribus correxerimus, ne-
 que necessarium nobis visum est nunc re-
 ferre: & cuiusque eos legere collibuerit, fa-
 cillimum erit cognoscere. Quoniam tamen
 & pauca quædam (quamuis subtimidè id, &
 parcè admodum fecimus) nullo suffragante
 exemplari, vti nobis, visum est, immutauim-
 us: & veteres quidam libri, post hos im-
 pressos, ad manus nostras peruenerunt: in
 quibus multa, quæ nos prius subterfugerant,
 inuenimus: & illorum admonere lectorem
 volumus: nequis fortè id suspicetur, abuti
 nos velle veterum librorum auctoritate, &
 quæ nos emendauimus, ex illis credi emen-
 data: & hæc addere, ne quid, quod in nobis
 esset, diligentia prætermisum esse videatur: &
 vtile, & necessarium propè existimauimus.
 Quæ vt cumulatiùs fierent, eas etiã lectio-
 nes, quæ ita quandoque diuersæ reperiuntur,
 vt omnes tamen probari possint, subiunxi-
 mus: vt liberum omnibus iudiciù sit, quam
 velint, sequi. Si quid verò in tam lógo ope-
 re, aut præteritum à nobis est, aut ingenium
 nostrum subterfugit: doctiores id fortasse a-
 lij, modò animum intenderint, inuenient.
 vos ob labores, quos pro communi vtilitate
 nulla gloria adducti suscepimus, debetis
 ignoscere.

VARIETAS LECTIÖNVM IN
METAMORPHOS. OVIDII.
ex Aldina editione, Ann.
M. D. XXXIII.

EX PRIMO METAMORPH.

Verfu 244.

stimuloque frementu Adiciunt.

In quibusdam, furenti.

333 conchaque sonanti) *in nonnullis, sonaci.*

360 quo consolante dolores? *in quibusdam, doleres.*

521 opifexque per orbem, Dicor, *Multo rectior
vetus lectio, opiferque per orbem, quo vocabulo idem O-
uid. & x v. Metamorph. utitur.*

Cum deus in somnis opifer consistere visus.

580 Apidanusque senex, lenisq; Amphrysus, &
Eas. *in veteribus omnibus, Eridanusque senex. & pro-
fecto non solus est eius nominis in Italia fluvius. Sed &
Eridani cuiusdam Atticae fluvij Ilissum insluentis memi-
nit Pausanias. mihi tamen qui Apidanus castigant, re-
cte videntur castigasse. Cum enim dicat Ouid.*

*Conveniunt illuc popularia flumina primum: & Thessalia
sit fluvius Peneus: Thessaliae sunt profecto flumina, no-
minanda. non vel ignobiles Atticae riuuli conquirendi.
Apidanus autem accepto ad Pharsalon Enipeo in Pe-
neum illabitur, ut Strabo.*

742 dilapsa absumitur unguis. *in nonnullis, diducta
absumitur unguis.*

EX II. METAMORPH.

189 Et modo quos illi fatum contingere non est.
*in nonnullis, fas tum contingere non est. mihi fatum ma-
gis placet.*

200 tetigere iacentia tergo. *recta lectio. Sed & recte
nonnulli legunt: Sensere iacentia tergo.*

209 combustaque nubila fumant. *in veteribus,
ambustaque nubila fumant.*

314 consternuntur equi: *Multo in antiquis quibus-
busdam rectius, Consternantur equi.*

326 signant quoque carmine factum. *Legitur in
nonnullis saxum, non factum. in alijs fatum. omnia recte.
Cum deficit orbi. Ita in nonnullis. Alij, orbe: quod for-
tasse non aequè rectum est.*

505 Arcuit omnipotens. *Arguit, in omnibus. nos ar-
cuit legendum duximus.*

556 sic inconfessa quid esset. *Sic in veteribus. Sed
rectius fortasse, nonnulli, Sed enim inconfessa. legitur e-
tiam, Sed non confessa.*

637 Quam quondam nympa Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit
Ocyrhoën. *in veterib. Chariclo. Sed profecto
Chariclo Chironis uxor fuit, auctore Pindaro atque alijs:
ideo nos Chariclo castigauimus.*

681 Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit: onusq; fuit baculus sylvestris oliuae:
Alterius dispar è septem fistula cannis.

*Sic in pluribus antiquis exemplaribus. ac si hoc modo le-
gatur: ob id, quod alterius dixit, intelligendum est: unius
manus onus fuisse baculum: alterius fistulam. Sed & in
veteribus quibusdam, Onus dextra baculus sylvestris o-
liuae: qua si probetur lectio; verbum, fuit, subintelligendum
est, quod saepius a poetis praetermittitur. Nonnulli ma-
luit legere, Alternis dispar è septem fistula cannis. ut id
dicat Ovidius: Nunc baculum solitum ferre Apollinem,
nunc fistulam.*

703 -Sub illis Montibus inquit eunt (& erant sub
montibus illis) *Sic in nonnullis. mihi prior lectio ma-
gis placet. Montibus inquit. erant: ut scilicet sequens pa-
renthesis (& erant sub montibus illis) sit verbis repeti-
tione venustior.*

EX III. METAMORPH.

- 37 longo caput extulit antro: *In nonnullis, longum.*
- 52 Tegimen direpta leonis Pellis erat: *rectius in nonnullis, direpta leoni.*
- 132 ex filio felix. *rectè. at in veteribus nonnullis: neq; minus rectè: Ex filij felix.*
- 216 Sicyonius ilia Ladon. *Lagon in nonnullis, quod & Planudes.*
- 301 Qua tamen usq; potest. *Rectius fortasse in veteribus, quo tamen usque potest.*
- 481 Dumque dolet, summo vestræque reducit ab ore. *Ita in omnibus: nos tamen legendum credimus, summa ab ora.*
- 532 Quis furor anguigenæ proles mauortia vestras attollit mentes? *multo in nonnullis rectius: Attollit mentes.*
- 540 Hac Tyron, ac profugos posuisti sede penates: *Sic legendum ex vetustissimis exemplaribus, cum prior lectio, A Tyro, hac profugos, repugnante syllaba claudicaret. imitatus est autem Virgilij carmè ex primo Aneid.*
Ilium in Italiam portans, victosque penates, quin alibi Ouid. Ilium in Tyriam transfer felicius urbem.
- 641 Dexterâ Naxos erat. *In nonnullis fortasse rectius, Dexterâ Naxos erat.*
- 690 Vixque animum firmat deus, excute dicens Corde metum: Chiamq; tene. *In nonnullis, Diamque tene, & fortasse rectius. Naxos enim, quo iusserat Bacchus cursum nautas dirigere, Dia etiam, auctore Stephano, est dicta. Planudes tamen Chiam.*
- 714 Non habet infelix, quæ matri brachia tēdat. *Neque in veterib. libris inuenitur id carmen, quod ante hoc interponunt nonnulli: & si maxime inueniretur, expungendum esset, ita subsultat, ita nullus est sensus.*

EX IIII. METAMORPH.

- 2 At non Alcithoë Mineias. *Arsinoë apud Planudes*

dem, non Alcithoë legitur.

- 54 Hæc placet. *In nonnullis, Hoc placet.*
- 123 Scinditur & tenui stridente foramine longas Et aculatur aquas. *Nonnulli, & tenui stridente foramine longè. sed & prior recta.*
- 279 Nec loquar, ut quondam in nonnullis, *Nec loquor.*
- 311 Sepe Cytoriaco deducit pectine crines. *In omnibus, Cyttheriaco. Sed profecto Cytoriaco legendum.*
- 336 Desinis? aut fugio, tecumq; ait ista relinquo? *Nonnulli legunt, Desine: vel fugio. mihi prior lectio magis placet.*
- 426 Nil poterit Iuho nisi multos flere dolores? *Rectius in veteribus: nisi inultos flere dolores?*
- 475 Et obstantes reiecit ab ore colubros. *Rectius in nonnullis, colubras.*
- 498 Inspirantque graues animos. *In nonnullis, animas.*
- 538 Spuma fui: gratumque manet mihi nomen ab illa. *Rectius in quibusdam, Grauiumque manet.*
- 618 Constitit Hesperio regis Atlantis in orbe. *In quibusdam rectius: regis Atlantis in orbe.*
- 795 Quaque parent nunc terga cauis super obfita conchis. *In quibusdam, quaque patet.*

EX V. METAMORPH.

- 3 Nec coniugalia festa. *& sexto etiam Ouidius, coniugalia, secunda producta. Nec mea virginitas, nec coniugalia iura. & XI. Nec coniugale solutum est. Fædus in alitibus. & fortasse coniugalia sit legendum. Sed vetera omnia exemplaria, coniugalia.*
- 74 Ecce Syenites genitus Methione Phorbas. *In veteribus, Suenites. Nos id u pro y, veterum more positum credimus. quin Syenites & Planudes. Syenites autem à Syene urbe ductum est: cuius incolas Syenites dici ait & Stephanus.*
- 85 Inde Semiramio Polydæmona sanguine creatum. *Polydegmona Planudes, non Polydæmona.*

110 Amphycus. *Rectius fortasse, Alphyus.*
 111 Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad
 vsus. *Lampetide, Planudes.*
 127 Sed retinente manu moriens, è poste pepèdit.
in quibusdam, Sed retinente manum. utrunque rectè.
 135 Bactreus Alcioneus. *Barceus Planudes. mihi Ba-*
ctreus placet.
 147 -Regisque Thoastes (*ita legendum*) Armiger.
Choristes Planudes, non Thoastes.
 237 Intrat: & immeriti vindex, vltorq;ue parentis-
quidam, immerita parentis, legunt.
 251 Inde caua circumdata nube Seriphon
 Deserit à dextra Cythno, Gyaroq;ue relictis. *In*
omnibus Cypro legitur. Sed tam longè à Seripho, & Cy-
cladibus omnibus Cypros; ut nullum omnino in hoc versu
locum habeat. Ideo nos Cythno legendum putauimus: quæ
una est Cycladum Seripho propinqua, auctore Strabone,
Stephano, & reliquis. Sed & Planudes hunc Ouidij locum
ita interpretatur: Εν τευθεν ἡ κίλη νεφέλη περιχέ-
θεισσι τὴν σέρεφον κατελέλοιπε, τὴν τε κύθνον κ, γυα-
ρον δεξιὰς ἀφείσσι, ἔθεν σιωτωμωλάτη ἰδὸς ἑδδξαν
ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἴσσι, τὰς τε θήβας κ, τὴν παρ-
θενικὸν ἐλίκωνα ζητεῖ.
 286 Fuscarepurgato fugiebant nubila cælo. *In*
quibusdam fortasse rectius, fusa repurgato.
 363 Depositoq; metu videt hūc Erycina vagantē
 Monte suo residēs, natumq; amplexa volucrē.
Multo rectius, quod & in nonnullis legitur: & è Pla-
nude etiam colligitur,
Deposuitque metum. videt hunc Erycina vagantem
Monte suo residens, natumque amplexa volucrem.
 370 Ipsumq; regit qui numina terræ. *Fortasse re-*
ctius, id quod nonnulli legunt, ipsumque regit qui numi-
na ponti.
 445 Solis ab occasu, solis quærebat ad ortus *In*
nonnullis, solus ad occasus.

439 Mirantem, flentemq; & tangere mōstra pa-
 uentem. *Parantem, in quibusdam, non pauentem.*
 481 Fertilitas terræ latum vulgata per orbem. *In*
nonnullis, totum vulgata per orbem.
 541 Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.
In nonnullis, syluis peperisse sub atris.
 598 Territaq;ue insito propioris margine fontis.
Ripa, in quibusdam, non, fontis, & rectius.
 616 Sed certè sonituq;ue pedum terrebat. *In qui-*
busdam, sonitusque pedum terrebat. In alijs, sonitusque pe-
dum terrebar. omnia rectè.
 675 Plangerè, dumq;ue volunt. *In quibusdam for-*
tasse rectius, dumque volunt plangi.

EX VI. METAMORPH.

77 Exsiluisse fretum: quo pignore vendicet urbē.
Sic in nonnullis, & rectè legitur. dicitur enim in fabulis, cū
certaret cum Pallade Neptunus de Athenarū nomine,
percuſso à Neptuno scopulo mare subito exstitisse. Sed &
equum à Neptuno eo pacto editum illo in certamine non
minus est reperire: ideo prior etiam lectio recta, Exsiluisse
ferū. ferū: autè equū dici, satis sit nobis Virgilij auctoritas,
In latus, inque feri curuam compagibus aluum.
 190 Exsul erat mundi. *In quibusdam, mundo.*
 202 Quodque licet tacito venerantur murmure
 numen
 Latonæ turba quantum distabat ab orba,
 Indignata Dea est. *Uti id fortasse sit rectius, quod in*
quibusdam, Latonæ turba. ut sit turba venerantur. sic
ex ijs quæ sequuntur, proculdubio sensus qui placeat, elici
nullus potest. Legitur in nonnullis, quæ quantum distat in
alijs, quæ quàm distabat. ego quoquo modo legatur, aliud
quid desidero. est & exemplaria inuenire, in quibus hoc
insertum sit carmen:
Tantum animosa sui furij agitata doloris
Indignata Dea est. hoc verò ut rude, & minimè Ouidio
dignum est, ita audacter excludi debet.

- 32; Terga premunt : auro grauidis moderantur
habenis. *Quidam legunt, grauidisque auro moderantur
habenis. Sed multo mea sententia rectius in veteribus non
nullis legitur, auroque graues moderantur habenas.*
- 330 Vidi praefens, stagnumque, locumque. *In
quibusdam, lacumque.*
- 332 Illa suam vocat hanc, cui quondam regia con-
iux Orbem interdixit. *in nonnullis, regia Iuno. Sed
& regia coniux non minus recte. id quod sequitur in non-
nullis fortasse rectius: orbe interdixit.*
- 333 Quam vix erratica Delos Orantem accepit.
*Rectius in quibusdam, Errantem accepit. ut superius. Tu
terris erras, ego dixit in undis.*
- 341 Sidereo siccata sitim collegit ab aestu. *In qui-
busdam, concepit.*
- 406 Concolor huic humerus nascendi tempore
dextro Corporeusque fuit. *Multo rectius in qui-
busdam, hic humerus.*
- 489 Hinc placido dantur sua corpora somno.
nonnulli, tradunt.
- 600 Attonitamque, trahens intra sua moenia du-
cit. *Alij, limina.*
- 617 Abstulerant, ferro rapiam. *Fortasse rectius sit,
abstulerunt, ut apud Virg. Steteruntque comae, & Mis-
ceruntque herbas, & non innoxia verba.*
- 677 Sceptra loci, rerumque capit moderamen
Erechtheus. *In quibusdam, regni que capit.*
- 700 Orithyam adamas fuluis complectitur alis.
*In veteribus prope omnibus, rectius, Orithyan amas ful-
uis amplectitur alis.*

EX VII. METAMORPH.

- 76 Magna sequar: titulum seruatæ pubis Achivæ.
*Sic in nonnullis: sed & puppis Achivæ, quod in quibus-
dam, legi recte potest.*
- 115 Dirigere metu Minyæ: subit ille: nec ignes
Sensit anhelatos. *Sic in veteribus. praterquam quod*

*non ignes, sed illos, aut illos, sensit anhelatos, aut anhelato-
tus, aut anhelantes. Varia enim sunt in hoc exemplaria,
sed nos ignes, legendum putauimus, ut & alibi Ouidius:
Iffet anhelatos non praemedicatus in ignes.*

- 170 Dissimilemque animunt subit pater Aeta re-
lictus. *In nonnullis, subijt Aeta relictus.*
- 177 Non annis renouare tuis. *In quibusdam, reuo-
care.*
- 183 Nuda pedem, nudos humeris infusa capil-
los. *quidam, nudis humeris.*
- 186 Nullo cum murmure serpens
Sopitæ similis nullo cum murmure serpit:
Immotæque silent frondes: - *Nullus, si hoc pacto
legantur, est horum carminum sensus. atque ideo recta
sint fortasse nonnulla exemplaria: in quibus medio exclu-
so carmine, Nullo cum murmure serpens, Immotæque si-
lent frondes: legitur. Sed & recte legi potest, Nullo cum
murmure serpens, ut sit quies serpens nullo cum mur-
mure. Sequentia vero carmina, ut in veteribus qui-
busdam: Sopitis similes nullo cum murmure serpens,
Immotæque silent frondes. Quae lectio & e Planuda
colligitur.*
- 214 Custodemque rudem somno sopistis: *Qui-
dam, rudem somni.*
- 228 Multa quoque Apidani placuerunt grami-
na ripis: & hic Eridani in omnibus. *Sed ego ysdæ ra-
tionibus, quas superius primo libro adduxi, permotus,
quod scilicet hic etiam Thessaliae loca & flumina ab O-
uidio percenseantur: inter quae non magis sit Attico, quam
Gallico Eridano locus: eos, qui Apidani castigarunt, se-
cutus sum. Idque eo libentius feci, quod Planudes etiam,
qui in primo, ubi idem error, cum ceteris errauerat: hic
meliora videtur secutus exemplaria. Sic enim hoc car-
men interpretatur. ποταμοῦ δ' αὐτοῦ ἢ ἀπὸ τῆς ὀχθῆς
τῆς ἀπὸ τῆς ἡπείρου.*
- 294 Ante quaterdenos huc se reminiscitur annos.
* § Cum

Cum in omnibus, nunc se reminiscitur, nos hunc se legendum credidimus, quam lectionem et Planudes secutus est. quod verò sequebatur carmen, quòd in pluribus id antiquis exemplaribus non inuenitur, & superfluum videtur, expungendum duximus.

345 Ille cruore fluens subito tamen alleuat artus: Cubito, non subito, ex veteribus legendum.

376 Et stricto toties iratus amore. Spreto, in nonnullis.

466 Florentemque Cythnon, Syron, planamque Seriphon. In omnibus, florentemque Tyron, Cypron, planamque Seriphon. Nos neutrum probamus. Cypron & Tyron, quae longissime absunt à Cycladibus, legi nullo pacto potest. uti tamen Cypron è Cythno deprauatum, ut alio etiam in loco superius diximus; propè affirmauerim: ita non ausim Cythnon prima correpta loco Tyri ponere, & Syron, ubi Cypron, substituere. ac mea quidem sententia Cythnon planamque Seriphon, rectè legatur. quid verò Tyri loco sit reponendum, querant alij.

510 Ducite: & omnis eat rerum status iste mearum. In pluribus, dicite, non ducite. Quin & melius fortasse diuidatur carmen quo pacto Planudes, Dicite: et omnis eat rerum status iste mearum.

565 In partem leti citius venit, atque salutis. Alter in quibusdam, & fortasse rectius, Utque salutis spes abiit: finemque vident in funere morbi: Indulgent animis.

617 Ille sub amplexus Afopidos Aëginæ. Sic nos legendum putauimus, atque id ex veteribus quibusdam collegimus. ut diuidatur. s. diphthongus, ut apud Virg. Neptuno Aëgeo.

637 Et rami totidem, totidemque animalia ramis. Rectius in quibusdam, & ramos totidem.

765 Cessit & exitio multis, pecorūque sibi que Ruricolæ pauere feram. Sic in veteribus multis, sed fortasse rectius sit quod in quibusdam, Cessit & exitio multis.

multis, pecorumque suamque: ut sit multis pecorum, & suum: quam lectionem & Planudes agnoscit, sic hoc carmen interpretatus, ἢ πολλοῖς ἐὶς ὅλεθρον πρὸς βατῶν κὶ χότον γέγονεν. quod verò sequitur, Ruricolæ pauere feram, in nonnullis, Rurigena: Planudes Indigena, qui sic interpretatur, ἔδ' ἵταν δὲ κὶ ἐὶς ἰθαγενεὶς τὸ θήρον. quod fortasse sit rectius. sequitur enim, vicina iuuentus.

EX VIII. METAMORPH.

123 Generis falsa est ea fabula: verum

Et ferus, & captus nullius amore iuuenæ. In nonnullis, verus, non verum. mihi verum magis placet.

285 Et setæ rigidis. Ita in nonnullis, estque eiusdem sententia cum carmine sequenti. utrunque mea sententia Ouidij est, cum tamen alterum repudiandum sit: proximum hemistichion, riget horrida ceruix, in causa fuit ut hoc excluderemus.

301 Tyndaridæ gemini præstantes cestibus alter. In nonnullis, spectatus cestibus alter.

317 Nemorisque decus Tegera Lycei. Quod post hoc sequebatur carmen,

Venit Atalanta Schenei pulcherrima virgo. tum quia in veteribus non inuenitur, tum quod & syllabis claudicat, & rude ac nihili est; rejiciendum duximus.

339 Ut excussis elifus nubibus ignis. In quibusdam, elifi ignes.

356 Spirat quoque, pectore flammam. In quibusdam, flamma.

371 Orithyæ magni rostro femur hausit adunco. Orithia, in nonnullis. Planudes Orityæ.

585 & ab aruis arua reuulsi: Reuelli, in quibusdam, & rectè.

623 Medio circumdata muro. Quidam, modico legunt, non, medio.

637 Famulos ne requiras. Famulosue, in quibusdam.

672 Quæ caua sunt flauentibus illita ceris. In nonnullis, quæ caua sunt.

658 Vultumque virilem

Induit, & vultus pisces capientibus aptos. Legendum ex veteribus, cultus, non vultus.

EX IX. METAMORPH.

49 tanti victoria regni. In nonnullis belli, non regni.

98 Hunc tamen ablati. In nonnullis, hunc tantum. & fortasse rectius.

197 His elisa iacet moles Nemeæa lacertis: Quod post hoc legebatur carmen,

His Cacus horrendum Tiberino in litore monstrum.

Quod & syllaba repugnat: & in plurimis antiquis exemplaribus non inuenitur: ideo nos repudiandum arbitrati sumus. Sunt tamen qui malint retinere: sed corrigant. Quidam, His iacet horrendum, quidam, Cacus & horrendum.

251 Iugulata pellice testor? fortasse sit rectius testor. Superius enim memorem: Sed & testor rectè.

347 Lotos in hanc nympha fugiēs obscœna Priæpi, Lotis fortasse legendum sit. Lotis enim non Lotos dicta Nympha illa, quæ in lotum versa est.

493 Hei mihi, quæ malè sum. Rectius in veteribus: Et mihi, non, hei mihi.

647 Quoq; Chimæra iugo mediis in partib; igne Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Malè qui hircum, non ignem. fortasse ingens legendum: ut sit ingens pectus, atque id dicat Ovidius, quod Lucretius eo versu:

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.

691 Sancta que Bubastis, variisq; coloribus Apis. In nonnullis, variisq; coloribus Apis.

749 Spes est, quæ capiat, spes est, quæ pascat amorem. In nonnullis, amantem.

EX X. METAMORPH.

115 Ipse suos gemitus foliis inscripsit: & ai ai Flos habet inscriptum, funestaq; littera ducta est. In veteribus, multis & ja: quam lectionem sunt qui probant:

bent: ego non video cur probare debeam: cum nullo pacto Aiæcis nomen his litteris describi possit: quod in eodem flore factum & hic paulo superius ostendit Ovidius, cuius inquit:

Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros Addat in hunc florem: folioque legatur eodem.

EX XII.

Littera communis medijs, pueroque, viroque Inscripta est folijs: hac nominis: illa querela.

Querela dicunt quidam ja esse posse. nominis non video, quomodo esse possit, cum Aiæcis tamen nomen designandum sit. Ideo illi mihi rectè sentire videntur, qui & ai ai legunt. ai enim & querela est, & Aiæcis nomen innuit.

Quin Planudes sic interpretatur: ἰ. αἰ αἰ ἰὸ ἀρδὸς ἔχει δὴ γέγεε μίενοι. & tamen fortasse sit rectius ai nō repetere, sed diphthongum diuidere, quod sapius a poetis fit: & Latinorum morem sequi, apud quos ai est bisyllabum, quod & in ipso hoc Aiæcis nomine licet cognoscere.

418 Et officium commissio spondet amori. nonnulli, at officium.

EX XI. METAMORPH.

37 cornuque minaci Diuulsere boues.

In nonnullis, cornuque minaces, utrumque rectè.

318 Carmine vocali clarus, cytharag; Philammon. Huius Philammonis sit ab Apollonij interprete mentio, qui ait Pherecydem dixisse non Orpheam cum Argonautis, sed Philammonem nauigasse. hunc verò ait Suidas fuisse Thamyra Thracis patrem.

674 Gestumque manus Ceycis habebat. Planudes, sceptrumque manus Ceycis habebat.

675 Ingemit Halcyone: lacrimas mouet, atque lacertos. Fortasse legendum sit, Ingemit Halcyone lacrimans: mouet atque lacertos.

764 Fertur Alixirhoë. Alixothoe, Planudes.

770 Adspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Eperien in omnibus. quin & Planudes, ἠερίαν, Ex

EX XII. METAMORPH.

- 236 Quem vastum vastior ipso. *in nonnullis, ipse.*
- 526 Quæ mihi tunc primum, tunc est cœspecta
supremum. *In quibusdam, Quæ mihi tunc primum
fuerat cœspecta volucris. Sed & prior recta. ait enim in-
ferus, sed avis nunc unica. Caneu.*
- 592 Cùm tamen ille ferox. *In nonnullis, Cur tamẽ.
in alijs, Et tamen.*
- 612 Non ea Tydides, non audet Oileus Ajax. Si
Oileus legatur, sumendum est pro Oileus. quidam ma-
lunt Oileos, ut intelligatur filius.

EX XIII. METAMORPH.

- 19 Ipse tulit pretium. *Ita nonnulli. Alij, Iste.*
- 51 Heu pars vna ducum, Sic in omnibus. Sed fortas-
se sit rectius, Et pars vna ducum.
- 53 Velaturque, aliturque auibus: *In quibusdam,
Venaturque, aliturque.*
- 368. Tantum ego te supero: *In nonnullis, Tanto ego te
supero.*
- 518 Quo dij crudeles, nisi vti noua funera cer-
nam, *In quibusdam, nisi quo noua funera.*
- 562 Expellitque genis oculos: *In nonnullis, Expi-
pilatque genis. utrumque recte.*
- 610 Terq; rogũ lustrat: & consonus exit in auras
Ter plangor: *In nonnullis, tum consonus exit in auras.*
- 707 Ferte diu nequiere luem: *Sic in quibusdam, ut
Virgiliano utatur verbo, qui de eadem pestilentia, Arbo-
ribusque, satisque lues, & letifer annus. in nonnullis ta-
men Iouem, non luem.*
- 713 Prætereunt vecti: *In quibusdam, præter erant
vecti.*
- 956 possum memoranda referre, Legitur & mi-
randa.

EX XIII. METAMORPH.

- 6 Nauifragumq; fretum, *In vetustis, Nauifragum-
que fretum. ut tamen quadrisyllabum sit, veluti & id
Virgi-*

Virgilianum, & nauifragum scyllaceum.

- 87 -Acheloïdumque relinquit
Sirenũ scopulos, *Profecto penultima Acheloïdum
syllaba breuis est. ideo fortasse Acheloïdum sit legendum.*
- 324 Nec adhuc spectasse tot annos
Quinquennẽ poterat Graia quater edere pugna.
*In nonnullis, Graiam pugnam. Sed licet aperte quid sibi
hic Ouidius velit, intelligatur: confusus tamen verborum
ordo, & sibi non quadrans, aliquid facit, ut desideremus.*
- 612 -Clarus subit Alba Latino: *In omnibus, Clarus
subit ecce Latino. Sed profecto Alba Latino successit. ideo
nos. Alba non, ecce, legendum putauimus.*
- 622 iamq; Palatinæ sumina Proca gentis habebat.
*Quamuis in omnibus, iamque Palatinus summa
loca gentis habebat. quia tamen nusquam legitur Palati-
num Alba regnasse: qui hoc carmen ita castigarunt, recte
mihi sensisse visi sunt.*
- 723 Non tamen antè mihi curam excessisse me-
mento: *In quibusdam, Non tamen antè tu.*
- 777 congestis exuit armis. *In nonnullis, edidit.*
- 812 memoriq; animo, pia verba notauit. *In quibusdam, tua verba.*

EX XV. METAMORPH.

- 150 Palantesque homines passim rationis egētes
*In nonnullis, ac rationis egentes. in alijs, ac ratione caren-
tes. mihi, ac, videtur superflue.*
- 274 Alioque renascitur orbe. *In quibusdam, ore.*
- 386 Armigerumq; Iouis, Cithereidasq; colūbas.
Fortasse Cithereidas rectius, ne claudicet penultima.

NOTÆ

NOTÆ LIBRORVM, QVIBVS

HIC VSI SVMVS.

C. LIBER Cornelij VValteri antiquissimus, qui hæc argumenta in marginibus adscripta habet, sed adeo ferè extrita, vix vt legi queant.

V. ALTER eiusdè Corn. VValteri liber: in quo hæc argumenta versibus auctoris eadem serie, eodemque calamo inserta sunt: priore quidem ætate inferior, scriptus tamen, vt videtur, ante annos amplius cccc.

BIRCKM. Editio Coloniensis Birckmannorum, ann. M. D. LXXI.

RAENER. Editio Lugdunensis Antonij Vincetij, à Ioanne Ranerio recognita, ann. M. D. LV.

HERVAG. Editio Basiliensis cum Cémentariis, per Ioannem Heruagium, an. M. D. XXXIX. quæ proximè ad veteres libros adcedit.

NOTATIONES QVORVNDAM

LOCORVM IN ARGVMENTIS LYSTATIJ Grammatici, quæ in V. Gifelini libris variè leguntur.

AD GEORGIVM Fabricium Chemnicensem.

Ad versum 32. separata. Hæc ad verbum scripsi ex V. posita ante versum 76. quo loco item posuerunt eadem nom. admodum variata Heruagius, & Birckm. At in C. primæ fabula argumento appensa erant hæc: Ex terra cum omnia generata sint; variarumque rerum mater reperitur; tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, vt idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit: cui Minerua spiritum infudit. Idem verò calamo paulo recentiore in eodem C. repetitur ad versum 34. his verbis: Cum omnium, quæ onerosæ sunt, rerum mater reperitur terra, tum humanū genus, quod cuncta. ... Prometheus Iapeti filius, vt idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit: eique Minerua spiritum immisit. Eademque etiam repetit V. ad eundem vers. 34. sed lituris planè immersa. Iudicabunt ij, quibus alia contingeret videre exemplaria, an duo statuenda sint argumenta: & si unum; utrum verius: item illud; quàm rectè melior natura à Lutatius intelligatur Minerua.

89 Deinde sæculum in argent. Ita C. quem lubenter exprimimus. at in V. est: Deinde in argenteum, sæculum aureo colore migrauit: vt sæculum aureo colore dixerit, pro sæculo aureo. 123. continuam. Ita C. V. etsi diuersè admodum à vulgatis; tamen verè. Vult Lutatius ver, quod ob perpetuam suam serenitatem vni putabatur, in quarta anni parte cogi, & coartari ab angusto trimestri spatio.

163 versati sint. Hanc Renerii lectionem comprobant masculosa scriptura libri C. ista: De Gygantum sanguine.

guine natum quam sacrilega mente uem fatis
 in Lycaonis, &c. In V. uidetur talis castigatio accidisse; qualis in Heruag. & Birckm. nempè: De Gygantum sanguine natus Lycaon qua sacrilega mēte uersatus sit, ipsius testatur exemplum.
 in lupi formam. Ita C. & Heruag. At in V. sed lupi facri in formam. Alij aliter. Latet nescio quid.
 240 mortalium, qui scel. Longè aliter C. neq; tamen adeo diuersè à sensu poetæ: Iupiter propter audaciam Lycaonis, ceterorumq; mortaliū scelera, etiam Deorum potentiam tentauit.
 416 aboleret. Ita C. Heruag. Birckm. Fortasse scriptis aboleretur. Solent enim in his marginum notis littera minuscula superscripta ut r in tur, n in lent, exteri, & aboleri. Nisi fortasse originis uerbum Lucretius ita usurparit; quomodo Columella 3, 2. Verg. 7. & alij, uerba inde deflexo, abolescere usi sunt, nempè neutro modo, uti & adolescere, inole scere, &c. hodièque usurpantur. Sed et solocissimus esse potest, quales in Lucretio non paucos reperias. In V. est, aboleret ueritas, quod & Rennerius agnoscit, sed uereor ut sit. γνῶσις.
 in his ostendit. Sic liquide scribit V. que uerba mirè traiciunt Birckm. & Heruag. Absunt uero à C. & Renner. libro.
 452 Fluminis filia. In C. est: omnium virginum, quæ in Thessalia sunt, speciosissima habebatur: adeo quoque, ut Deus pulchritudine eius caperetur. Apollo enim cum eam &c.
 Deorum auxilio. Ita C. V. & meliores vulg. Solet autem huiusmodi multa Lucretius de suo adspargere: quæ, qui uiderunt cum Ouidij uerbis non congruere, ausi sunt alij submouere.
 568 tribuit confestim. Ita ferè vulgati, non malè: si nuda sententia spectanda est. At C. V. omisso Iunonis nomine, scribunt: tribuit quæ confestim, ne amplius, &c. Minuta quidem sunt hæc: idèoque ut plurimum hic præ-

prætereo: & tamen necessaria omnino sunt ei, qui perfectè hæc aliquando uolet edere.
 patris iussu. interemit. quæ hic de suo ingenio uisus est Rennerius interseruisse, ut semel dicam, nihilo magis ea tangunt, quàm infinita alia. Veterum librorum scripturam tantum hic proponimus. ea quantopere à popularibus libris differat, uideant alij.
 à casu eius. Ita Heru. & Ren. non malè, ut indicio esse potest mendosa scriptura illa in C. & à castietus: neque obscurissima litura libri V. aliud uidetur representare, nisi fortasse, à cælo eo.
 quibus amissa lumina. Ita vulg. omnes, at in V. est: transformatum, & receptum in suam tutelam pennis insignibus amissa lumina exornauit. quod quoniam modo uolente aut saltem permittente Prisciano recipere ausim, non uideo. In C. transformauit: & receptum in suam tutelam pennis insignibus decorauit. Transformationem autem aliquam Argi in pasonem nondum animaduertere potui in poetæ uerbis. idèoque eam, ut alit multa, Lucretio acceptam refero.
 689 Syrinx Nympharum Naiadum. In Birckm. C. V. Syringa. malè; uti colligo ex altero loco infra, ubi V. habet Syrinx, C. Syrinax, Birckm. Syringos. Pro nympharum Naidum in V. maculose scriptum uisitur. dearum nympharum nata. in C. nympharum Naiadarum.
 Pan Mercurij. In C. dñ Mercurij. quod memoro; si fortasse è libris bonæ notæ sumpta esset scriptura illa Birckm. Pan Demogorginis filius.
 726 regressa. Sic ex C. scripsi. In V. à Ioue in pristinam figura mutata est, & Isidis, &c. Birckm. restituta est. Heruag. & Renner. reuerfa Isid. Sic uariatum in Linigera, quod habet Heruag. & nos uerum putamus, traductum huc à Lucretio è lib. de Ponto
 * * 1 eleg.

leg. i. ut in nostra editione evincemus. In V. & Birck. est lanigera, in C. Niligera, in Rener. vigilansque: quod certe a quoquam vigilante scriptum esse non existimo.

IN ARGUMENTA LIB. II.

Ad vers. 1. instrui nequisset. Videtur usus instruendi verbo more sui seculi pro, doceri. Totam vero hanc periodum descripsi omnino, ut erat in C. & suspicor ita factam a Lucretio. argumento sunt mutationes, quae in vulgatis lib. nonnulla istius scripturae vestigia ostendunt. unum excipio, me pro, vix. petitam veniam, scripsisse, ex V. & Birckm. diu expetitam veniam. quod ipsum vulgati non bona, ut videtur, fidere presentant. Praeministras, Horas vocavit etiam V. non ut vulg. ministras. Sicuti vero scriptura haec C. non ita vera, & Lucretio sua & propria videatur; suggeram e V. aliam, quae cum vulgatis libris ut partim consentit, ita partim dissentit. Monitis itaque patris per iter ignotum ire cum nequisset; equi ignoto agitatore contenti mundi. pronam partem petierunt quam obrem culta mortalium subito ardore incensa sunt. A Ioue autem rogantes, ut opem implorantibus ferret, ne orbis terrarum conflagraret; Phaethon fulmine & curru praecipitatus est, in quibus verbis multum, ut mihi videtur, peruersis, retentum tamen est, culta, pro quo vulg. cuncta, multa.

367 caelestes ignes. Ita scripsi ex Birckm. cum in V. esset caeleste signum. At in C. est, caelestia.

381 transfiguravit. Hic desinit in V. huius fabulae argumentum, quod totum abest a C. Nam quod adicitur in eodem V. A Graecis autem Helice, a nostris Septentrio vocatur: nescio quo debeat referre: valdeque dubito, an de eo sit annotationum genere, quales plurima vet. librorum oras possederunt. Quae deinceps in vulg. lib. sequuntur; in V. adposito reperio versu 504. hoc modo: Calisto supradictam cum filio Arcade Iupi-

Iupiter inter sidera collocavit: & a Tethy & Oceano, ob Iunonis iram praeter cetera sidera liquore non tinguntur: ut auctor Hesiodus indicat. Eadem eodem modo adscribit C. sed alieno calamo. A melioribus libris pendet rei iudicium.

331 Coronida. Haec ita ut expressimus liquide et plane erant in C. tantum verbum nobis aliquin suspectum, morari, quod in C. desiderabatur, inserimus ex V. qui liber haec etiam non multo aliter scribit. Idem evenit verbo abstulit, quod e vulg. retinimus: quia re ipsa certi essemus in huiusmodi adnotationibus veterum librorum multas relictas esse lacunas a librariis, qui suorum autographorum margines minusculo calamo exaratas, & usu deinde oblitteratas, ac extritas oculis assequi nequiverunt. atque hanc causam puto, cur in V. irrepserit illa incondita & falsa scriptura: quem pater excidit de utero matris. & cum ea rogo esset imposita, is ad Chirona a patre in Pelium, &c. De eo autem, quod Coronis haec Thessala Coronei filia statuatur, nescio an librarij sit erratum, an Lucretij opinio, nam Phlegya filiam esse testis Servius ad illud Aeneid. 6. Phlegyaque miserimus omnes &c. & Hesiod.

ἢ Ἰσχυς γῆραι κορωνίη
Εὐκλείδης φλεγυάο διογυήτιο θυγάτηρ.

Renarium vero suo more e Lexicis vulgaribus, praeter Phlegyam, etiam Leusippum & Ischya huc arcessuisse, uno ore loquuntur veteres libri, & Birckm. ac Heruag. editiones non aspernanda.

331 conuersa est. Et haec continenter exscripta ex C. & V. nisi quod iste addat: ita ut e templo dea submoveretur: quod etiam omittit Renarius, & si reliqua apud eundem, quandam pati metamorphosin videantur.

634 Caristae. Ita C. At in V. est Careta, vel, Careste: nam quinta littera extrita est. Rener. Charictae, Heruag. Charicles, scribunt. Qua varietate territus is, qui Birckm. editionem adornavit, maculosissimam castigatione-

gationem, quam alij in poëta verbis moliti sunt, etiam
Luctatio adcommodavit. ait enim: O cyroë Chitonis
ex nymp̄ha quadam Cayci fluminis filia, &c.
Quidquid Luctatius scripserit; si ipsius argumentum
poëta verbis conformare volumus: scribendum Chariclus,
ut rectè Aldus censuit: & nos in nostra editione de eadem
re plura.

quodque esset. C. legit ab auo fulminis ictum ex-
perturum.

677. Quod cum Battus Nelei filius equas pascēs.
V. C. & Birchm. Quos cum Battus Nelei filius
pascētes vidisset. Valde vereor; ne posteriores istius-
modi multa, quæ putarunt à Luctatio totidem verbis &
planius dici potuisse, ea de suo suppleuerint.

709. fortunio. Ne quis librarij erratum esse existimet;
adsero ita esse in C. V. pro quo alij substituunt, succēssibus:
alij hæc omnia omittunt. Videtur efformasse hoc ad mo-
dum τὸς, infortunium.

834. per mare. adde asteriscum, *per mare. nam hæc
referenda est marginis adnotatio.

IN ARGUMENTA LIB. III.

Imperaret. Ita ex coniectura scripsi; cum in C. & Ra-
ner. esset, imperat in V. imperante. Heruag. id verbum
omisit, fortasse non malè, utpote perperam additum ab
ineptis, propter nimium longè disjunctas particulas, ut,
ne.

humo sparsit. Ita V. C. Birchm. Heruag. Quod etsi alij
non meminerint usquam legisse, nos tamen testabimur, in
veteribus libris esse non infrequens, nominatim versu hu-
ius lib. 127. Is sua iecit humo.

Hyperenor. Adijciunt vulg. & C. hi Cadmo socij
condendæ urbis additi sunt. puto falsum: est enim
mera repetitio: & abest ab U. & Raner.

131. & canes. sc. refrigerandos. quod non intelligens V.
de suo adiecit: persequens apud se habuit: sicque
&c. fera canibus, lege, fera à canibus.

253. Visceretur. Sequentia omissa sunt in C. usque
ad, quo ut illius, &c. In V. verò hæc sequuntur. hor-
tatur eam, ut tale pignus amoris à Ioue peteret,
ut proinde auctoritas ipsius concubitus grauis
& insignis esset. & paullo post: deceptam optatis,
testumque flamma exurit. pro, fallaciæ, legendum
fallacia.

impetrasset. Adijcit C. à cupiente. fortasse voluit di-
cere, ab ea, quæ promittebat se id cupituram & petitu-
ram à Ioue.

316. quod maius esset. Ita libri editi. At in C. V.
pro qua iniuria cum damnatus esset Iupiter. for-
tasse delendum, pro, ut sit: Quæ iniuria cum in Iouem re-
cideret, isque ea damnaretur. vel: Quæ iniuria cum Tire-
sias damnatus esset: id est, non suo merito affectus; Iupiter
eum &c. Quid agas? In huiusmodi scriptis sape inepti-
dum est, quo ipsa intelligamus.

339. persequi. Ita C. est quæ hæc vera phrasis Luctatij:
ne deprehendi posset persequi. In V. est, dum persequere-
retur. in editis, persequens, opprimens.

312. prædicata Tiresiæ auguris, ut in &c. Sic scripsi
ex V. C. Mirum quos in modos hæc mutant alij, τὸ
ut pendet à, prædicata, ut sit, contemnens ea verba,
quibus prædicatum erat à Tiresia, obuiam eundem esse
Libero &c.

Versus in Acoetem. Id ex poëta verbis non constat.
ubique enim famulum sacrorum Bacchi, & Tyrrhenum
eum nominat. Quod autem illi carceribus incluso fores
sponte patuerint, id numine absentis Bacchi consieri po-
tuit. neque ob id necesse fuit Bacchum in Acoetem
transformari.

378. indicat regi, quia. Ita C. at in V. indicat regi
nomen genusque artis suæ, qua vitam exegerat.
putarim verius, et si longius recedat à vulg. libris.

Captum & impositum. Ita rursus C. at in V. captus
& impositus.

Delfini & aues facti sunt. Ita V. et C. præcipitauisse, ac delphinos & aues esse factos addidit. *Heruas* præcipitauere ac in delphinos & aues se mutauere. *Birchm.* præcipitauisse ac delphinos ac naues narrat esse factos. *Renerius* videns eam salebrã, confucta sibi arte, eã expleuit. scribens: præcipitauere, ac in delphinos mutati sunt. Quid hac varietate facere debeã, non video. neq; enim verisimile est, ex illis versibus: At Libys, obstantes dum vult obuerrere remos, In spatium resiliere: manus breue vidit, & illas iam non esse manus; iam pennas posse vocari: *Lutatium* nobis iterum ex veris delfinis falsas aues creasse: & tamen singulare aliquid latere manifestum est. Fortasse scriptum fuit, delfini immanes facti sunt. sed hæc coniectura est.

est in vet. lib.
in pinas, ut
cebumus.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

CVM in hoc quaternione paginæ aliquot vacuæ relinquerentur, putauimus nos tibi amice Lector, rem neq; inutilem, neq; in iucundam facturos, si hoc loco, quãuis importuniore, doctis. Geor. Fabricij in Nucem Ouidij emendationes subiungeremus: quas cum ille incepti nostri iuuãdi, vel potius ornandi causa nuper ad Giselinum nostrum trãsmitteret; nos eas opere demum absoluto accepimus. Poterant illæ quidem in alteram editionem seruari. verum & ea fortasse, ut est temporum nostrorum ratio, diutius, quàm velimus, differenda erit: & iniquum esset optimi viri erga nos studium & laborẽ tandiu laude sua carere. Vale.

GEORG. FABRICII CHEMNICENSIS IN NVCEM P. OVIDII Nafonis emendationes.

Nil ego peccaui, nisi si peccare fatemur.) *Rectius* legitur, nisi si peccare videtur, ut in *Asulano*: aut (ut in manuscripto) peccare docetur. Peccare pro peccatum. *Minutius* in *Octauo*, Apud nos & cogitare, peccare est, pro ipsa cogitatio est peccatum.

Tunc domini, memores) *Iterum* in manuscripto, cum domini memores: cum, quo tempore, nempe vetusto.

Agricola fructu proueniente deos) Ita lego, quia deos subiicit Bacchum & Minervam, propter vini et oleum. Aliter lego apud *Tibullum*, Libatum Agricola ponitur ante Deum, & in manuscripto Palatino, & ex libro impresso *Regiolepidi*, qua urbs viris doctis nunquam caruit: hic per Deum, solum Bacchum intelligit, illi annumerans *Cerere* & *Priapum*. Mecum facit *Bernardinus Veronensis*: vulgaram defendit, & magis corrumpit, cuius eius *Auantius*.

Nisi subdita ramo) Idem sunt significatione, nisi & ni: sed non idem sono: lego in manuscripto, ni subdita, & putois placere, qui aures habent purgatiores. Matrem appellat arborem fecundam. ita *Plinius* lib. x. i. Rami in excelsum emicant, siluosa multitudine, vasso matris corpore.

Nunc vterus vicio est) Deest, ei, qua videri vult formosa. Alij emendarunt, Nunc vterum vitiat. quod si in uno esset vetere, probarem, propter sententiam. Vterum viciare, est labefactare onus uteri, vel excutere onus visceribus, ut alibi solet poeta loqui.

Non equidem inuideo, nunquam tamen) Quãti alacriter figura mutatio in libro vetusto? nunquid tamen ulla feritur?

Nudaque deiecto cortice) Alij, deiecto: Merula, decerpto. Sed ex alio Ouidij loco scribimus, direpto: ut, Qualem direpto cortice cedrus habet. Direpto, detracto, abscisso.

* * 5

sed

Sed spes inducta rapinae) In vetusto, spes inducta.
De quo victoria lucro Esse potest) In multis legitur,
victoria leta, etiam in manuscripto. Unde suspicor lectio-
nem ab alio emendatam. Leta autem, lucrosa, triumpho
digna.

Nam quod habent frutices aliquando) Manuscri-
ptum, alioquin. Sed adverbium alterum probe facit ad
sententiam.

Imus in extremo margine fundus habet) Imus
fundus, pro ager postremus, quo modo, Faber imus, in ex-
trema vici parte habitans, apud Horatium in Arte, ex
quo nomen proprium fabri qui faciunt, valde sunt ridi-
culi.

Has puer aut certo rectas delineat ictu) Delineat,
designando dividit, delineando dilaminat. Ita expresse in
manuscripto quod sequimur, quodque à fratre Blasio Fa-
bricio è Trebocis accepimus. Huius loci facta obiter metio
in Hippolyto, seu (ut alij) in Phædra Seneca, vulgo lectio
fuit, dilaniat, contra numeros, quod tamen ad veritatem
lectionis proximè accedit.

At mihi maturos) Rursus manuscriptum, At mihi
maternos: quod sequentia declarant, non planè esse ine-
ptum: nam ad arbores transferri modo diximus.

Quæque fuit multis, est mihi præda malo) Quere-
la magis conuenit, lectio manuscripti, Hei mihi præda
malo est. Conuenit etiam exemplis tristibus Polydori
Troiani, Amphiarai Thebani, Atlantis Libys.

Quid? si non aptas solem mutantibus umbras)
Hæc sincera lectio ut Horatius Carm. 1, 17. Lucretilem
Mutat Lyceo Faunus, aliud est solem fugere, aliud muta-
re. Fugunt, qui abhorrent: mutant, qui repetunt.

Illo me tutam tempore præstat hyems) In nonnullis
impressis, Illo ne metuam tempore.

At simul induimus nostris sua munera ramis) Mu-
nera ramorum sunt folia & fructus. Qui legunt, sua vel-
lera, improprie dicunt: qui, sua vulnera, dicunt planè nihil.
Et

Et quascunque potest tangere, tollat opes) Vetus le-
ctio, & sic omnino legendum, id est, quæcunque sunt vi-
cina aut contigua via publicæ. Ita rectè Merula. Tangi-
mus obuia, tollimus etiam seposita. Tabernæ argentarianæ
& margaritam, circa forum urbis Pub. Victor ponit.

Tutam non licet esse nucem) Eodem modo, paulo an-
te, Nudam tamen expedit esse. In alijs, Tutæ non licet esse
nuci. Ut alibi, vobis immunibus huius Esse mali dabitur.
Et, Nec equis velocibus esse Profuit. Si mihi dicendum
sit, dicam, quod obseruavi, sed dicam te iudice, Giselme:
hoc Ouidij esse familiare atque perpetuum, cum datuo:
quemadmodum nomen Dignus, cum genituo. Mea con-
ueniunt exemplaria vetusta: tu in tuis inquire, pro tua ex-
imia diligentia.

Vt sæpe sagittis Cum populus) Legendum est, Quæ
populus manicas deposuisse vetat. Sensus est, Ut sæpe sagit-
tis petitur, qui manus vinctas habet. Hoc utrum Romanis
supplicium fuerit, inuestigandum est.

Vt uæ grauem pauida est, vbi tolli vacca securim)
Hæc lectio respondet sententiæ, qui aliter legunt, sequentia
non exactè considerant.

FINIS.

0248

